M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT

OMNIA

AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT

ET

POTIOREM LECTIONIS DIVERSITATEM

ADNOTAVIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMUS XVII.

INDEX GEOGRAPHICUS
ET HISTORICUS.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIƆIƆCCCXVII.

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

LEXICON CICERONIANUM.

TOMUS I.

INDEX GEOGRAPHICUS ET HISTORICUS.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIϽIϽCCCXVII.

PRAEFATIO.

Quod editioni nostrae operum Ciceronis addere placuit Lexicon Ciceronianum hosce indices ac tabulas complectitur.

Primum *indicem Geographicum et Historicum*, in quo multa nomina, in Ernestii clave Ciceroniana omissa supplevimus, errores etiam passim admissos, vel ab aliis ut a Welzelio ad Cic. Brutum notatos, vel a nobis observatos correximus. Iis locis, quibus Ernestius proprias quasdam animadversiones addiderat, vel scriptores qui de locis quibusdam vel personis adeundi essent, collaudaverat, nominis clarissimi notam *Ern.* adiecimus.

Secundus Index Latinitatis de integro a nobis confectus Ernestiano multo copiosior sic adornatus est, ut non interpretationi solum, sed etiam latine scribendi exercitationi inservire possit. Hic ibi sed raro ubi nihil vel addendum vel mutandum esset in Ernestiana verbi alicuius interpretatione, eandem notam *Ern.*, ut in Indice geographico et historico, subiunxi.

Tertius Index est verborum Graecorum.

Quartus Legum a Cicerone commemoratarum.

Quintus rerum in libris philosophicis pertractatarum.

Sextus continetur tabulis aliquot genealogicis.

Septimus tabulam Chronologicam ad Ciceronis opera accommodatam sistit.

Ceterum hos indices quatuor tomis ita comprehendimus, ut primus *geographicum* et *historicum*, secundus et tertius *indicem Latinitatis*, quartus indicem graeco - latinum et reliquos contineret.

Scr. Halae Kal. Oct. cIↃIↃcccxvii.

C. G. Schütz.

IN

OPERA CICERONIS

INDEX

GEOGRAPHICUS ET HISTORICUS.

INDEX
GEOGRAPHICUS ET HISTORICUS.

bile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Acad. II. 35. Vetus academia est, quae inde a Speusippo Platonem pressius secuta est; opponiturque Peripateticis, qui nonnumquam Academiae nomine cum illis comprehenduntur Off. III. 4. Fin. V. 8. Academia recentior ab Arcesila. Or. III 18. os adolescentioris Academiae. Fam. IX. 8. Academia nova Ciceroni vetus videtur. Acad. I. 12. perturbatus harum rerum (*h. e. doctrinae de finibus bonorum et de iusti iniustivè natura*) Academia recens ab Arcesila et Carneade. Att. XIII. 13. totam Academiam (*disputationem de philosophia academica*) ab hominibus nobilissimis (*Catulo et Lucullo quos in priori Academicarum quaestionum loquentes induxerat*) abstuli, transtulique ad nostrum sodalem (*Varronem*) cf. Att. XIII. 2. 14. 16. 19. 25 28., *De utilitate Philosophiae Academicae ad oratorem redundante locus est* Or. 3. Fateor me oratorem — non ex rhetorum officinis (i. e. *scholis eorum qui praecepta dant eloquentiae*) sed ex Academiae spatiis (*e scholis academicorum philosophorum*) exstitisse. Illa enim sunt curricula multiplicium variorumque sermonum (*ab istis philosophis de rebus omnibus in utramque partem disputantibus institutorum*) in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia; sed et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus (*reprehensus*) maxime orator est, et adiutus. Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi (*der Reichthum des Stoffes*) ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas. Acad. I. 9. in Academia docuerunt Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crates, Crantor, Arcesilas. Brut. 89. princeps Academiae Philo Mithridatico bello profugit Romamque venit. Brut. 91. Antiochus veteris Academiae nobilissimus et prudentissimus philosophus. *vid.* Antiochus.

ACADEMIA, gymnasium in Tusculano Ciceronis. Att. I. 9. II. 4. 1.

ACADEMICI. Or. II. 28 philosophi ex urbis ac loci Athenarum particula nomen habent. N. D. I. 1. a rebus incertis assensionem cohibent. Acad. IV. 9. habent decretum nihil posse percipi. Ibid. II. veri esse aliquid non negant, percipi posse negant. Acad. II. 10. volunt probabile aliquid esse et quasi verisimile, eaque se uti regula et in agenda vita, et in quaerendo ac disserendo. Acad. II. 3. nihil affirmant et quasi desperata cognitione certi id sequi volunt, quodcumque verisimile videatur. Acad. II. 3. Academicorum disputationes

nihil aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo eliciant quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat. Acad. II. 19. eorum philosophia dicitur confundere vera cum falsis, spoliare nos iudicio, privare approbatione, omnibus orbare sensibus. Acad. II. 15. Academici docent multa posse videri esse, quae omnino nulla sint, quum animi moveantur eodem modo rebus iis, quae nullae sint, ut iis, quae sint. Acad. II. 10. diversae Academicorum de certitudine cognitionis sententiae. Acad. I. Academicorum alii omnia esse incerta dicebant, alii vero inter incertum et id quod percipi non possit distinguebant. Or. III 36. Academicorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnes partes. Acad. II. 13. docent omnibus, quae visa sint vera adiuncta esse falsa, quae a veris nihil differant, ideoque nihil posse comprehendi. Acad. I. 6. seqq. Academicorum veterum doctrinae partes explicantur. Acad. I. 5. Academici bona corporis alia esse in toto alia in partibus docent. Acad. I. 5. statuunt summum bonum esse et extremum rerum expetendarum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita. Acad. II. 44. permotiones dicunt utiliter a natura animis datas. Acad. I. 4—9. Academicorum historia a Socrate ad Arcesilam. Ib. I. 13. ab Arcesila ad Carneadem. Off. III. 4. Academici veteres iidem qui Peripatetici.

ACARNANIA, pars Graeciae versus occidentem ad mare Ionium inter Ambracium sinum et Acheloum fluvium. Pis. 40.

ACASTUS, servus Ciceronis. Fam. XVI. 14. Att. VI. 9. VII. 1. Fam. XIV. 5.

ACCIUS vid. ATTIUS.

ACHAIA, provincia Romana, Peloponnesum et Graeciam proprie sic dictam cum circumiectis insulis continens Flacc. 40. Verr I. 11. Proprie pars Peloponnesi, isthmo vicina. Achaiam provinciam Cic. exsul petere noluit, propter nimicos qui ibi erant. Att. III. 7. 8. Pompeianorum in Achaia conditio. Att. XI. 7. ei praeest Sulpicius. Fam. XIII. 17.

ACHANTO, de N. D. III. 21. Rhodia, mater Solis.

ACHERINI, L. III. in Verr. 43. „Siciliae populus, exiguae civitatis, sed ignotae veteribus auctoribus. Itaque Cluverus Sic. Ant. II. 2. vocem vitiatam putat, et probante Harduino, legendum coniicit *Scherini* a *Schera*, urbe Siciliae mediterraneae versus septentrionem, inter Hypsam et Crimissum fluvium. Ap. Silium VIII.

269. memoratur *pubes liquentis Acheti*, pro quo Dan. Heinsius scribebat, *pubes ingentis Acheti;* qui ipse fluvius aut locus ignotus est. Unde illud nomen varie tentatur. *Pubes Acheti* possunt dici *Achetini*. Et fortasse sic scripsit Cicero. Sed nil definio. Ceterum semel hic dixisse sufficiat: Non valere hanc rationem qua in huius modi nominibus Geographi et Critici saepe utuntur: Hoc nomen in nullo alio auctore occurrit, ergo vitiatum est, et in notum nomen mutandum. Quis enim contendat, omnia loca exigua et obscura Siciliae, aut cuiuscumque regionis, memorata esse Geographis antiquis, aut aliis auctoribus. Si nil variant Mss. meliores, aut ipsa ratio manifeste vitium lectionis convincit, nil tentandum. Sic iudicat etiam Drakenb. ad Liv. VIII 12." *Hactenus Ernesti.*

ACHILLES, de Divin. I. 30. ei propinquam mortem, Hector moriens denunciat etc. Arch. 10. sepulcrum eius in Sigeo.

ACIDINUS, Agr. II. 24. Or. II. 64. est L. Manlius Acidinus, qui cos. fuit cum Fulvio Flacco fratre germano A. V. 574. is ex gente Fulvia per adoptionem in Manliam transierat; itaque cognomine appellatur Fulvianus.

ACIDINUS, Fam. V. 12. legatus, ut videtur, Sulpicii Procos. Achaiae etc. cognomen gentis Manliae: ad Att. IV. 3. est C. Manlius Acidinus princeps Catilinarii belli.

ACIDINUS, adolescens studiorum causa Athenas profectus. Att. XII. 32.

L. ACILIUS, Leg. II. 23. Iureconsultus, commentarios scripsit in XII tabulas.

M' ACILIUS (L. F. K. N. Balbus) cos. A. 603. cum T. Quintio Flaminino. Att. IX. 6.

ACILIUS, propraetor proconsulis nomine Siciliam obtinuit A. V. 706. 707. Ad eum sunt Ciceronis epistolae Fam. XIII. 30—39. Idem esse videtur qui Fam. XIII. 50. scribitur Auctus.

ACILIUS. Off. III. 32. Graece scripsit historiam. „Eius annales Graece scriptos Latine convertit *Claudius* quidam, quem *Quadrigarium* fuisse nonnulli putant. Liv. XXV. 39. et XXXV. 14. Quis ipse Acilius fuerit parum convenit inter eruditos. Vossius C. Acilium Glabrionem esse putat quaestorem a 551. trib. pl. a 556. Chapmannus ad h. l. in Pearciana editione centum annis Glabrione recentiorem fuisse putat. Ab eius opinione dissentit Dukerus ad Liv. XXV. 39. 12. et Dra-

kenborchius ad eundem locum. Non errant fortasse, qui C. Acilium intelligunt de quo Plutarchus in Catone maiore p. 349. extr. Gellius lib. VII. 14. 9. Macrob. lib. I. 5. extr." *Heusinger ad h. l.*

ACMONENSES, Flacc. 15. incolae Acmoniae, Phrygiae magnae.

ACRADINA vel *Achradina.* Verr. IV. 57. pars Syracusarum.

ACRAGIANAE v. Agragianae.

ACRION. Fin. V. 29. Locrensis, Pythagoreus, Platonis temporibus. Nemini praeter Ciceronem memoratur, nisi Valerio M. VIII. cap. 8. extr. 3. ex hoc ipso Ciceronis loco. Sed ibi Codd. et edd. praeferunt Arion. Ernestius tamen Ciceroni, eiusque Codd. plus tribuit quum compilatori Valerio. Nomen Arion, notius est, quam Acrion, quod corruptioni locum fecit.

ACRONOMA saxa XIII. 40. *lectio incerta Pithoeus coni. legendum* Acherontia saxa, quod Ernestio haud absurdum videbatur. Acherontia enim urbs Apuliae in alto saxo iacebat. Horat. Od. III. 4.

ACTIUM, urbs et promontorium Acarnaniae prope sinum Ambracium, pugna inter Octavium et Antonium nobilitatum. Fam. XVI. 6.

ACTIUM Corcyrae, portus Corcyraeorum. Att VII. 2.

ACTIUS s. ATTIUS, DIONYSIUS. Fam. XII. 30. pro *Attius* Corradus et Manutius malebant, *Atticus:* ut sit M. Pomponius Atticus Dionysius, servus Ciceronis, in Attici gratiam libertate donatus.

ACULANUM. ad Att. XV. 2. „putant esse idem cum Aeculano quod est oppidum in Hirpinis. Sed Manutius negat, locum sanum esse, et coniicit Herculaneum, quod non longe abest a Pompeiano. Pro Aeculanum dicitur et Eclanum, in Itinerar. Anton. ubi vid. Wesselingium, conf. Goesii Ind. in script. R. Agr." *Ern.*

C. ACULEO, de Or. I. 43. eques Rom. acuto ingenio et Iuris civilis peritissimus, ibid. II. 1. propinquus Ciceronis, quocum erat Cic. matertera; unde filios eius consobrinos suos vocat, ibid. II. 65. a Crasso defenditur. Brut. 76. pater C. Visellii Varonis.

ACUSILAS, de Or. II. 12. Argivus, historicus non indisertus. Vixit ante bellum Peloponnesiacum, auctore Dionysio Halicarnassio, de Thuc. Charact. Diogenes Laert. I. 41. Cabae s. Scabrae filium facit, et a nonnullis adnumeratum septem sapientibus tradit, vid.

occupet Alexandriam. Eam se cupere visere scribit Cicero. Att. II. 5. eo Pompeius cogitare dicitur. Att. IX. 11.

AELIA LEX. *Vid.* Lex Aelia.

AELII, pro Cluent. 26. familia Rom. plebeia, cuius cognomina ap. Ciceronem, Catus, Paetus, Tubero, Lamia: neque plura in nummis aut aliis monimentis.

AELIUS. pro Sext. 43. Ligur. (Pisonis socer.) v. Ligur.

L. AELIUS, ad Her. IV. 12. ei Lucilius libros Satirarum inscripsit, versus h. l. prolatus est e libro primo, neque affertur a Dousa. Brut. 46. Caepionem defendit contra T. Betucium, etc. orationes scripsit tantum, non egit. Brut. 56. eques Rom. eruditus Graecis literis et Latinis, Stoicus, antiquitatis et scriptorum veterum literare peritus, M. Varronis praeceptor, etiam a Cicerone adolescente perstudiose auditus. Orator non fuit, sed scripsit tantum orationes aliis. Acad. I. 2. de antiquitate Romana scripsit, [quem locum Ernestius in notis falso de philosophia accepit,] de Leg. II. 23. scripsit in XII. tabulas. Cognomine dictus duplici, Stilo et Praeconinus, de eo v. Sueton. de Grammat. c. 3. v. de eo Carrion. Lect. ant. I. 8. et collecta Harduino in Ind. Autorum ad Plin. H. N. *Ern.*

L. AELIUS LAMIA, deformis carpitur a Crasso oratore. Or II. 65.

L. AELIUS, Pis. 27. etc. etc. Lamia cognomine quem Piso et Gabinius consules urbe exire iusserunt. insignis amicus et defensor Ciceronis, eques Rom. qui cum ceteris equitibus clivum Capitolinum obsederat, quum de Catilinariis deliberaret Senatus. Saepissime nomine Lamiae Ciceroni commemoratur.

M AELIUS metuit ne sibi ex aquaeductibus in fundo Ciceronis servitutis aliquid oriatur. Att. XV. 26. 29.

P. AELIUS, Cluent. 59. testamento Cluentium heredem fecit. Larinas videtur fuisse. Alium ab hoc esse P. Aelium, Sext. Aelii fratrem, ex temporis ratione intelligitur.

Q. AELIUS. Br. 28. Paetus, qui cum M. Penno consul fuit. (a. V. DLXXXVII.)

S. AELIUS. Catus, Brut. 20. Divers. VII. 22. ICtus et eloquens de Or. I. 45. propter iuris civilis scientiam catus appellatur, componitur cum M' Manilio et P. Mucio. Or. I. 48. Or. I. 56. commentarios scripsit de iure civili. Or. III 33. omnibus civibus consilii sui copiam fecit. Top. 3. quomodo *locuples* explicet. de Leg. II. 23.

AESCHINES, Or. I. 11. Academicus cum Charmada et Clitomacho Academiam novam obtinuit. Neapolitanus fuit. Melanthii Rhodii discipulus, Laert. II. 64.

AESCHRIO, in Verr. II. 14. III. 55. Syracusanus.

AESCHYLUS, Acad. I. 5. Tusc. II. 10. aliisque pluribus locis. Poeta et Pythagoricus, eius Prometheus Tusc. III. 31.

AESCHYLUS. Cnidius. Brut. 91. Rhetor, quocum fuit in Asia Cicero adolescens.

AESCHYLUS, Tyndaritanus, in Verr. IV. 22.

AESCULAPIUS. N D. III. 22. plures Aesculapii.

AESERNIA, vid. Esernia.

AESERNINUS. Opt. gen. dic. 6. gladiatoris nomen ab Aesernia urbe.

AESERNINUS, Brut. 55. cognomen M. Claudii Marcelli, filii Marci Marcelli.

AESOPUS histrio nobilis, tragoediarum actor; agit in Iphigenia Agamemnonem Her. III. 21. si paullulum irrausisset explodebatur. Or. I. 61. laudatur Sext. 58. Qu. Fr. I. 24. Tusc. II. 16. Fam. VII. 2. male agit in ludis Pompeii II. consulis Divin. I. 37. familiaris Ciceronis, laudatur. Off. I. 31. non facile agit Aiacem. Q. Fr. I. 2. Eius servus Licinius aufugit comprehenditur a Platone Sardiano.

AESOPUS, tragoedi filius, Att. XI. 13. 15. socius Dolabellae in adulteriis cum pellicibus Tulliae.

AETHER pater Iovis alterius ex nonnullorum opinione. N. D. III. 21.

AETHIOPS servus ex Aethiopia, quod genus habere magnificum erat Her. IV. 50.

AETIDENUS, Flac. 22. Trallianus.

AETION, Brut. 18, pictor cuius aliquoties mentio est apud Lucianum in Imaginibus, cuius locos attulit Iunius in Catal. Pictor. etc. Sed in illo loco nunc melius legitur ECHION quem vide.

AETNENSES, in Verr. III. 18. ad montem.

AETNAEI, populi urbis Aetnae. Gr. αἰτναῖοι, qui occurrunt in numis. v. Gotham Nummar. V. 4.

AETOLIA, pars Graeciae inter Acarnaniam et Locrin et sinum Corinthium; unde Aetoli. Tusc. I. 2. Brut. 20. Pis. 37. Arch. 11.

L. AFRANIUS, poëta, Brut 45, imitatur C. Titium. Fin. I. 3. Menandrum solebat convertere etc.

L AFRANIUS, Att. I. 18, 19, 20, Auli filius dicitur.

Fam. XVI. 12. Att. VIII. 2. 3. legatus Pompeii in Hispania, ubi praeest eius legionibus. Att. X. 9. dicitur se cum Petreio coniunxisse. Fam. I. 1. eius sententia in causa Ptolemaei regis Q. Fr. II. 9. in eius sententiam fit SCtum de ambitu. Nomen eius est etiam ad Div. I. 1. Phil. XIII. 15. Consul fuit cum Metello Celere A. V. DCXCIII.

AFRI Q. Fr. I. 1. numerantur in barbaris immanibusque nationibus.

AFRICA Or. III. 42. per metonymiam pro Afris. Africa provincia Romana defenditur ab Hortensio Or. III. 61. Africanae pantherae Fam. VIII. 9.

P. AFRICANUS maior. Vid. P. Scipio Africanus maior.

P. AFRICANUS minor *vid.* P. Scipio Africanus minor.

AGAMEDES, Tusc. I. 47. cum Trophonio fratre templum Delphicum aedificat. Eius votum.

AGAMEMNON Mycenarum et Argorum rex a Clytaemnestra occisus Her. I. 10. Inv. I 15. I. 22. eius nomen per similitudinem pro rege positum Her. IV. 54. per iocum sic dicitur L. Lucullus, M. Luculli frater Att. I. 18. Agamemnoni fuit honestum Nestorem habere in consiliis. Fam. IX. 14.

AGAMEMNON, nomen servi est in epist. ad Atticum.

AGATHINUS, Verr. II. 36. 47. homo nobilis Thermitanus.

AGATHOCLES, in Verr. IV. 55. notissimus Siciliae Rex, de quo vid. Polyb. lib. X. p. 918. inprimisque Diodor. Sic. L. 19. 20

AGATHOCLES, de Div. I. 24. eius Historia commemoratur Agathocles historici duo sunt, Babylonius, qui et Cyzicenus dicitur, quod de Cyzico scripsit; et Samius, qui de Rep. Pessinuntiorum scripsit. Sed hunc locum de Babylonio accipiendum putat Vossius de Hist. Gr. L. III. p. 158 T IV. Opp Utrum ea Historia, quam Cicero affert ex libris de Cyzicenorum rebus, an vero ex alio sumpta sit, non dixerim. Quatuordecim hoc nomine viros ex antiquitate collegit Fabric B G. III. 11. p. 275. quibus adde decimum quintum Agathoclem, Archontem Atheniensem Olymp CV. eo ipso tempore, quo Delphici Apollinis fanum diripere aggressi sunt Phocenses. v. Pausan. X. 2. *Ern.*

AGERENSIS ager, Or. de Leg. Agrar. II. 19. in Asiae regione fuit, quae a P. Servilio Isaurico imperio

Rom. adiuncta est; si quidem sana lectio est; sed Turnebus, Graevius, aliique legi volunt: Sagalassensis vel Agalassensis, a Sagalasso, urbe Pisidiae, in ea regione, quam sub Rom. potestatem Servilius redegit.

AGESILAUS, Fam. V. 12. Spartiates, neque pictam, neque fictam imaginem suam extare voluit. Offic. II. 5 sine adiumentis hominum magnas res efficere potuit. Q. Fr. I. 2. eius in summo imperio nemo umquam verbum ullum asperius audivit.

AGIS Off. II. 23. rex Lacedaemoniorum, diversus ab eo, qui vixit tempore Lysandri, quo duce Athenienses ad flumen Aegos victi sunt.

AGLAOPHON, de Or. III. 7. pictor excellens. Duo Aglaophontes pictores sunt, pater et filius, de quibus veterum locos congessit Iunius Catal. Artific.

AGONIS, Caecil. 17. Lilybaetana mulier, Veneris Erycinae liberta; in cuius bona Verres invadit.

AGRAGIANAE, s. Acragianae portae, Tusc. V. 23. portae Syracusarum, quae imminebant viae, quae Agrigentum ferebat.

AGRIGENTUM, Verr. lib. II. 26. IV. 12 oppidum Siciliae, in maritima ora versus meridiem, ibi negotiatores Romani Verr. II. 62. ibi signum Apollinis in templo Aesculapii a Verre sublatum Verr. IV. 43. Herculis templum ibi sanctum ac religiosum. Verr. IV. 43. Dicitur Acragas et Agragas, de Graeco Eius urbis accuratissima descriptio est ap. Polybium L. IX p. 779. ed. Gr.

AGRIGENTINI, in Verr. L. II. 50 eorum leges. ibid. IV. 33. iis Phalaridis tyranni taurus redditur a Scipione Africano, Carthagine capta.

AGRINAE in Pis. c. 37. sunt populi Thessaliae. Sed pro Gen. Agrinarum Turnebo Agrianum placet, cuius populi mentio ap Liv. XXVIII. 5. ubi v. Sigon et Gron. item ad XXXIII. 18. Agriarum mallem, si quid mutandum. Nam propius accedit ad vulgatum, et est idem populus, v. Stephan. in ἀγξιαῖς. *Ern.*

L. AGRIUS. Flacc. 13. eques Romanus.

AGYRIUM, in Verr. III. 27. oppidum Siciliae prope fl. Symaethum. Agyrinensis populus fidelis et illustris. Verr. II. 9. III. 27.

T. AGUSIUS, Fam. XIII. 70. Ciceronis comes in exilio.

AHALA, cognomen Serviliorum v. c. Phil. II. 11. ubi est sermo de C. Servilio Ah. qui Melium interfecit.

Quod in eodem capite ait: Quid duos Servilios, Cascas an Ahalas dicam etc. id ita intellige: Servilios, facinore hoc promeritos, ut Ahalae potius quam Cascae dicerentur: ut recte Manutius et Wesselingius obs. *Ern.*

AIAX Telamonis filius, in furorem actus quod Achillis arma Ulixi, non sibi, a iudicibus addicta essent, ovium greges iugulat, dum putat se Ulixem et Atridas occidere, et postquam rescivit, quae fecisset per insaniam gladio incubuit Her. I. 11. eius caedis accusatur Ulixes ibid. et c. 17. II. 19. Inv. I. 9 I. 49. Eius signum apud Cyzicenos Verr. IV 60. eum Homerus non appellat πτολιπορθον.

AIUS Loquens, de Div. I. 45 II. 32. nomen Dei, quem Liv. V. 50. Aium Loquutium vocat. Ara eius.

ALABANDUM, s. Alabandus, de Nat D. III. 14. urbs Cariae prope flumen Maeandrum. Unde

ALABANDEIS, ad Div XIII. ep. 56. qui est pluralis Graecus ex Alabandeus (αλαβανδεὺς; quod est in B ut. 95 ex quo male quidam facere Alabandaeus, dicuntur item: *Alabandenses.* Or. II. 23.

ALABANDUS, Nat. D. III. 15. conditor Alabandi et Deus urbis; eum Alabandenses sanctius colunt, quam quemquam nobilium deorum. N. D. III. 19. de eo lepidum Stratonici dictum. ibid.

ALABARCHES, ad Att. II. 17. est Pompeius, qui iactabat se vectigalia pop. Rom. valde auxisse. Quam autem accommodatum sit hoc nomen ex eo intelligi potest, quod Plinius tradit, quia olim vectigalia in solis pascuis fuerint, propterea servatum esse a censoribus, ut omnia vectigalia rei publ. pascuorum nomine in tabulis, et in pactionibus Censores complecterentur. Vectigal enim e pascuis scriptura dicitur, et Alabarches, ut docet Cuiacius, qui hanc vocem Ciceroni reddidit. Obs. VIII. 37. dicitur ab ἄλαβα, atramentum, estque adeo magister scripturae. Sed alii praeferunt Arabarcha, ut in hoc Ciceronis loco, ita in aliis, ubi huius magistratus mentio: in his nuper Wesselingius V. C. de Archontibus Iudaeorum c. 8 dictum putans ab Aegypti Nomo Arabiae, quae refellere longioris est disputationis. Libri quidem et res stant pro priori opinione. *Ern.*

ALBA, ad Att. VIII. 12. est Alba Fucentis, ad Lacum Fucinum, colonia Rom. in Marsis. Nam ea est non procul Sulmone, cui l. c. a Cicerone iungitur. conf. IX. 6. et ibi Malasp.

ALBANA, Agrar. II. 34. vicus, vel forum Capuae, ubi unguentarii venales merces habebant.

ALBANA aqua, de Div. I. 44. est lacus Albanus in Latio prope Albam Longam ab Ascanio conditam, de qua Liv. I. 3.

C. ALBANIUS. Att. XIII. 31. vicinus hortorum Scapulanorum, quos emere volebat Cicero.

ALBANUM, ad Att. IV. 11. praedium Pompeii in agro prope Albam Longam. Pis. 31 villa Ciceronis, Att. IX. 15. in Albano apud Curionem Caesar exspectatur.

ALBANUS ager in Latio Agr. II. 25.

ALBANUS mons, nomen habet ab Alba longa. In eo quotannis feriae latinae celebrabantur a Rom. et Latinis in memoriam foederis, olim inter eos icti. Curatio sacri erat Consulum. vid. de Div. L. I. 11. Inde Mil. c. 31. Albani tumuli et luci dicuntur.

ALBANUS lacus, de Div. I. 44.

Sex. ALBEDIUS, Phil. XIII. 13. Senator beneficio Antonii.

ALBENSES, ad Herenn. II. 28. Varro de L. L. VII. p. m. 91. Cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses, nempe ab ea, quae est ad lacum Fucinum.

P. ALBINOVANUS. Har. Resp. 7. pontifex minor.

ALBINOVANUS (M. Tullius) Vatin. 1. accusator P. Sextii de vi.

A. ALBINUS. Acad. Qu. IV. 45. Brut. 21. Praetor P. Scipione et M. Marcello Coss. Consul cum L. Lucullo, eius, qui Mithridaticum bellum gessit, avo, (DCII.) scripsit historiam Graece, literatus et disertus. Eius iocus in Carneadem, qui ipso praetore Romae fuit. De historia Albini v. Polyb. Exc. de Vit. et Virt. p. 1482. ad Gron. Macrob. Sat. I. praef. qui sumpsit e Gellio XI. 8. *Ern.*

A ALBINUS, Brut. 35. post Red. ad Quir. 5. Consul cum M. Antonio Oratore (DCLIV). Latine dixit.

ALBINUS, Brut. 35. flamen, disertus.

C. ALBINUS. Sext. 3. Senator, filiam P. Sextio collocat. Fam. XIII. 8. eius praediis ut parcatur Cicero Rutilium rogat.

Sp. ALBINUS Brut. 33. et 34. Lege Mamilia post Consulatum oppressus est, multas orationes reliquit.

L. ALBIUS Sext. fil. Quirina (*scil* tribu) Quint. 6. proficiscitur cum Quintio in Galliam ibid. et 18.

STATIUS ALBIUS Oppianicus. Cluent. 4. Larinas,

vid. *Oppianicus.* Ab hoc dictum est *Albianum* iudicium. Caecin. 10.

ALBIUS, Sabinus, coheres Ciceronis. Att. XIII. 14. Ad hunc pertinet Albinum negotium nempe auctio hereditatis. Att. XIV. 18. 20

M. ALBUCIUS, Offic. II 14. ubi delendum hoc nomen, aut legendum: T. Albucius. Nam dicitur post praeturam Sardiniae accusatus esse a Iulio; quod manifeste in T. Albucium convenit. Pearcius autem coniicit ibi legendum *pro Sardis Mucius et Iulius* Alii aliter. Vid not. ad h. l.

T. ALBUCIUS, Brut. 35 Athenis adolescens fuit, perfectus Epicureus evasit, et paene Graecus fuit, orationes reliquit. Fin I. 3. Athenis Graecis literis operam dat; Scaevolae in eum iocus. Or. 44. apud Lucilium reprehenditur eius nimium studium in collocatione verborum. Caecil. 19. Praetor Sardiniae, in eum accusationem suscipit Cn. Pompeius Strabo quaestor, neque ei permittitur, in Pis. 38. in Sardinia triumphat Prov. 7. e Sardinia triumphum petit, qui ei negatur. Brut. 26. de rep. pecuniis accusat Mucium Scaevolam; *ad hanc accusationem* respici *videtur* Or. II. 70. *ubi pro* quum eius tabulis quiddam Albucio probatum videretur, *legendum opinor* a Mucio (Scaevola) probatum. Tusc. V. 37. Athenis aequo animo exul philosophatur. Memoratur etiam de Or. II. 70. et III. 43.

ALCAEUS, de N. D. I. 27. Delectatur naevo in articulo pueri. Tusc. IV. 33. Vir fortis, tamen de amoribus scribit.

ALCAMENES, de N. D. I. 30. Statuarius, cuius Vulcanus Athenis laudabatur. v. Val. M. VIII. 11. vixit Phidiae temporibus. Opera eius, quae apud Veteres commemorantur, enumerat Iunius in Catal. Pictor. et Statuar, in quibus inprimis nobilis Venus Hostensis: cuius mentio ap. Lucian. in Imagg init *Err.*

ALCIBIADES, Or. II. 22. scripta eius extiterunt Ciceronis temporibus, de Div. II. 69. eius somnium. Tusc. III. 32. flens Socratem rogat, ut sibi virtutem tradat. Or. III. 34. Socraticis disputationibus eruditus. Brut. 7. eius aetas. Att. VI. 1. dicitur Eupolin comicum in mare deiecisse.

ALCIDAMAS, Tusc. I. 48 Rhetor antiquus et nobilis, scripsit laudationem mortis. Male olim legebatur *Alcidamus*, correxit Bentleius, quod recte probante Bude-

Buherio, sic rescribendum existimans, etiam ap. Quintil. III. 1. adde Ursinum et Davis. ad Cic. l. c.

ALCMAEON, Tusc. III. 5. furiosus fit. Is, qui parricidium fecit, ut est in fabulis.

ALCMAEON, Acad. II. 17. Crotoniates. N. D. I. 11. Pythagoricus, sideribus et animo divinitatem tribuit, de eo et scriptis eius vid. Menag. ad Laert. VIII. 83.

ALEDIUS s. ALLEDIUS, Att. XII. 4. 24. 27. amicus Caesaris et Attici. Alii putant Caesarem. Tunstallus Ep. ad Midletonum. p. 160. Balbum maiorem tecto nomine dici, ut ex Arredio, qui non διαῤῥήδην loquitur, balbutiendo sit Alledius, ut pro Hirro Hillus. Sed nomen hoc occurrit etiam alibi. Lipsius ad Tacit. A. I. 10. legi vult Atedius, et putat esse eum, cuius ibi mentio: cui opinioni favet I. Fr. Gronovius.

ALENTINUS, vid Halentinus

L. ALENUS, de N. D. III. 30. tabulas publicas transscribit, chirographum sex primorum imitatus.

ALEO, de N. D. III. 21. filius Atrei.

ALETRINAS, Cluent. 16. ab oppido Aletrio municipio Latii in Hernicis; eorum cum Cicerone vicinitas. ibid. 17. Ex eodem oppido est

ALETRIENSIS Corn. Balb. 22.

ALEXANDER, Her. IV. 30. qui et Paris dicitur, raptor Helenae; occiditur a Philocteta sagittis.

ALEXANDER M rex Macedoniae, eius laudes in exemplum figurae annominationis propositae Her. IV. 23. Thebas diruit Inv. I. 50. eius comes Callisthenes Or. II. 14. felicem praedicat Achillem, quod Homerum virtutis suae praeconem invenerit. Att. V. 20. eius castra apud Issum. Att. XII. 40. ad eum scripti ab Aristotele et Theopompo libri. Att. XIII. 28. eius virtutes et vitia. Fam. V. 12. ab Apelle tantum pingi et a Lysippo fingi vult. Div. I. 23. Ei Calanus mortem propinquam praedixit. Div. II. 66. eius somnium. Tusc. IV. 37. Clitum interficit. Verr. IV. 60. Eius nobile signum apud Ephesios.

ALEXANDER Pheraeus, Inv. II. 49. In Thessalia tyrannidem occupat, de Off. II. 7. insidias uxoris, Thebes, quomodo caverit, Inv. II. 49. ab ea interficitur, scil. adiuvantibus fratribus. Rem totam commemorat Diodor. Sic. L. XV. p. 517. ed. Rhodom. Vixit circa Olymp. CV.

ALEXANDER Agr. II. 16. 17. Rex Aegypti, Ptolemaei Alexandri filius.

ALEXANDER. Att. II. 20. 22. poëta Graecus, Geo-

coll. auctore de bello Afric. 2. Ad eum scripsit Cicero epistolas Fam. XIII. 435. 436. Idem post Caesaris caedem legatus Trebonii fuit, eoque a Dolabella occiso quatuor legiones ex Aegypto quo eum Dolabella miserat ad Cassium in Syriam duxit Fam. XII. 11. 12.

ALLIENUS legatus Q. Ciceronis in Asia Q. Fr. I. 1.

ALLIENSIS, Att. IX. 5. ab Allia fluvio, ad quem infelix cum Gallis pugna facta, de qua Liv. L. V. 38. unde Allienses dies dicti infelices, nefasti.

ALLOBROGES, populi Galliae Narbonensis: quorum caput Geneva. Font. 8. eorum testimoniis fides non habenda. Eorum motus a Pisone compositi Att. I. 13. eorum legati tempore Catilinariae coniunctionis sollicitantur a Lentulo Cat. III. 2 9. IV. 7. ad pontem Mulvium comprehenduntur Cat. III. 2. invulgant Catilinae coniurationem Att. I. 17. II. 25. praemia iis dantur Catil. IV. 5.

ALMO Deus Romanorum in augurum precatione occurrens N D. III. 20.

ALPES Quint. 3. trans Alpes *est in* Galliam transalpinam.

SEXT. ALPHENUS, Quint. 6. procurator P. Quintii c. 21 *Ibid.* 24. a Sulla proscriptus. Eius bona emerant P Quintus et Sext. Naevius.

ALPHEUS fluvius Achaiae Att. IX. 6.

ALSIUM, Att. XIII. 50. oppidum in ora Etruriae.

ALSIENSE Fam. IX. 6. praedium dictum ab Alsio oppido.

ALYZIA oppidum Acarnaniae, citra Leucaden a Patris Italiam versus. Fam. XVI. 2. Eo venit Cicero e Cilicia rediens.

C. AMAFANIUS seu AMAFINIUS, ad Fam. XV. 19. Epicureus. Acad I. 1. malus auctor de philosophia Latinus. Physica Epicurea scripsit, Tuscul. IV. 3. Eius libris commoventur homines, ut Philosophiam Epicuream discant.

AMALTHEA Att. I. 13. villa Attici in Epiro; ibid. II. 20.

AMALTHEUM, Att. I. 15. gymnasium in Amalthea. Ibi Atticus imagines virorum clarorum posuerat cum epigrammatis. Ad eius imitationem Cicero Amaltheum in Arpinati exstruit Att. I. 17. II. 7.

AMANUS, Fam. II 10. Mons Ciliciae a Tauro procurrens et eius quasi ramus, ab oriente Ciliciam claudit, et a Syria dirimit. Eum versus Cicero proficiscitur

Fam. III. 8. Ibi Bibulus laureolam in mustaceo quaerit Att. V. 20. Ciceronis res gestae circa eum montem Fam. XV. 4. in eo Bibulus aliquot cohorticulas amisit Fam. VIII. 6.

AMANIENSES, Fam. II. 10. incolae montis Amani in Cilicia.

AMANTIA, Phil. XI. 11. oppidum in ora Illyriae.

AMBRACIA, Pis. 40. ad Brut. 5. urbs Thesprotiae in Epiro, ad sinum Ambracium. Unde AMBRACIOTA Tusc. I. 34.

AMERIA, municipium in Umbria, patria Sex. Roscii, item T. Roscii Capitonis et T. Roscii Magni, qui inde dicuntur *Amerini* Rosc. Am. 6. Roma aberat sex et quinquaginta millibus passuum Rosc. Am. 7.

AMESTRATINUS, Verr. III. 39. V. 51. ab Amastra s. Amestrato oppido Siciliae, Verr. III. 43. mare versus ad Halesum fluvium.

AMIANUS in Cilicia, fortassis Attici debitor Att. VI. 1.

AMISUS. Manil. 8. oppidum nobile Ponti.

AMMONIUS, Fam. I. 1. legatus Ptolemaei Auletae, Romam missus, auxilii contra seditiosos Alexandrinos petendi causa. Idem fortasse qui Att. XV. 15 dicitur sponsor eorum, quae Cleopatra Ciceroni promiserat.

AMPHIARAUS vates, quum videret se interiturum, si ad bellum Thebanum iret, abdidit se et latitavit; proditus tamen est ab uxore, monili aureo corrupta. Itaque ad certam perniciem profectus est, hiatu terrae absorptus Fam VI. 6. memoratur inter augures N. D. II. 3. Divin. I. 40.

AMPHICTYONES Inv. II. 23. commune Graeciae concilium, cuius saepe mentio apud Demosthenem.

AMPHILOCHIA, in Pison. 40. ager circa Argos, Amphilochorum urbem in Acarnania.

AMPHILOCHUS, de Divin. I. 40. Argivorum rex et augur.

AMPHION, Her. II. 27. Iovis et Antiopae filius, eodem partu cum Zetho editus, apud Pacuvium cum fratre de musica disputans inducitur Div. II. 64. Lyrae cantu muros Thebanos aedificasse fertur etc.

AMPIA, Fam. VI. 12. Ampii Balbi soror vel filia.

T. AMPIUS BALBUS, Fam. I. 3. proconsul Ciliciae ex praetura ante Lentulum Att. VIII. 11. Pompeianus, delectum habet, in bello civili. a Caesarianis tuba civilis belli appellatus. Fam. VI. 12. Fam. II. 16. eius sermo de bello civili Fam. XIII. 70. Ciceroni familiaritate con-

iunctus. Fuit A. 690. Cicerone et Antonio Coss. trib. plebis. Praetor fuisse videtur A. V. C. 695. Nam Ciliciam provinciam rexit A. 696. Post pugnam Pharsalicam exsul, reditum impetravit per Caesaris amicos, quod ei Cicero gratulatur epistola ad eum scripta Fam. VI. 12.

T. AMPIUS MENANDER Ampii Balbi libertus Fam. XIII. 70.

AMPSANCTUS, Div. I. 36. Lacus pestilentis vaporis in Hirpinis, de quo vid. Virgil. Aen. VII. 565 sqq. et ibi interpretes.

AMYNOMACHUS, de Fin. II. 31. heres Epicuri. cf. Laërt. IX. 16. 17.

AMYNTAS, Philippi Regis Macedoniae pater. Att. XII. 9. Amyntae filius est L. Marcius Philippus.

AMYNTAS, Flacc. 30. Apollonidiensis.

ANACES seu Anactes. N. D. III. 21. Iovis et Proserpinae filii, Dioscuri, Tritopatreus, Eubuleus et Dionysus.

ANACHARSIS, Scythes, Tusc. V. 32. eius αὐτάρκεια; epistola ad Hannonem.

ANACREON, Tusc. IV. 33. Eius poësis tota est amatoria.

ANAGNIA, dives urbs in Hernicis. Inde Cicero exspectat impedimenta. Att. XVI. 8.

ANAGNINI duo Philip. II. 41. qui sint explicatur Att. XVI. 11.

ANAGNINUM, praedium in agro Anagniae T. Titii Q. Fr. II. 7. aliud Ciceronis Att. XII. 1. aliud Bruti, ut videtur Att. XV. 20.

ANAXAGORAS. Clazomenius, Physicus, Or. III. 33. Brut. 11. Periclis praeceptor. Tusc. V. 4. Archelai doctor. Or. III. 15. otium secutus est. Tuscul. V. 39. patrimonium suum reliquit discendi studio Tusc. III. 24. quomodo mortem filii tulerit. Acad. IV. 31. nivem albam esse negat, quia aqua nigra, unde concreta esset. Acad. II. 37. Homoeomeriae. N. D. I. 11. omnium rerum descriptionem mentis infinita vi confici docet. Ac. II. 5. refertur inter eos, qui negant certitudinem scientiae Acad. I. 12. confitetur ignorantiam, ut Socrates. Tusc. I. 43. Lampsaci moritur. Tusc. V. 23. eius studiis nec opes nec regna anteponenda Div. II. 27. negatur nuntiis prodigiorum crediturus fuisse.

ANAXARCHUS, Abderita Democriticus, Tusc. II. 21. eius fortitudo in subeunda morte a Nicocreonte. Apud Alexandrum M. gratiosus fuit, cui mensae

cum esset una cum Nicocreonte, Cypri praefecto, adhibitus, eum acriter perstrinxit, quem deinde dolorem mortuo Alexandro sic ultus est Nicocreon. N. D. III. 33. vid. Philo p. 881. Laërt. IX. 58. Iustin. XII. 13. 4. Plin. H. N. VII. 23.

ANAXIMANDER seu Anaximandrus, de Divin. I. 50. physicus, praedicit Lacedaemoniis terrae motum. Acad. IV. 37. Omnia gigni ex infinitate naturae dicit, de N. D. I. 10. Nativos et mortales Deos facit.

ANAXIMENES, Acad. II. 57. Ex aëre omnia fieri. de N. D. I. 10. Aëra Deum facit, eum gigni immensum et semper in motu esse.

ANCARIUS, Cluent. 59. pastor.

C. ANCHARIUS Rufus e municipio Fulginate. Varen. Fr. ab eius familia i. e. servis Varenus occiditur ibid.

Q. ANCHARIUS, Q. F. Sext. 53. Trib. pl. Caesare et Bibulo Consulibus, quo usus Bibulus in impedienda C. Caesaris Agraria lege. in Pison. 38. ad Divers. XIII. 40. Macedoniae proconsul post Pisonem ex praetura.

ANCHIALUS, ad Div. XIII. 45. servus L. Egnatii equitis Rom.

ANCON, ad Att. VII. 11. eadem, quae vulgo Ancona, urbs maritima in agro Piceno. Ancon autem est usitatius veteribus. v. Oudendorp. ad Caes. B. C. I. 12. hinc ANCONITANUS, Cluent. 14.

ANDRIA fabula Terentii, (a puella in Andro Cycladum insula nota.) laudatur Inv. I. 23.

ANDRICUS ad Div. XVI. 14. servus Ciceronis, qui et Menander dicebatur.

ANDROMACHA, Att. IV. 15. Div. I. 13. Acad. II. 7. Ennii fabula.

ANDROMEDA, N. D. II. 43. sidus.

ANDROMENES, Att. XIII. 24. 25.

ANDRON. Verr. II. 64. legatus Centuripinus testimonii contra Verrem dicendi causa Romam missus. Verr. III. 45. 48.

ANDRON ad Div. XIII. 67. Artemonis filius, Laodicensis.

C. ANDRONICUS, Puteolanus. Att. V. 15. familiaris Ciceronis.

ANEMO. N. D. III. 20. (pro quo Davisius: Almo) Deus Romanorum: proprie fluvius prope Romam.

ANGUITENENS est stella graece Ophiuchos N. D. II. 42.

ANICATUS, Att. II. 20. amicus Attici.

L. ANICIUS, Brut. 83. a quo Anicianum vinum, Aniciana nota. Consul fuit a. V. DXCIII.

C. ANICIUS, Fam. VII. 26. videt Ciceronem ex cena augurali nauseantem. Q. Fr. II. 10. *apud Anicium* est in eius villa, Ciceronis Puteolano vicina. ibid. eius lectica octophoros. XII. 21. Senator legatione libera in Africam legatur.

T. ANICIUS Q. Fr. III. 1. Ei Q. Cicero negotium dat praedii suburbani sibi emendi.

ANIO s. Anien fluvius Sabinorum, prope eum populus in mente Sacro consedit *Brut*. 14. fragm. Or. Cornel. ibi Hannibal castra locavit Mur. 39.

ANIENSIS Fam. VIII. 8. tribus rusticanae nomen.

ANNALIS, *Fam*. XIII. 8. cognomen Villiorum, vid. *Villius*.

ANNEIUS Brocchus. Verr. III. 40. Senator Panormitanus.

C. ANNEIUS, *Fam*. XII. 26. heres Q. Turii.

M. ANNEIUS, legatus Ciceronis in Cilicia diligenter commendatur. *Fam*. XIII. 55. praeest cohortibus XV. 4. laudatur *Fam*. XIII. 57.

ANNIA pupilla filia P. Annii Aselli Verr. I. 58.

ANNIA, Verr. I. 43. pecuniosa mulier; eius testamentum.

ANNIANUS Att. XV. 13. videtur homo fuisse, cui Cicero bene cupiebat, quemque, ut Balbilium incolumem in bello videre cupiebat, ob Viselliam, eius ut videtur, uxorem, a qua se dicit valde observari

ANNICERII, philosophi Off. III. 33 Cyrenaici Philosophi ab Aristippo profecti. Nomen habent ab Anniceride, discipulo Hegesiae, qui est Aristippi discipulus.

ANNIUS Saturninus, Att. V. 1.

C. ANNIUS Bellienus. Font. 4. legatus M. Fonteii, Praetoris Galliae.

L. ANNIUS. Verr. I. 41. propinquus P. Annii Aselli, et heres secundus.

M. ANNIUS Appius, Balb. 20. Camertinus, a C. Mario civitate donatus.

M. ANNIUS, Verr. I. 5. civis Romanus.

M. ANNIUS. Verr. V. 29. 60. homo splendidissimus, eques Rom. qui testimonium contra Verrem dixit.

P. ANNIUS Asellus. Verr. I. 41. civis Rom. Sacerdote praetore urbano mortuus.

T. ANNIUS Luscus, Brut. 20. Q. Fulvii Nobilioris

collega in Consulatu a. DC. adversarius Ti. Gracchi legem agrarium ferentis. Epit. Liv. 58. ubi v. Drakenb.

T. ANNIUS amicus ac necessarius Ciceronis Cluent. 28. *Hunc Sylvius coniicit eum fuisse a quo Milo adoptatus sit.*

T. ANNIUS, P. R. ad Quir. 6. Milo, Trib. pl. eo anno, quo Cicero revocatus est. vid. MILO.

T. ANNIUS Cimber Phil. XI 6. Lysidici Graeci hominis filius, Antonianus. Phil. XIII. 12. praetorius, de beneficio Caesaris.

T. ANNIUS Velina. Brut. 48. in concionibus tolerabilis orator.

ANTAEUS, Att. XIII. 44. Attici librarius.

ANTANDRUS Mysiae oppidum. Q. Fr. I. 2.

ANTE-CANIS sidus caeleste, Graece Procyon N. D. II. 44.

ANTEROS N. D. III. 23. filius Veneris ex Matte.

ANTEROS, Att. IX. 14. XI. 1. servus Attici; eiusque tabellarius.

ANTHERUS Fam. XVI. 21. servus videtur, tabellarius Ciceronis filii.

ANTHROPINUS, Verr. V. 34. praefectus navis Apolloniensis.

ANTIAS praedium Ciceronis apud Antium Att. II. 6. 7. ex eo Cic. proficiscitur ad tris tabernas. Att. II. 12.

ANTIATES ad Att. II. 6.

ANTICLEA *falsa lectio* Tusc. V. 16. Vid. *Euryclea.*

ANTIGENIDAS, Br. 50. tibicen, qui discipulo frigenti ad populum dixit: mihi cane et Musis.

ANTIGONUS, Deiot. 15. legatus Deiotari ad Caesarem.

ANTIGONUS, Fam. XIII. 32. libertus Cn. Otacilii Nasonis.

ANTIGONUS, Off. II. 14. Macedoniae Rex, eius epistola ad Philippum filium. Est Antigonus II. Soter, qui mortuo Demetrio II. tutor impuberis filii fuit, ducta matre et diademate sumpto; ita tamen ut privigno regnum conservaretur.

ANTILIBANUS, mons supra mare Sidonium, qui cum Libano, cui exadversum situs est, ubique fere aequalibus disiunctus spatiis, Coelesyriam complectitur, ad Att. II. 16. v. Strabo. L. VI. p. 1096.

ANTIMACHUS, Brut. 51. Clarius s. Colophonius poeta poema suum, (quod Ciceronis aetate extitit, Thebaida) quum recitaret, omnes praeter Platonem eum re-

liquerunt. *De eo est* Schellenbergii *dissertatio, qui eius fragmenta collegit.* Halae 1786.

ANTIOCHIA s. Antiochea ad Verr. V. 18. caput Syriae. Att. V. 18. 20. Fam. XII. 15. Hinc Antiochinus Phil. XI. 7.

ANTIOCHUS MAGNUS, de Or. II. 18. Syriae rex, Hannibalem recipit. Manil. 6. Mur. 14. bellum cum eo Romani gerunt Manil. 18. classe superatur. Verr. I. 21. a L. Scipione vincitur. Sext. 27. intra Taurum regnare iubetur: Asia, qua ille mulctatur, Attalo donatur. Deiot. 13. ablatam a Romanis Asiae partem aequo animo fert.

ANTIOCHUS Epiphanes. Magni F. Phil. VIII. 7. a Popilio iubetur abscedere Alexandria. *Vid.* C. Popilius P. F.

ANTIOCHUS Phil. IX. 2. Antiochi magni nepos: ad eum Cn. Octavius mittitur, ut eum classes habere et elephantos alere prohiberet. Est Epiphanis fil. cf. ad h. l. Polyb. Legat. 107.

ANTIOCHUS Eusebes s. Pius dictus Syriae rex, cuius filius est, qui sequitur Verr. IV. 27.

ANTIOCHUS, Antiochi X. Pii et Selenes (v. inf.) filius, Seleuci Cybiosactis frater. Verr. IV. 27. Romam cum fratre Seleuco venit, regni Aegypti petendi causa, et per Siciliam transiens a Verre expilatur. Est is, qui vulgo Asiaticus dicitur: cui Pompeius regnum Syriae ademit, et solam Commagenem, cum particula Mesopotamiae reliquit, unde Rex Commagenus vocatur ad Div. XV. 1. 3.

ANTIOCHUS Ascalonita, Acad. I. 3. magister M. Varronis, e nova Academia remigrat in veterem, Brut. 1. Academiae nobilissimus, auditur a Cicerone Acad. IV. 2. Philonis auditor, excellit ingenio et scientia. Acad. IV. 2. 4. Eum Lucullus et quaestor et imperator secum habuit. Acad. II. 4. eius familiaris Heraclitus. Acad. II. 5 — 18. Disputationis eius contra Academiam novam compendium, Cap. 19 — 22. inconstantia eius in sentiendo, Acad. II. 21. adstipulator Stoicorum. Acad. II. 22. sperat fore, ut ii qui se sequerentur Antiochii vocarentur. Acad. II. 34. Ei pingue videtur et sibi contrarium, quod Antipater dixerat, consentaneum esse ei qui affirmant, nihil posse comprehendi, id ipsum saltem dicere posse comprehendi. II. 43. germanissimus Stoicus, si pauca mutasset. Acad. II. 4. librum contra Philonem scribit nomine Sosus. II. 9. quomodo ostenderit concedendum

esse ab Academicis, perceptum esse hoc: nihil percipi posse. Nat. D. I. 7. librum scribit ad Balbum. Ab eo dicuntur Antiochinae partes, Fam. IX. 8. Eius dicitur Ἀντιόχεια ratio. Att. XIII. 10. 16. 19. praeclare colligit, quae sunt contra ἀκαταληψίαν Att. XIII. 19.

ANTIOCHUS, Caecin. 8. Aebutii servus.

ANTIOCHUS. Flacc. 36. paternus Flacci libertus.

ANTIOCHUS Gabinius, Att. IV. 16. libertus Gabinii.

ANTIOCHUS libertus ut videtur Attici literatus Att. XIII. 33.

ANTIOPA, Nat. D. III. 21. uxor Pieri, mater Pieridum. Fin I. 2. tragoedia Pacuvii. Acad. II 7. in musicis exercitati primo inflatu tibicinis statim aiunt esse Antiopam fabulam quam acturi sint histriones, aut Andromacham.

L. ANTIPATER (Caelius) Brut. 28. scriptor luculentus iuris civilis peritus. L. Crassi magister, Or. II. 12. L. Crassi Oratoris familiaris, scripsit belli Punici II. historiam, Or. II. 1. 3. addidit historiae maiorem sonum, Legg. I. 2. historicus Latinus, Fannio aequalis, accuratius scripsit superioribus, tamen sine nitore.

ANTIPATER CYRENAICUS, Tusc. V. 37. caecus fuit, de eo vid. Laërt. II. 86.

ANTIPATER DERBETES, ad Div. XIII. 73. familiaris Ciceronis

ANTIPATER SIDONIUS. Or. III. 50. de Fato 2. poëta, qui poterat versus hexametros, aliosque variis modis fundere ex tempore. Huius Antipatri epigrammata sunt quaedam in Anthologia, quae suggeret Index Auctorum Anthol. subiectus.

ANTIPATER. Off. II. 24. Tyrius, Stoicus, Ciceronis temporibus floruit et paullo ante mortuus est, quam filius M. Ciceronis Athenas venisset. Ex eodem loco intelligi potest, eum de officiis scripsisse. Dicitur enim reprehendisse Panaetium, quod in utilitatum praeceptis, quaedam omiserit.

ANTIPATER TARSENSIS, Stoicus Acad. IV. 6. reprehenditur, quod contra Academicos (in primis Carneadem) disputet. de Divin I. 3. Panaetii magister *ibid.* duo libros edidit de divinatione. de Divin I. 20 II. 15. statuit ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quae toto confusa mundo sit Acad. IV. 9. dicit ei qui affirmaret, nihil posse percipi consentaneum esse, verum tamen illud dicere

percipi posse ut alia non possent. Ei resistit Carneades. Off. III. 12. Diogenis Babylonii discipulus, quaedam magistri reprehendit. Hi tres Antipatri saepe a doctissimis hominibus permiscentur. v. c. Stanleio p. 655. qui nimis hic brevis est, a Graev. ad off. II. 24. etc. Accuratius distinxere Fabric. B. G. III. 15. Ionsius I. 13.

ANTIPATER, Off. II. 14 rex Macedoniae. Eius ad Cassandrum filium epistola. Dicitur rex, quia potestate regia usus est, post Alexandri M. mortem, rege Philippo Aridaeo Cassander demum diadema sumpsit.

ANTIPHON, Att. IV. 15. servus histrio.

ANTIPHON, Or. II. 53. nomen comicum.

ANTIPHON Atheniensis, a pago *Rhamnusius*, Brut. 12. Sophili filius rhetor, locos communes scripsit: optime capitis causam oravit. teste Thucydide lib. VIII. 68. Ab hoc boni rhetores dicti Rhamnusii. De eo est Ruhnkenii dissertatio inserta oratorum Graecorum a Reiskio editorum Tom. VIII.

ANTIPHON, de Divin. I. 20. II. 70. coniector quidam somniorum de Div. I. 51. eius artificiosa somniorum, oraculorum, et vaticinationum interpretatio. Atheniensis fuit, ὀνειροκρίτης, qui et libros de Interpretatione somniorum scripsit, qui Onirocriticis Artemidori II. 14. et ab aliis memorantur. v. Fabric. B. G. II. 26. ubi Antiphontes plures commemorantur.

ANTIPHO persona comica, cuius patrem senem agebat Roscius Or. II. 19.

ANTISTHENES Nat. I. 13. eius liber, qui Physicus dicebatur. Naturalem unum Deum facit. Att. XII. 38. eius dialogus laudatur. homo acutus magis, quam eruditus. Orat. III. 17. patientiam et duritiem maxime in socraticis adamarat, ab eoque Cynici et Stoici orti sunt.

ANTISTIUS, Rosc. Am. 32. accusator bello civili Sullano caesus.

C. ANTISTIUS. Verr. III. 71. eques Rom. magister publicanorum in Sicilia.

L. ANTISTIUS, Balb. 12. Orator.

M. ANTISTIUS, Or. II. 71. Pyrgensis, equum ei ademit Lepidus censor.

P. ANTISTIUS. Brut. 49. 63. rabula probabilis restitit C. Iulio L. F. contra leges (Villiam) Consulatum petenti, in tribunatu A. V. D. C. L. VI.

T. ANTISTIUS, ad Div. XIII. 29. Quaestor Mace-

doniae initio belli civilis. Corcyrae moritur. Pater, ut videtur, consularis, quem laudat Velleius II. 45.

ANTISTIUS VETUS, Q. Fr. II. 1. tribunus pl. a. V. 697. Ibi vulgo legitur Severus Antistius. Recte autem Manutius censuit legendum Vetus Antistius, cognomine nomini praeposito, ut in aliis quoque interdum fit, ut quum dicitur *Macer Licinius*, *Balbus Cornelius*. Ac fortasse idem est, qui nominatur Ep. ad Brut. II. 12. diciturque rei publ. amantissimus. Iac. Gronovius retinet vulgatam lectionem, et tamen de eodem intelligit, post Ursinum, qui et hoc Antistiae gentis cognomen docet.

ANTIUM, urbs veteris Latii ad mare, celebris olim re navali, templo Fortunae et Sortibus, de quibus in utroque de Divinat. libro. Inde *Hercules* Antianus Ep. ad Caes. iun. fragm.

Sp. ANTIUS Phil. IX. 2. Att. IX. 9. ibi Cicero domum habuit. Att. XIII. 47. eam domum a Cicerone venditam habet Lepidus Att. II. 6. IV. 8. ibi habet Cicero festivam copiam librorum. Att. II. 6. mavult ibi se duumvirum, quam Romae consulem fuisse Att. II. 8. ludos ibi spectare vult Tullia Att. II. 10. ludos ibi spectare Ciceroni non placet Att. II. 11. ibi Cicero quotidie melius sciebat, quid Romae ageretur quam ii qui erant Romae. vid. Sp. Nantius.

ANTIUS ex tribu Fromentina iudex tribunos plebis appellat, ne iniussu populi iudicet Att. IV. 16. libere loquitur in senatu *ibid.*

M. ANTIUS BRISO, Brut. 25. tribunus pl. restitit L. Cassii legi tabellariae.

C. ANTONIUS M. Antonii oratoris filius Fam. V. 5. Flacc. 38. Ciceronis collega in consulatu. Habuit quandam infamiam. Eius damnatione Catilinae sepulchrum floribus ornatum et epulis celebratum. Dom. 10. a Cicerone defenditur de maiestate reus. Vat. II. reus factus est de repetundis et de maiestate Coel. 31. accusatur a M. Caelio. competitor Ciceronis in consulatu Att. I. 1. Mur. 19. in petitione consulatus Cicero eum competitorem metuit, propter magnificentiam ludorum ab eo editorum. Tog. Cand. Fr. 15. et Catilina veniunt cum sequestribus cuiusdam hominis nobilis domum Cat. III. 6. laudatur quod participes coniurationis Catilinariae a suis consiliis revocaverit Fam. V. 5. Macedoniae proconsul in senatu a Cicerone defenditur Att. I. 12. ei ut in Macedonia succedatur acturum se minatur Pompeius. *ibid.* eum Cicero negat se defendere posse *ibid.* cum eo est

Hilarus Ciceronis libertus *ibid.* dixisse fertur se in cogendis pecuniis partem Ciceroni quaerere Fam. V. 5. eum Cicero queritur suis officiis parum respondisse ibid. Attici negotium ei commendat Att. II. 2. eius reditus e provincia tardior Phil. II. 23. damnatus et in exsilium actus a fratris filio M. Antonio postea triumviro non restituitur.

C. ANTONIUS, Phil. VII. 6. frater M. Antonii Triumviri. Phil. III. 10. (qui ibidem L. Antonius dicitur, male tamen, ut omnes fatentur), Macedoniam sortitus est, sortiente M. Antonio Cos. fratre.

L. ANTONIUS. Phil. V. 8. frater M. Antonii Triumviri, gladiator Asiaticus dicitur. Phil. V. 2. a M. Antonio creatur VII. vir agrorum dividendorum. Phil. VI. 5. eius statua in foro. Fam. X. 15. eum persequitur post pugnam Mutinensem Plancus cum fratre Fam. X. 33. post pugnam Mutinensem Alpes occupat. Att. XIV. 20. eius in tribunatu horribilis concio de agro Pomptino dividundo. ibid. dicitur Octavio concionem daturus. Att. XV. 2. sordide concionatur. Att. XV. 2. putatur in Decimum Brutum invecturus.

M. ANTONIUS Brut. 43. natus A. V. C. 610. Her. IV. 5. Orator Or. I 7 Crassi familiaris et consiliorum in re publ. socius de Or. I. 14. potuisset de alieno artificio copiose dicere Off. II. 14. accusando nobilitatus est. Brut. 36 — 38. qualis orator. Tusc. II. 23. eius in dicendo contentio. Cluent. 50. quare nullas orationes ediderit. Or. II. 1. omnis eruditionis expers putatus est. Or. I. 18. sero ac leviter Graecas literas attigit Or. II. 14. quomodo Graecorum libros legerit Verr. I. 23. putatus est nullas tabulas conficere falso. Or. I. 21 Sulpicium saepe docet, quae soleret in dicendo observare. Or. II. 1. ex eo Cicero adolescentulus multa saepe quaerit de arte oratoria. ibid. Idem populo orationem suam probabiliorem fore censebat, si omnino didicisse numquam putaretur. Caecil. 8. vir amplissimus. Verr. II. 18. una cum Crasso laudatur, quod crimina diluere dilucide et copiose reorum causas dicere soleret. Cluent. 50. eius ingeniosum dictum, cur orationes non scripserit. Cluent. 50. Rab. Post. 9. in praesidio fuit extra urbem contra Saturninum Rabir. 9. ad Quir. post Red. 5. Consul cum A. Albino. Or. II. 1. Ciliciam Proconsul rexit. ibid. 46. Or. I. 18. in Ciliciam proficiscens Athenis cum philosophis ac arte oratoria disputat. Or. I. 18. M' Aquillium et C. Norbanum defendit Or. II. 28, 45. II. 67. Censor

de ambitu reus factus est. ad Div. VI. 2. bellum civile praedicit. Or. III. 3. interfectus in Mariana proscriptione, caput in rostris positum est.

M. ANTONIUS Creticus M. oratoris filius triumviri pater Verr. II. 3. III. 91. praeter infinitum imperium eius, quod scil. nactus est in omnes oras maritimas factione Cethegi et gratia Cottae Consulis a. V. 679 avarissimus homo, Siciliam depopulatur. Caecil. 17. eius praefectus ab Agonide in Sicilia symphoniacos servos per iniuriam abducit.

M. ANTONIUS M. Antonii Cretici Fil. M. Antonii oratoris nepos Phil. II. 20. A. V. C. 701. quaestor fuit, in eaque quaestura sine SCto, sorte, lege, egestate coactus ad Caesarem in Galliam provinciam proficiscitur. Fam. VIII. 14. A. 703. augur factus est Att. VII. 5. Exeunte anno tribunatum plebis adit et X. Kal. Ian. concionem habet adversus Pompeium Fam. XVI. 11. anno sequente 704. C. Marcello et L. Lentulo Coss tribunus plebis SCto contra Caesarem intercedit et ad Caesarem fugit. Att. X. 8. hortatur Ciceronem ut bello civili abstineat. Att. X. 10. superbius ad eum scribit Att. X. 12. nominatim de Cicerone ait Caesarem sibi imperasse, ne eum Italia exire patiatur Att. X. 13. eius acta ridentur. Att. X. 15. Capuam proficiscitur. Att. X. 16. inter eius lictores lectica mima portatur. Att XI. 7. post pugnam Pharsalicam scribit Caesarem sibi scripsisse, omnes Pompeianos Italia prohiberi nisi quorum causam ipse cognovisset; itaque ne Ciceroni quidem locum esse. Admonitus autem a Cicerone, Caesarem Dolabellae dixisse, ut ad se scriberet, ut in Italiam quam primum veniret, Ciceronem et Laelium excepit nominatim. Att. XI. 18. ad eum scribit Cicero petens ut sibi liceat Brundisio discedere. Att. XII. 18. Roma profectus ut ad Caesarem in Hispaniam iret mutato consilio ad urbem redit. Att. XIV. 3. A. V. C. 709. statim post Caesaris caedem Cicero Antonium epularum magis rationem habere putat, quam quidquam mali cogitare. *ibid.* ad eum dicitur frumentum omne domum portari Att. XIV. 5. aleator dicitur *ibid.* posset facile Caesaris libertorum coniurationem opprimere si saperet. Att. XIV. 6. eius colloquium cum Bruto et Cassio. Fam. XI. 1. est mente pessima et infidelissima. Att. XIV. 8. eius factum in tollendo Pseudo-Mario probatur. Att. XIV. 10 lites cum Octavio de Caesaris hereditate. Att. XIV. 12. fixit legem, quasi a Caesare in comitiis latam, qua Siculis civitas Romana

daretur. Att. XIV. 13. scribit ad Ciceronem de restitutione Sex. Clodii. *ibid.* ei Cicero respondet. Att. XIV. 19 Antonius ei gratias agit. Att. XIV. 14. dicebatur Kal. Iun. de provinciis relaturus ut ipse Gallias haberet. Fam. XVI 23. eius lex de professione pecuniae. *ibid.* Cicero eius inveteratam sine ulla offensione amicitiam retinere vult. Att. XIV. 17. Capuae se tenet, quo ne magno rei publ. malo venerit Cicero timet. *ibid.* de Attici negotio Buthrotio ait libenter se Antonium convenire velle; si modo sit Capua declinaturus. cf. Att. XV. 1. Att. XIV. 20 Misenum et Samnium venit Antonius. *ibid.* eius dextella dicitur Q. Cicero filius. Att. XIV. 21. eum narrat Balbus circumire veteranos ut acta Caesaris sancirent. Att. XV. 4. eius consilia turbulenta *ibid* dicitur militibus senatum obsessurus. Fam. XI. 2. Brutus et Cassius literis ad eum scriptis quaerunt, utrum putet se tutos Romae fore. Fam. XI. 28. eum convenit Matius salutandi causa. Att. XV. 6. eum ne videat Cicero non vult Romam venire. Att. XV. 8. scribit tamen ad eum de legatione libera impetranda. Att. XV. 10. 11 12. eius beneficium, quo Bruto et Cassio frumentariam curationem obtulit, contumeliosum. Att. XV 12. ab eo Octavianum seiungendum esse censet Cicero. Att. XV. 20. ab eo foedum genus interitus paratur bonis. Att. XV. 21. eum Q. Cicero filius narrat sibi negotium dedisse, ut eum dictatorem efficeret. Fam. XI. 3. eius contumeliosis literis Brutus et Cassius fortiter respondent. Att. XVI. 7. eius edictum contra illos. Fam. X. 1. eius insolentia et immanitas. Fam XII. 3. producitur in concionem a Canutio. Fam. XII 23 interfectores suos domi comprehendit. Att. XVI 8. pergit ad urbem cum legione Alaudarum. *ibid.* legiones Macedoniae ab eo congiarium accipere noluerunt. Fam. XII. 22. 23. cum eo Cicero bellum gerit contra arma verbis. Fam. XII. 4. X. 28. eum non una cum Caesare interfectum esse Cicero queritur. Fam. X. 28. ex eius exercitu legiones duae se ad Octavianum conferunt. Fam. XII. 5. Bononiam tenet. Fam. X. 30. vincitur apud Mutinam. Fam. XI. 9. D. Brutus monet Ciceronem ut prospiciat ne Antonius convalescere possit. Fam. XI. 10. eius novae copiae et nova consilia Fam. XI. 11. proficiscitur ad Lepidum. Fam. X. 15. ad eum opprimendum Planci conatus. Fam. X. 34. quid sub eius adventum Lepidus egerit ipse narrat. Fam. X. 2. 35. mox tamen se cum Antonio coniungit. Phil. I. 13. statim post Caesaris caedem multa pro salute rei

APELLA Chius, Att. XII. 19. columnarum artifex. Hunc Apellam non commemoravit Iunius: sed habet alium Apellam statuarium e Plin. XXXIV. 8. *Ern.*

APELLES, Brut. 18. pictor Att. II. 21. doleret si Venerem suam coeno oblitam videret. Fam. I. 9. Venerem imperfectam reliquit. Off. III. 2. nemo eam absolvere se posse confisus est. Fam. V. 12. apud Alexandrum gratiosus, qui ab eo solo se pingi voluit.

APENAS, ad Att. IV. 7. servus tabellarius.

APENNINUS mons Italiam veluti dorsum, paene totam percurrens, de Or. III. 19, Phil. XII. 11.

APERTA, Her. II. 27. est *Apollo.*

APHILIA, Brut. 48. aptior concionibus orator, quam iudiciis.

APIS sanctus Aegyptiorum bos N. D. I. 29.

APOLLINIS operta, Div. II. 55.

APOLLINARES ludi, Phil. I. 15. II. 13. Att. II. 19. de eorum origine videndus Liv. XXIV. 12. Actos esse IV. Id. Iul. e Cicerone Macrobio et Dione demonstrat Norisius in Cenotaph. Pis. p. 137. 138. *Ern.*

APOLLO. N. D. III. 23. Arcades Nomionem appellant. ib. 16. cum Hercule de tripode certat. ib. 23. cum Iove de Creta Acad. IV, 28. crinitus. Tusc. IV. 34. Sanctus, Verr. IV. 53. Temenites *Pythius*, de eo versiculi Enniani Or. I. 45. eius oraculum Bruto, qui reges expulit, datum Brut. 14. Deli natus creditur in loco ipso ubi fanum eius erat Verr. I. 17. eius signum in Chio insula a Verre ablatum V. 72. in eius templo habetur senatus Q. Fr. II. 3. Fam. VIII, 4. eum in poemate suo loquentem inducere vult Cicero. Q. Fr. III. 1.

APOLLODORUS Pyragrus, Verr. III. 31. Argyrinensis.

APOLLODORUS, N. D. III. 37. Tyrannus Cassandreae; de eo lege Aelian. V. H. XIV. 41. XV. 15.

APOLLODORUS, Atheniensis Att. XII. 23. ad eius Chronica respicitur.

APOLLODORUS, N. D. I. 34. Est Academicus, Zenoni Epicureo aequalis, a quo maledictis, ut Cicero ait, figebatur.

APOLLONIA civitas Siciliae Verr. III. 43.

APOLLONIA, Brut. 2. urbs Macedoniae maritima, literarum studiis nobilis Pis. 40. a Pisone exinanita, Fam. XIII. 29. ibi signatur argentum. Unde *Apolloniatae* Pis. 35.

APOLLONIDES, Flacc. 21. Temnites.

APOLLONIENSIS, in Verr. III. 43. V. 33. ab Siciliae oppido Apollonia.

APOLLONIS Flacc. 21. oppidum Lyciae, quae et Apollonidea et Apollonidia dicitur. Unde *Apollonidiensis* s. *Apollonidensis* Q. Fr. I. 2. 3.

APOLLONIUS MOLO, Alabandensis. Inv. I. 56. dixit lacryma nihil citius inarescere. Eum Scaevola praetor quum Rhodum venisset, invisit Or. I. 17. irridet philosophiam *ibid.* Or. I. 28. mercede docuit rhetoricam, sed minus idoneos noluit docere, ib. 17. Ei Cicero operam dat primum Romae, Brut. 89. deinde in insula Rhodo. ib. 91.

APOLLONIUS Diocli filius Verr. VI. 7. Panormitanus, cognomine Geminus, per summam iniuriam a Verra in vincla coniectus.

APOLLONIUS Niconis filius, Drepanitanus. Verr. IV. 17.

APOLLONIUS, Fam. XIII. 16. libertus P. Crassi M. F. doctus, laudatur et commendatur.

APOLLONIUS, Att. IV. 7. homo Graecus; putat licere sibi conturbare rationes.

APONIUS Iuvenis Mil. 27. Ei Clodius mortem minitatur, nisi sibi hortorum possessione cesserit. In melioribus Mss. scribitur *Aponius*, in aliis *Apronius*.

APPIA, Att. II. 12. via celeberrima Roma Capuam, et Capua Brundusium ferens, ab Appio Caeco Censore strata magnifice. Liv. IX. 29. Q. Fr. I. 1. 6. Cicero Q. fratris servos in Asiaticis itineribus ita se gerere vult, ut si iter Appia via facerent Q. Fr. III. 7. in Appia via in urbe ad Martis mira proluvies. Mil. 7. eius nomen magnas tragoedias excitat ob caedem Clodii in ea factam.

APPIANI, Fam. III. 7. incolae oppidi Appiae in Phrygia. Eorum legati Ciceroni afferunt literas Appii Claudii, quibus querebatur eos impediri, ne tributa colligerent ad monumentum Appio aedificandum.

APPIAS. Ita Cicero Minervae statuam, si forte de Appii statuis sumpserit, nominare vult. Fam. III. 1.

APPIO, (sic enim Latini scribunt; v. inscriptio ap. Scaligerum ad Euseb. p. 154. rectius tamen foret more Graecorum Apio) Agrar. II. 19. Ptolemaeus, Rex Cyrenarum, qui pop. Romanum heredem facit. vid. Liv. Epit. 70. *Ern.*

APRONIUS, Milon. 27. invenis. vid. *Aponius.*

APPIUS Inv. I. 19. indixit Carthaginiensibus bellum. *Intelligitur App. Claudius cognomine Caudex cos. A. V. C. 490. quo consule primum Punicum bellum coeptum est.*

APPIUS maior; eius dictum scurrile Or. II. 60. eius dictum in Lucilium ibid. II. 70. est Appius Claudius maior C. Claudii fil. vid. *Appius Claudius.*

APPULEIA, populi, Att. IV. 11. dicitur P. Clodius, propter seditiones et libidines. Tunstallus Ep. ad Midlet. pag. 98. mavult intelligi Clodiam: ceterum locum vitiosum putat.

L. APPULEIUS Saturninus, Brut. 62. seditiosorum post Gracchos eloquentissimus, eius lex de maiestate Or. II. 25.

L. APPULEIUS, Caecil. 15. subscriptor Q. Caecilii, qui se Verris accusatorem professus erat, nullo usu forensi.

L. APPULEIUS, Planc. 11. praetor Macedoniae quaestore Cn. Plancio A. V. 695. ibid. 41. quamvis Ciceroni amicus, eum tamen in Macedonia metu Clodianae factionis palam amplecti noluit.

APPULEIUS, ad quem scriptae sunt epistolae Fam. XIII. 45. et 46. Proquaestor in Asia Q. Philippi Proconsulis fuisse videtur Ragazonio. Eum proconsulatum Pighius ad a. 708 refert. Veruntamen Philippi ad quem sunt Epp. XIII. 74. proconsulatus in annum 698. incidisse videtur.

P. APPULEIUS, Phil. VI. 1. trib. pl. Hirtio et Pansa Coss. Ciceronem producit, et de M. Antonio interrogat. Phil. XIV. 6. Ciceronem a suspicione fascium ad populum liberat. Att. XII. 13. 14. fit augur. Ad eius cenam auguralem Cicero ne veniat excusari cupit. ibid. XII. 13. 17.

APPULEIUS, praediator, Att. XII. 13. 17. diversum putant ab Appuleio augure, qui in eadem ep. nominatur. Et sic videtur, quia additur, *praediator:* quo distinctionis causa factum, verisimillimum est. Idem esse videtur quem Cicero Att. V. 11. nolebat praefectum in Ciliciam ducere.

Q. APRONIUS, Verr. II. 44. homo foedus, de cohorte Verris III. 9. eius immanis nequitia, libido, luxuria. III. 12 sqq. 25 sqq. eius iniuriae in aratores Siculos.

ARABES Fam. XV. 1. eorum phylarchus Fam. VIII. 10. Eos Cassius in provinciam immisisse dicitur et Parthos esse senatui renuntiasse.

ARABIA Att. IX. 11. Eo Pompeius cogitare dicitur

ARADUS Att. IX. 9. urbs Phoeniciae in parva insula continenti ponte iuncta.

ARAE Alexandri, in radicibus Amani, ibi Ciceronis castra. Fam. XV. 4.

ARATUS, ignarus astrologiae ornatissimis versibus de caelo stellisque dixit Or. I. 16. Nat. D. II. 41. eius carmina a Cicerone admodum adolescentulo convertuntur. Acad. IV. 20. eius versiculi citantur.

ARATUS Sicyonius, Offic. II. 23. laudatur. Patriam a tyranno oppressam liberat. Est auctor foederis Achaici, cuius vitam luculenter scripsit Plutarchus: add. Polyb. L. II.

ARBUSCULA, Att. IV. 18. Mima, valde placuit.

ARCADES se προσεληνους dicunt Fundan. fr.

ARCADIA Att. VI. 2. regio Peloponnesi mediterranea.

ARCANUM, praedium Q. Ciceronis prope Minturnas Att. III. 1. X. 2. Q. Fr. II. 7. invisitur a Cicerone Q. Fr. III. 1. eius magnificentia ib. III. 9. ibi dissidia inter Q. Cic. et eius uxorem Att. V. 1.

ARCESILAS, de Or. III. 18. Acad. I. 9. Polemonis discipulus Fin. V. 31. Podagrae dolores fortiter fert. Acad. I. 13. negat quicquam sciri posse, illud ipsum quod Socrates reliquerat, ib. cum Zenone certat. Acad. I. 24. Zenonis et Arcesilae disputatio in quo vertatur. Or. III. 21. Contra omne quod propositum sit disserit Acad. I. 12. novae Academiae rationem, non novam disciplinam sed correctionem veteris Academiae putat. Acad. II. 5. Arcesilae calumnia negatur conferenda esse cum Democriti verecundia; Ac. II. 6. putatur Zenoni obtrectasse, sed c. 24. it. Acad. I. 12. defenditur. Acad. I. 6. eius discipulus, Lacydes. Acad. II. 18. magna eius copia dicendi. Acad. I. 4. e nova Academia redit in veterem, ibid. II. 19. dicit vim sapientis esse maximam cavere ne capiatur. Acad. II. 20. affirmat sapientem nulli rei assentiri ibid. 21.

ARCHAGATHUS, homo nobilis Haluntinus, Verr. IV. 22.

Homero et Pindaro. Att. XV. 11. Aristophani Archilochi iambus longissimus quisque optimus videtur.

ARCHIMEDES, Or. III. 23. Tusc. I. 25. Nat. D. II. 34. eius sphaera de qua vid, etiam Sext. Empir. adv. Math. L. IX. p. 577. et ibi Fabricium. Fin. V. 19. patriam captam prae studio non sensit. Verr. IV. 58. Marcellus eius mortem moleste fert. Tusc. IV. 23, eius sepulcrum a Cicerone quaestore repertum. Att. XII. 4. XIII. 28. Ab eo dicitur πρόβλημα Ἀρχιμήδειον de re difficili.

ARCHONIDAS. Verr. III. 56. IV. 26. Elorinus; testis in Verrem.

ARCHYTAS Sen. 12. Tarentinus, magnus et praeclarus vir, eius oratio de voluptate, de Or. III. 34. Pythagoreus, Philolai praeceptor. Fin. V. 29. Platonis tempore vixit, Fin. II. 14. Platonis ad eum epistola, nona inter epistolas Platonis. Tusc. IV. 36. eius dictum, quod irae potentem fuisse demonstrat.

ARCTOPHYLAX stella N. D. II. 42.

ARCTURUS stella in signo Bootae ibid.

ARCTUS sidus ibid.

ARDEATES, ab Ardea, Latii urbe. N. D. III. 18. Inde ager Ardeas.

AREOPAGUS Off. I. 22. N. D. II. 29. Divin. I. 25. Att. V. 11. iudicium Athenis nobilissimum; inde iudices *Areopagitae* ibid. Phil. V. 5, Off. I. 22. Fam. III. 1. Att. IV. 14. V. 11. Ironice dicuntur iniusti iudices *praeclari Areopagitae*. Att. I. 13.

ARETHUSA, celeber fons Siciliae ad Syracusas. Verr. IV. 53.

AREUS, Att. V. 9. libertus.

ARGANTHONIUS, *Sen.* 19. rex Tartessiorum, qui octoginta annos regnavit, centum et viginti vixit. add. Plin. H. N. VII. 48

ARGENTEUS FLUVIUS, Fam. X. 34. in Gallia Transalpina ad forum Iulium.

ARGENTEUS PONS, Fam. X. 34. locus vel vicus cum ponte in fluvio Argenteo.

ARGI, urbs Argolidis, unde *Argius*, Tusc. Q. I. 47. Argia Sacerdos, est Cydippe, Sacerdos Argiva Iunonis, cuius filii Cleobis et Bito ob pietatem praedicantur. Vid. *Cleobis*.

ARGILETUM, Att. XII. 32. mons urbis Romae

ubi Cicerones domum aut tabernas habuisse videntur; unde *Argiletanus*, Att. I. 14.

ARGINUSAE Off. I. 24. insulae tres prope Lesbum, ad quas Lacedaemoniorum dux Callicratidas ab Atheniensibus in bello Peloponnesiaco victus est.

ARGIVI, Tusc. II. 17. Brut. 13. apud eos nullus orator.

ARGO navis in qua Iason cum sociis, qui inde Argonautae dicti, Colchos navigarunt Her. II. 22. Tusc. I. 20. dicitur Argonautarum navis. Or. I. 38.

ARGO sidus N. D. II. 44.

ARGOLICUS, de Fin. V. 18. Argolicum decus dicitur Ulysses ex versione Ciceronis Odyss. XII. 184.

ARGONAUTAE Tusc. IV. 32. eorum princeps Iason. *Argonautarum* navis Or. I. 38.

ARIARATHES, Fam. XV. 2. Att. XIII. 2. Ariobarzanis filius, et alius, Ariobarzanis frater.

ARICIA, Agr. II. 35. oppidum Latii sub Albano monte. Mil. 19. Inde Clodius rediens devertit ad Albanum suum. Phil. III. 6. Aricini municipii laudes.

ARIES sidus N. D. II. 43. 44.

ARIMINUM, Umbriae oppidum, Verr. I. 14. in bello civili Sullano oppressum ac direptum, trans Apenninum ad mare situm. Phil. XII. 9. ibi Verres pecuniam publicam reliquisse se dicebat. Verr. I. 14. Unde *Ariminensis*, in Verr. Lib. I. 12. Ariminenses sunt ex duodecim coloniis Caecin. 35.

ARIOBARZANES, Manil. 2. rex Cappadociae a Mithridate regno expulsus, ibid. 5. socius populi Romani, Eusebes et Philoromaeus dicitur, qui tituli etiam in numis occurrunt. Ciliciae Proconsuli Ciceroni commendatur a Senatu, et ab eo magno periculo liberatur, laudatur. conf. Fam. XV. 2. 4. Att. V. 20. Prov. 5. Gabinio in ulciscendis inimicis utitur.

ARION, Methymnaeus, ex Lesbo insula Tusc. II. 27. Citharoedus et poeta; is quum a Periandro opibus auctus cum magna pecunia Lesbon reverteretur, a nautis eius pecuniae cupidis quum se interfectum iri videret, petiit ut sibi carmen aliquod ante mortem canere liceret. Quod quum impetrasset, sumpta cithara se in mare proiecit, ibi a delphine dorso exceptus Taenarum venit; inde Corinthum profectus rem Periandro narravit, qui istos nautas crucis supplicio affecit. Herodot. I. 23.

ARIS. Eius uxor pellicatus dolore concitatur Scaur. Fr.

ARISTAEUS, Nat. D. III. 18. olivae inventor, Apollinis filius Verr. IV. 57.

ARISTAEUS. Verr. V. 42. Dexionis filius.

ARISTIDES, de Offic. III. 4. Iustus dictus est; ibid. III. 11. Themistoclis consilium utile, quia iniustum, non probat. Sext. 67. eius exsilium, Fin. II. 35. eius laudatio Fin. V. 22. etiam mortuus diligitur.

ARISTIPPUS, Socraticus, de Orat. III. 17. pecuniam in mare deiicit Inv. II. 58. Cyrenaicae philosophiae auctor. Fam. IX. 26. eius dictum de Laide Acad. II. 42. Fin. I. 7. 8. II. 6. 11. 11. voluptatem summum bonum facit. Tusc. II. 6. summum malum dolorem Acad. IV. 45. quasi animum nullum habeamus corpus solum tuetur. Offic. I. 41. licentia eius contra morem consuetudinemque loquendi non est imitanda,

ARISTO, Fam. I. 18.

ARISTO Ceus, Lyconis discipulus, Peripateticus, concinnus et elegans, gravitatem tamen et auctoritatem non habet. Fin. V. 5.

ARISTO Chius, Stoicus. Acad. II. 4. 39. Tusc. V. 11. Zenonis auditor ibid. c. 42. Fin. II. 11. 13. III. 3. 4. summum bonum in ἀδιαφορίᾳ ponit. ibid. III. 15. eius doctrina confunditur omnis vita. IV. 15. Aristonea vitia et peccata. (cf. Fin. IV. 17. 18 22. 25. 26. 28.) praeter vitia atque virtutes negavit rem esse ullam aut fugiendam aut expetendam Fin. V. 25. Fin. IV. 16. introduxit tamen res, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quodcumque in mentem incideret, et quodcumque tamquam occurreret. h. e. praeter virtutem appeti saepe alias res non propter suam naturam, sed tantum παρὰ τὰς διαφόρους τῶν καιρῶν περιστάσεις, Sext. Emp. XI. 61. quo loco bene usus est Goerenzius ad illum Cic. de finibus locum. Tusc. II. 6. cum Zenone componitur. Nat. D. I. 14. eius de natura Deorum sententia.

ARISTO, Balb. 22. Massiliensis, a Sulla civitate donatus.

ARISTODAMUS, Apolloniensis. Verr. V. 7.

ARISTODEMUS Att. II. 7.

ARISTOCRITUS, Fam. XIV. 3. servus aut libertus potius.

ARISTOGITON Tusc. I. 49. Atheniensis, qui cum Harmodio Pisistrati tyrannidem evertit. Herod. V. 55. Thucyd. VI. 12. Pausan. I. 29.

ARISTOMACHE, Tusc. V. 20. uxor Dionysii tyranni.

ARISTONICUS, Phil. XI. 8. cum eo bello gestum L. Valerio et P. Licinio Coss. Agr. II. 33.

ARISTOPHANES, Comicus. Legg. II. 15. poëta facetissimus Or. 9.

ARISTOPHANES, Or. III. 33. Grammaticus insignis. Aristarchi discipulus Fin. V. 19.

ARISTOTELES, Mur. 30. philosophi a Platone et Aristotele sunt Academici. Tusc. I. 10. longe omnibus Platone excepto praestat ingenio ac diligentia. Tusc. III. 58. sperat philosophiam brevi tempore absolutam fore, Inv. II. 2. eius liber de scriptoribus artis rhetoricae. Or. II. 38. eloquens in rebus de quibus disputavit et in dicendo suavis atque ornatus fuit Or. I. 11. scripsit de arte Rhetorica Or. I. 13. II. 38. proposuit (in libris Topicorum) locos ex quibus omnis argumenti via ad philosophorum et oratorum disputationem inveniretur, Acad. I. 4. Socratis dubitationem et disserendi genus relinquit, Platonis ubertatem complexus *ibid.* abundantia ingenii praestat. Acad. I. 8. quintum genus elementorum statuit, e quo mentes et sidera Tusc I. 23. mundum ait semper fuisse deumque eius moderatorem. Acad. I. 9. primus labefactat Platonis species i. e. ideas. Acad. II. 42. eius sententia de summo bono. Orat. III. 47. iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore. Or. III. 50. paeonem posteriorem in clausula periodorum probat. Brut. 12. narrat Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse artem rhetoricam Ac. II. 44. numquam παράδοξα illa, quae postea Stoici, tractavit Tusc. V. 35. Fin. II. 32. ridet Sardanapali epigramma. Vid. Sardanapalus. Tusc. I. 10. ἐντελέχεια, de mente sententia, de Fin. V. 4. primus instituit exercitationem de omnibus rebus in utramque partem disserendi. Fin. V. 5. Duplex scribendi genus Aristotelis, populare et subtile, causa est, quare interdum non idem dicere videatur. Eius libri de moribus, utrum ipsius an filii? Nat. D. I. 13. Scripsit libros de philosophia, quorum hic tertius laudatur. In sententia de Deo inconstans, Fin. V. 4. persecutus est animantium omnium ortus, virtus, figuras. Fin. V. 5. descripsit omnium fere civitatum non Graeciae solum

sed etiam barbariae mores, instituta, disciplinas. Or. III. 35. Alexandri M. praeceptor Tusc. I. 33. dicit omnes ingeniosos melancholicos esse. Tusc. I. 39. apud Hypanim fluvium narrat bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. N. D. I. 38. docet Orpheum poetam numquam fuisse. N. D. II. 15. ei absurdum videtur in ea parte, (sole) quae sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. N. D. II. 37. eius locus, quo docet deos esse ex admirabili caeli specie et rerum natura. Divin. I. 25. eius narratio de somnio Eudemi Div. II. 1. coniungit cum philosophia dicendi praecepta. Divin. II. 62. dicit animum in somno incidere in visa varia et incerta ex reliquiis inhaerentibus earum rerum quas vigilans gesserit aut cogitavit. Legg. I. 13. dicitur cum vetere Academia re congruere, genere docendi paulum differre. ibid. III. 6. illustravit omnem civilem de legibus locum. Att. XII. 40. eius libri περὶ βασιλείας ad Alexandrum M. de Off. III. 8. honestatem omnibus rebus praefert. de Inv. I. 5. plurimum Oratoriae profuit de Or. III. 35. eloquentiam professus est, quod videret Isocratem in eo genere frequentari. Fam. I. 9. eius ratio oratoria omnis libris de Oratore Ciceronianis continetur, ibid. Aristotelius mos est, quum scribitur in sermone ac dialogo. Alius est Aristoteleus mos Att. XIII. 19. quem secutum se ait Cicero in recentioribus libris, quo ille ita sermonem inducit ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Att. II. 1. Aristotelia pigmenta h. e. ornamenta orationis ex Aristotelis praeceptis. Fin. III 3. Aristotelios quosdam commentarios Cicero in bibliotheca Luculli quaerit.

ARISTOTELES A. Licinius, Melitensis, ad Div. XIII. 52. hospes Ciceronis.

ARISTOXENUS. Fin. V. 19. Musicus idemque philosophus. Att. VIII. 4. Or. III. 33. Tusc. I. 10. 11. ait animam harmoniam corporis esse. ib. 18. sententia de anima reprehenditur. *ib.* Aristotelis discipulus. Att. XIII. 32. ad eum Dicaearchi epistola. Tusc. I. 22. cum Dicaearcho nullum omnino animum esse dicit; h. e. substantiam non esse a corpore secretam.

ARISTUS, Academicus. Att. V. 10. Acad. I. 3. II. 4. frater Antiochi, eius, qui auctor est quintae Academiae, de quo supra: quocum coniungitur Tusc. V. 8. Sic enim illi legendum non Aristo, ut docuere ad illum locum Davisius et Buherius. M. Bruti magister Plutar-

chus in Brut. init. adeo *φίλον* et *συμβιώτην* vocat. Brut. 97. Academiae heres, hospes et familiaris Ciceronis.

ARISTUS, in Verr. IV. 12. Panormitanus.

ARMENII, populi Asiae. Eorum rex Tigranes Manil. 9. Mur. 15. Sext 27.

ARNIENSIS, de Lege Agrar. II. 29, tribus Rom. et Regio Etruriae.

ARPI, ad Att. IX. 3. oppidum Apuliae.

ARPINUM, ad Att. II. 11. urbs Italiae et municipium, duobus civibus C. Mario et M. Cicerone nobilitatum, unde Arpinates dicuntur: et Arpinas, ad Att. I. 6. V. 1. de praedio.

ARQUUS, s. ARCUS, Nat. D. III. 19. Thaumantis filius.

ARRETIUM, Fam. XVI. ep. 12. oppidum Etruriae, unde Arretini dicuntur. Mur. 24. Arretinam mulierem defendit Cicero. Caecin. 33.

C. ARRIUS, Att. II. 14. 15. etc. amicus Ciceronis et vicinus eius in Formiano ad Q. Fr. I. 3. summam amicitiam cum Cicerone simulans, eum insidiose tractat. Sed fortasse etiam hoc alterum ad Q. Arrium fil. referri potest, quem ipsum Vat. 12. familiarem suum appellat.

Q. ARRIUS. Br. 69. grata populo verborum copia fuit, qua, infimo loco natus, pecuniam et honores consecutus est etc. Verr. II. 15. et IV. 20. praetor Siciliae designatus, non successit Verri, quod exorto bello servili missus est contra Crixum et Spartacum: quorum illum profligavit, ab hoc victus est. Liv. Epit. 96.

Q. ARRIUS, ad Att. II. 5. destituitur in petitione Consulatus a Caesare, quem ipse ante iuverat. Vat. 12. epulum dedit in honorem patris, Caesare et Bibulo Coss. Is est etiam, quem amicum suum vocat, p. Milon. c. 17. Videtur autem esse filius Q. Arrii Praetoris Siciliae designati, et hoc epulum dedisse eam ipsam ob causam, ut populi auram captaret, consulatum petiturus. Magnificum hoc epulum fuisse vel Horatii locus indicat Satir. II. 3.

ARSACES, Fam. VIII. 14. Rex Parthorum; quocum Cicero bellum gessit in Cilicia. Est Orodes, Phraortis III. fil. ut alio loco a Cicerone vocatur.

ARSINOA Nat. D. III. 22. Arsippi uxor.

ARSIPPUS, Nat. D. III. 22. Arsinoae vir. Aesculapii cuiusdam pater.

ARTAVASDES Att. V. 20. Rex Armeniorum V. 21. eius filia nubit Deiotaro filio. ad Div. XV. 2.

ARTAXERXES, Att. X. 8. Xerxis filius, ad quem Themistocles confugit.

ARTEMIDORUS Aetnensis, Verr. III. 44.

ARTEMIDORUS, Cornelius. Verr. III. 49. 6. medicus Verris.

ARTEMIDORUS Pergaeus, Verr. III. 21. quo adiutore Verres Dianae Pergaeae templum expilavit.

ARTEMIDORUS, Verr. I. 31. in quem Verres, testimonium dixit. Potuit esse aliquis Lampsacenus, qui in causa Philodami aliquid egerat contra Verrem. Pantagathus nomen Philodami reponendum putabat.

ARTEMISIA, Hecatomni filia. Tusc III. 31. Mausoli regis Curiae uxor, sepulcrum magnificum marito Halicarnassi extruxit, vixit in luctu eoque biennio post eius mortem confecta contabuit.

ARTEMITANI, Att. I. 19. Sed legendum videtur cum Graeviana Arretini. Artemita enim nulla est in Italia, quod constet.

ARTEMO Verr. III. 85. Entellinus.

ARTEMO, Fam. XIII. 64. Laodicenus.

ARTEMO Centuripinus legatus testimonii contra Verrem dicendi causa Verr. II. 64.

ARTEMO CLIMACHIAS, Verr. II. 51. Cephaleditanus, homo locuples et domi nobilis, fit Sacerdos maximus.

ARTEMO, Verr. III. 45. Aetnensis Senator.

ARUNS Tusc. IV. 22. filius Tarquinii Sup. qui cum L. Bruto, qui in eum effrenatius invaserat, uno ictu contrario cecidit.

L. ARUNTIUS, Fam. VII. 18.

P. ASCITIUS, Coel. 10. in suspicionem interfecti Dionis, Alexandrinorum legati, contra Ptolemaeum, vocatur.

ASCLAPO Patrensis, Fam XIII. 19. XVI. 9. medicus.

ASCLEPIADES; Tusc. V. 39. Eretricus philosophus caecitatem aequo animo fert.

ASCLEPIADES, Flac. 15. Acmonensium legatus, homo turpis, testis in Flaccum.

ASCLEPIADES, de Or. I. 14. medicus, amicus Crassi, eloquens. Hoc loco inductus Cocchius Medicus Florentinus clarissimus, negat verum esse, quod vulgo,

auctore Plinio H. N. XXVII. 3. statuunt, eum aequalem Cn. Pompeio fuisse, in notis ad scriptores Chirurg Graecos p. 154. Quod enim Crassus de eo loquitur, maiorem Pompeio esse debuisse, et Plinium adeo errasse. Quasi non potuerit Crassi tempore paullo iunior fuisse; aut probabile sit, Plinium, diligentem scriptorem, in re errasse, quae non multum ab suis temporibus abesset. *Ern.*

ASCULUM, Brut. 46. oppidum in Agro Piceno, quod et Asculum dicitur et ap. Hieroclem ἄσκλος, unde Sull. 8 Asculani. Font. 14. ab Asculanorum manu interfectus pater Fonteii.

M. ASELLIUS, Clu. 61. Larinas.

ASELLIUS, de Legg. I. 2. historicus Latinus languidus et inscitus.

CL. ASELLUS Or. II. 64. a Scipione Africano censore notatur, et equo adempto in aerarios refertur; et quum se omnes provincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur, et quereretur scilicet sibi equum a censore adimi, respondit Scipio: „agas asellum;" alludens ad proverbium: „agas asellum si bovem agere non queas." Idem quum Africano obiiceret lustrum infelix (quia illud pestilentia fuerat consecuta) Scipio respondit eius culpam esse in Mummio collega suo in censura, eum enim lustrum condidisse, et taurum immolasse; idque propterea infelix fuisse, quod Asellum ex aerariis exemerit.

ASIA provincia Romana eius fertilitas et copiae Manil. 6

ASIATICI oratores, nimis redundantes Brut. 13.

ASIATICUM bellum dicitur bellum cum Mithridate gerendum Manil. 22. 23.

ASINIUS. Phil. XIII. 13. Senator voluntarius, qui se ipse fecit Senatorem, beneficio Antonii.

ASINIUS Larinas, Cluent. 13. adolescens pecuniosus Oppianici consilio ab Avilio occiditur.

ASINIUS Dento, Att. V. 20. Centurio primi pili in Bibuli cohorte prima.

ASINIUS Pollio, Fam. X. ep. 33. amicus Antonii, ibid. 31. et 32. 33. ex Hispania, cui a Caesare praefectus erat, ad Ciceronem scribit, et libertatis se cupidum ostendit etc. Eius epistolae sunt L. X. 31. 32. 33. De eo diligenter et accurate egit P. Manut. ad l. c. ep. 31. locis veterum de eo congestis. cf. Intt. ad Horat.

Carm. II. 1. de eius posteris v. Lips. ad Tacit. A. III. 75. inprimis Rykium ad Tacit. p. 112.

ASPASIA, de Inv. I. 31. Sophistria Milesia celebris, Socratis in eloquentiae studio magistra, Periclis tandem uxor: de qua vide in primis Plutarch. in Pericle p. 165. ed. Wechel, ubi accurate de eius natalibus, artibus, vitae genere etc. agit.

ASPENDIUM, Verr. I. 20. urbs Pamphyliae; unde *citharista*, signum a Verre ablatum *ibid.*

ASSORINUS AGER, Verr. Lib. III. 18. circa ASSORUM, Siciliae oppidum inter Agyrium et Ennam, Verr. IV. 44.

ASSYRIA, pars Asiae maioris, ultra Tigrin, unde Assyrii dicuntur. Fin. II. 32 eius rex Sardanapalus.

ASTARTE N. D. III. 23. Venus Syria, quae Adonidi nupsit.

ASTERIA, N. D. III. 26. Latonae soror, ex qua Hercules Tyrius.

ASTURA, Fam. VI. ep. 19. ad Att. XII. 40. flumen Latii, in quo insula eiusdem nominis, ubi Ciceronis villa.

ASTYANAX, de Div. I. 49. eo regnante, quae Solis defectio facta est, eam praedicit Thales.

ASTYANAX Att. IV. 15. tragoedus.

ASTYPALENSIS, de N. D. III. 18. ab Astypalaea insula maris Cretici, unde rectius dicitur Astypalensis quam Astypalaeensis et sic est in Davisiana. Hi insulani Achillem sanctissime colunt.

ATANDRIUS s. Antandrius, ad Qu. Frat. I. 2. 2. ab oppido Mysiae Atandro s. Antandro, ut Strabo appellat, et vulgo laudant; idque rectius videtur Wesselingio ad Herod. p. 661. qui ατανδρος habet.

C. ATEIUS Capito, de Div. I. 16. Crassum in provinciam abeuntem diris prosequitur, et propterea ab Appio Censore tanquam ementitus auspicia subscribitur. Origines inimicitiarum lege ap. Dion. Cass. XXXIX. p. 105.

C. ATEIUS Plaguleius, ad Att. X. 8. commemoratur inter Caesarianos Ciceronis inimicos.

L. ATEIUS. L. F. Arriensis Capito, Fam. XIII. 8.

ATELLA, vid. Safinius Atella.

ATELLA, Ag. II. 31. oppidum Campaniae inter Capuam et Neapolim. Dicitur Atellanum municipium,

Videtur de nobilitate scripsisse. Vid de eo Harkenrothi coniectanea in Misc obss nov T. I p. 49. sqq.

ATHERIANUM ius s. potius ATERIANUM, ab *Aterio* ICto. Cicero Fam. IX. 18. quum ad Paetum scribit: „Tu istic te Ateriano iure delectato, ego me hic Hirtiano" ludit in ἀμφιβολίᾳ voc. iuris iubetque Paetum frui Aterii, quem videtur secum habuisse, iurisprudentia, se apud Hirtium, cenandi magistrum iure fervente, quod erat illi in deliciis, delectari

ATHOS Fin. II. 34. mons Macedoniae a Xerxe perfossus.

ATINAS Att. XV. 3. ager circa Atinam urbem Latii.

ATLANTICUM mare Somn. Scip 6.

ATLAS mons Mauretaniae Tingitanae altissimus, unde

ATLAS fabulosus Iapeti et Clymenes filius, caelum sustinere dictus Tusc. V. 3. Per irrisionem de Pisone Caesonino consule dicitur, eius supercilium eiusmodi fuisse, ut eo res publica tamquam Atlante caelum niti videretur Sext. 8

ATTICA T. Pomponii Attici filia Att. V. 19 VII. 2. patri iucunda Att. XII. 1 XII. 6. 13 14 23. febricula laborat Att. XII 24. meliusculae habet XIII. 12. XIII. 13. 15 17. 19. iterum aegrotat Att XIII. 51 convaluit. Att. XIII 44. ludos spectare vult Att. XIII. 21. eam pater proco cuidam, qui tamen haud nominatur, desponsare cogitat

ATTICA monumenta dicuntur historiae Atheniensium Brut. 7. Atticae dictionis salubritas Brut. 13.

ATTICUS vid. T. POMPONIUS Atticus.

ATTICULA, ad Att VI. 5. filia Attici, quae et Caecilia dicitur.

ATTILIA VIA. Sic dicebatur per iocum via latebrosa, qua Attilius Serranus quum gladiatores spectare volebat, spectatum veniebat Sext 59

A ATTILIUS, Caecin 10 testis in Caecinam.

C. ATTILIUS, Rosc. Am. 1. 18 sua manu semen spargentem convenitur legati; de eo Valer IV. 4. de Paupertate Columella de R R L. I init. Plin. XVIII. 5 Hic est, qui primus Serrani cognomen accepit M. F. M N Consul fuit A. V 495 et 503. Non autem fuit filius illius Reguli, qui a Poenis captus est, uti vulgo

putant. De familia Attilia optime egit et multas vulgares errores refellit Perizon. Animadv. Hist. c. 1. *Ern.*

C. ATTILIUS praedo nequissimus et crudelissimus piraticam exercet in Dalmatia, comprehensus et accusatus apud Vatinium. Pro eo Cicero per literas deprecatur Fam. V. 10.

L. ATTILIUS, Caecin. 10. A. filius, testis in Caecinam.

L. ATTILIUS, ad Att. II. 3. ubi tamen Tunstallus legi vult A. filius: qui est L. Afranius.

M. ATTILIUS REGULUS, Tusc. V. 3. Sext. 59. etc. de Offic. III. 26. bis Consul fuit, de Senect. 20. Carthaginem redit ad supplicium.

M. ATTILIUS Calatinus, A. F. C. N. Nat. D. II. 23. Fidem dedicat. Consul a 495. 498. Dictator a. 504. Eius etiam mentio est pro Planc. 25 de Senect. 17.

M. ATTILIUS, Act. I. Verr. 13. de maiestate damnatus.

Sex. ATTILIUS, M. F. C. N. Serranus Off. III. 30. Attic. XII. 5. Cos. cum P. Furio, A. U. 617. ad Senatum refert de pace cum Numantinis facta.

ATTILIUS, ad Div. XIII. 62. eques Rom. honestus Silii propraetoris beneficio conservatur; quum Cicero in Ciliciam venisset.

ATTILIUS de Fin. I. 2. Sophoclis Electram male convertit ibid. eum Lucilius dixit ferreum scriptorem. Att. XIV. 20. ubi eius sententia affertur, dicitur durissimus scriptor. Eius μισογυνος comoedia Tusc. IV. 10.

S. ATTILIUS Gavianus, Sext. 34. 59. tribunus plebis, Lentulo Spinthere et Metello coss Att. IV. 2. intercedit SCto de domo Ciceroni restituenda. Serranum se ferebat: adoptatus in familiam Atiliam. Itaque Cicero Sext. 33 iocose ait eum non esse C. Attilium Serranum qui ab aratro Cos. factus erat, sed potius ex deserto Gavii horreo in familiam Atiliam insitum esse.

ATTIUS Navius, de Div. I. 17 augur, tentatur a Tarquinio Prisco. Navacula cotem praecidit.

C. ATTIUS Pelignus, Att. VIII. 4. Sulmone portas aperuit Antonio in bello civili.

L. ATTIUS poeta, a mimo nominatim in scena compellatus cum eo iniuriarum agit Her. I. 14. is a P. Mucio condemnatur Her. II. 13 quando vixerit Brut. 64. D. Bruti familiaris. Eius carminibus Decimus Brutus

templorum et monumentorum suorum aditus exornat Arch. 1.1 eius versiculus citatur Fin. V. 11. Ennius Pacuvius Attius inter se dissimiles Orat. III. 7. iidem non verba sed vim expresserunt Graecorum Acad. I. 3. iisdem aedilibus ait se et Pacuvium docuisse fabulam, quum ille octoginta, ipse triginta natus esset Brut. 64.

M. ATTIUS Balbus, Att. II. 12. est inter XX viros agris dividundis ideoque Pompeius Magnus per irrisionem dicitur eius collega Phil. III 6 Praetorius. *Eius praeturam refert Pighius* ad A. V. 691. avus maternus Caesaris Octaviani *ibid.*

P. ATTIUS Varus Att. VII. 13. dicitur in bello civili Cingulum tenere. Sed re vera Anximi erat, quo ex oppido praesidium, quod introduxerat, eduxit ac profugit in Africam Ligar. 2. eamque provinciam privatus occupavit.

T ATTIUS, Pisaurensis eques Romanus Cluent. 23. accusator Cluentii. Eius prudentia, usus et exercitatio laudatur ibid. eius accusationi pro Cluentio Cicero respondet Brut. 78. qualis orator *ibid.*

ATTIUS, ad Div. XV. 17 pigmentarius.

AUCTUS ex falsa lectione Fam. XIII. 50. Videtur legendum Acilius.

AVENTINUS mons, Mur. 7. unus e septem Romae collibus in quem plebs Romana secessit propter tyrannidem decemvirorum, qui connubia quoque patriciorum et plebis prohibuerant. Eius rei mentio fit fragm. Or. Cornel. In eo Cicero habuit insulas quasdam, i. e. aedes quas mercede locabat Att. XII. 32.

Cn. AUFIDIUS Cn. F. Cn. N. Tusc. Q. V 39. Praetorius, Cicerone puero, caecus, in Senatum tamen venit, historiam Graecam scripsit, cf. de Fin. V. 19. Dom. 13 adoptat Orestem. Quaestor fuit A. V. 634. praetor A. 645. ad summam senectutem pervenit; itaque Cicero eum per praetorium vidit.

M. AUFIDIUS Lurco trib. pl. Pisone et Messala Coss A. U. 692. quibus coss. legem de ambitu tulit, eamque, etsi claudus erat, promulgavit; bono scil. auspicio, ut Cicero ait ἱερωνικῶς, ideoque eum dicit Aelia et Fufia lege — solutum, quae nihil nisi auspicato geri in comitiis iusserat Att. I. 16.

Sex. AUFIDIUS eques Romanus, laudatur et commendatur Cornificio Africae procos. Fam. XV. 27. heres Q. Turii Fam. XV. 26.

T. AUFIDIUS, Brut. 48. ICtus, et orator T. Iuventii et P. Orbii aemulus, frater M. Virgilii.

T. AUFIDIUS Flacc. 19. Asiae praetor. Quaestor fuerat A V. 669. Asiam rexisse videtur post Neronem, ante Vatinium.

AUFIDIUS, Att. I. 1. inter eos ponitur, quos competitores Ciceroni in Consulatu fore opinio erat. Diversus est a M Aufidio Lurcone, qui eo fere tempore tribunus plebis fuit.

AUFIDIUS quidam, debitor Ciceronis Fam. XVI. 19.

AUFIUS, Att. VI. 1. amicus Ciceronis. Sed hoc nomen vitiosum est. Corradus coniiciebat legendum esse *C. Alfium* Ernestius *Aufidium*, scil. Lurconem. Sed Corradi sententia propensior est ad veritatem. Nam Aufidium Lurconem Cicero non videtur amasse. Vid. *M. Aufidius Lurco.*

AVIANUS, Acad. II. 25, Puteolanus, amicus Ciceronis.

AVIANUS Evander Fam. XIII. 2. M. Aemilii Aviani libertus, statuarius Fam. VII. 23.

C. AVIANUS Avianius, Hammonius. Fam. XIII. 21. M. Aemilii Avianii libertus.

M. Aemilius AVIANUS familiaris Ciceronis, negotiatur Sicyone et Cibyone, Sulpicio commendatur Fam. XIII 21.

C. AVIANUS, Flaccus Fam. familiaris Ciceronis, negotiator, Titio rei frumentariae praeposito commendatur XIII. 79. eius filii C. et M. post mortem patris Allieno commendantur.

C. AVIANUS Philoxenus, ad Div. XIII 35. Siculus, a Caesare in Novocomenses relatus, Ciceronis beneficio. Nomen assumpsit Aviani, quod homine nullo plus erat usus quam Aviano Flacco, Ciceronis familiarissimo.

AVIDIUS Leg. II. 3. ex falsa lectione, pro qua nunc e Manutii correctione legitur *Balbus.*

AVILIUS Larinas, homo perdita nequitia et summa egestate Cluent. 13. Oppianici consilio Asinium interficit

AVITUS Or 29. est Cluentius, pro quo est Oratio. Vid. *Cluentius.*

AVIUS, Att XIII. 4. hoc nomen legitur in edd. nonnullis, ubi melius nunc legitur Aulus.

M. AULANUS s. ALIANUS Sext. 4. Tribunus militum C. Antonii, Catilinarius, a P. Sextio Capua expellitur.

AULETES, Rab. Post. 10. est cognomen Ptolemaei, qui regno pulsus est.

AULI filius, Att. I. 20. est L. Afranius. Eum ad petendum consulatum Pompeius incitat quem gessit Am 693. Att. I. 16. Eius in gratiam absolvitur Valerius.

AULIS Tusc. Qu. I. 48. portus Boeotiae ad Euripum, unde classis Graecorum Troiam profectura solvit.

AULUS Pisonis argentarii familiaris Att. XII. 5. XIII. 4 certe negotiorum eius procurator.

AULUS, Att. VI. 2. est Gabinius.

C. Sergius AURATA, vid. C. Sergius *Orata.*

AURELIA nobile scortum, vel mulier ob impudicitiam famosa Fam. IX. 22.

AURELIA VIA, Phil. XII. 9. per maritima Etruriae ducens Pisas versus, vel ad illas, ut ex Peutingeriana tabula et Itinerar. Anton. intelligitur, in quibus etiam tractus eius commemoratur. Aurelia via ex urbe profectus est Catilina Catil. II. 4.

AURELIANUS, Att. IV. 16.

AURELII GRADUS, Flacc. 28 Cluent. 34. v. Aurelium tribunal

AURELIUM TRIBUNAL, in Pison. 5. Sext. 15. nomen habet, incertum a quo Aurelio: exstructum saxo, quum vulgo lignea et mobilia tribunalia magistratuum essent, circumdatumque gradibus, qui inde Aurelii gradus dicuntur. Ceterum e locis Ciceronis, in quibus tribunalis Aurelii et graduum Aureliorum mentio fit, intelligi potest, ibi versari solitam fuisse multitudinem hominum plebeiorum et perditorum, inter hos etiam Iudaeos. Ibi Clodius delectum habuit servorum *Ern.*

AURELIUS Att. XIV. 9. ab Hirtio Germanis praepositus.

AURELIUS, ad Fam. XVI. 24. ad Att. creditor Ciceronis.

AURELIUS Montani procurator Att. XVI. 15.

C. AURELIUS COTTA Verr. I. 50. Consul a V. 678. cum L. Octavio. Vid. *Cotta.*

Cn. AURELIUS ORESTES Dom. 13. a Cn. Aufidio adoptatus, unde Cn. Aufidius Orestes Aurelianus dictus est. Planc. 21. in petitione tribunatus pl. repulsam tulit. Praetor A. U. 676. Deinde Cos. fuit cum P. Lentulo Sura A. U. 683. Off. II. 17. ei prandia in semitis de-

cumae nomine magno honori fuerunt. Vid. Ind. Latinitatis v. *Semita*.

L. et C. AURELII ORESTAE Brut. 25. quorum L. cos. fuit Att. 29.

L. et C. AURELII. L filii, Orestae, Fam. XIII. 39 Dom. 13. Anchario Macedoniae procos. commendantur.

M. AURELIUS SCAURUS, Brut. 35. non saepe dicit sed polite; Latine loquitur eleganter (Consul a V. 645) in Q. Caecil. 19. Quaestor L. Flacci, Flaccum accusare ei non permittitur, Verr I 33. quaestor Ephesi prohibitus est servum e templo Dianae abducere, ideoque Pericles Ephesius Romam evocatur.

L. AURIFEX, Orat II. 60, eques Romanus.

M. AURIUS et Num. AURIUS Dineae filiis Larinates Cluent 7

A. AURIUS, Melinus, Cluent. 5 Larinas duxit Cluentiam A Cluentii Aviti sororem; Sassiae filiam; quae ab eo discedit, quia matris pellicatum ferre non poterat. Quo facto illi Sassia nubit, socrus genero. ibid. Eum deinde Oppianicus interficiendum curat.

AUSTRALIS regio terrae septentrionali opposita Tusc. I. 22.

AUTOBULUS, Pis 36. saltator: L. Pisonis in Macedonia comes.

AUTOMEDON Achillis auriga ex Homeri Iliade notus. Rosc. Am. 35. iocose sic appellatur Mallius Glaucia ob celeritatem cursus, qua cisiis Roma Ameriam decem horis nocturnis pervolaverat, caedem Sex. Roscii patris nuntiaturus. ibid c. 7.

P. AUTRONIUS, Brut. 68. orator sola voce probabilis. ib. 69. 72 Sull. 1. consul designatus cum P. Sulla de ambitu condemnatur. Sull. 5. illud ambitus iudicium disturbare vult gladiatorum et fugitivorum tumultu. ibid. coniuravit cum Catilina ibid. 5. 13 18. 16. frustra petit a Cicerone ut se defendat ibid. 6. eius vitia ib. 25. damnatus exsulat Att. I. 13. eius domum Messalla eruit Att. III. 2. ab eius insidiis Cicero ipse exsul sibi timet. Att. III. 2 7. exulat postea.

AXIA Caecin. 7. castellum in agro Tarquiniensi.

AXIUS, Att. IV 15 senator, qui in Roscis villam habuit Att. III 15. ad Ciceronem exsulem scribit.

Q. AXIUS Att. I. 12. fenerator; Att. X. 11. forsan idem cum superiore; eius filio Cicero mutuam dat pecuniam.

B.

BABULLIUS, heredes facit Leptam et Caesarem Att. XIII 48.

BACCHARUM statuae Ciceroni a Gallo emptae Fam. VII. 23.

BACCHUS Nat. D. III. 23. multi Bacchi. Vid. *Dionysus.*

BACIS, Boeotius Div. I. 8. Augur.

BAEBIUS, Att IX. 14. homo obscurus, sed non infans quae de Caesaris consiliis narraverit. Att. XIII. 45. vicinus Attici idem fortasse.

M BAEBIUS, vir fortis Pis. 36. iussu L. Pisonis in Macedonia interficitur.

Q. BAEBIUS, Tampilus, Phil. V. 10. Legatus Romanorum ad Hannibalem Saguntum obsidentem. Vid. Liv. lib. XL c. 17. Cognomen etiam Tamphilus scribitur in Fastis Cap. v. Duk. et Drakenb. ad Liv. I. 1. In numo gentis Baebiae est Tampilus, add. Graev. ad l. c. *Ern.*

P. BAGIENNUS Fam. X. 33. Legatus aut Praefectus Antonii qui eius legionem habebat.

BAIAE, locus amoenissimus in Campania, prope mare, et frequens hominibus, qui eo propter aquas calidas veniebant. Att. XV. 13. Fam. IX. 12.

BALBILIUS, Att. XV. 13. militat in Hispania sub Sex. Pompeio. Eum cupit Cicero incolumem videre subsidium senectutis suae. Mongaltius hoc nomine designari putabat Balbum minorem: probante Oliveto.

BALBINUS, Att. XIII. 21. Caesarianus.

L. Cornelius BALBUS, (nonnunquam Balbus maior dictus, ut Att. VIII. 9.) Gaditanus, sed rogatu L. Cornelii Lentuli (a quo praenomen et nomen assumpsit) a Pompeio lege Gallia Cornelia civitate Romana donatus. Qua civitate quum esset aliquamdiu usus, de ea controversia ei mota est a Gaditano quodam. Contra eum nactus est defensores Pompeium, Crassum et Ciceronem, cuius oratio exstat. Pervenit in tribum Crustuminam Balb. 25. Fuit pecuniosus *ibid.* adoptatur a Theophane Mitylenaeo *ibid.* Att. VII. 7. habuit praedium Tusculanum *ibid.* eius cum Caesare familiaritas Balb. 28. Att. II. 3. in eo spem maximam habet Cicero Trebatii causa Fam. VII. 7. dicitur e Britannia bene comitatus i. e. nummatus esse venturus Q. Fr. III. 1. con-

firmat Ciceroni Trebatium divitem futurum Fam. VII. 16 ei ad Caesarem redeunti Trebatius more Romano commendatur Fam. VII 18 Caesaris causa aegre fert Scipionis sententiam de provinciis Galliis Fam VIII. 9. literas pro Caesare ad Ciceronem mittit Att VII 3. Caesaris beneficio hortos et Tusculanum praedium accipit Att. VII. 7. scribit nihil malle Caesarem, quam principe Pompeio sine metu vivere Att. VIII 9. ei Pompeius locum dederat, ubi hortos aedificaret Att IX 13. in senatum venire cogitat Att X 11. ex eius sermone cum Attico habito colligit Cicero suum consilium in Melitam abeundi Caesari non probari Att. X 18. eum adiri vult Cic post praelium Pharsalicum in Italiam regressus ut sciat an sibi liceat Brundisio propius ad urbem accedere Att XI 6. eius opem in reconciliando Caesare exoptat Att. XI 7. 8 de ea re Balbi literae languidiores Att. XI 9. aedificat, non recta, sed voluptaria quaerit Att. XII. 2. ornat Varronem Fam IX. 6. tenui apparatu apud Paetum contentus fuisse dicitur Fam. IX. 19. respondet Ciceroni de Caesaris lege de decurionibus Fam. VI 18 describit librum V. de finibus Att. XIII 21 eum appellari vult Cicero de auctione bonorum Cluvianorum proscribenda Att. XIII. 37. pedum doloribus afficitur Fam VI. 19. scribit ad Caesarem, Ciceronem legisse eius Anti Catonem et vehementer probasse Att. XIII. 50. iocose Cicero dicit eum scripsisse tanta se epiphora oppressum ut loqui non possit Fam XVI. 23 Narrat Antonii consilia post Caesaris necem et queritur de sua invidia Att. XIV. 21. eum vult Cicero invidia levari Att XV. 2. Eius et Oppii communis epistola ad Ciceronem Att. IX. 7. tres aliae ab eo solo ad Ciceronem scriptae. Att. VIII. 15. IX. 7. IX 13.

L. Corn. BALBUS est e fratre nepos Corn Balbi; unde *minor* a t. VIII. 9 dicitur. Asinii Pollionis quaestor fuit in Hispania: cum literis Caesaris ad Lentulum cos. missus Att VIII 9. perfert mandata Caesaris ad Ciceronem ib. II scribit Ciceroni Caesarem existimare Q. filium itinerum profectionis suae fuisse ib. XI. 12. scribit de Q filii importunitate ib. XII 38. narrat Ciceroni iram Tigellii ib. XIII 49. eius in quaestura flagitia commemorantur. Fam. X. 32. de eo v Plin. H. N. V. 5.

BALBUS, Sull. 19. Fausti libertus.

BALBUS, p. Caelio 11. accusator M. Caelii. fortasse est P. Octavius Balbus.

BALBI duo Orat. III. 21. Stoici. vid. in Lucilius.

BALBUTIUS, Cluent. 60 Larinas.

BALEARICUS, de Div. I. 2. Metellus. v. Metellus.

BALEARICUS, de Divin. I. 2. a Balearibus insulis, prope Hispaniam. Cognomen Metelli.

BALLIO, R. Rosc. 7. 17. nomen Comicum lenonis impurissimi, cuius personam Roscius comoedus agere solebat.

M. BAMBALIO, Phil. II. 36. est Q. Fadius, M. Antonii socer; pater Fulviae.

BANOBAL, Venerius, Verrin III. 37.

BARBA Cassius, Phil. XIII. 2. amicus Caesaris et Antonii. Att XIII. 52

BARBATIUS, Phil. XIII. 2. amicus Caesaris et Antonii.

BARDYLIS, Offic. II. 11. Illyricus latro, propter aequabilem praedae partitionem, magnas opes habuit.

BARGYLETAE, Fam. XIII. ep. 56. incolae Bargyli, oppidi in Caria. Gr. βαργυλιῆται. Unde Bargylietae malunt scribi Viri docti. v. Duker. ad Liv. XXXVII 17.

BARNAEUS, Att. XIV. 19.

M. BASILIUS, s. Basilus, Cluent. 38. Senator.

BASILIUS, ad Div. VI. 15. Caesarianus, qui postea in eum coniuravit.

BASILIUS, Phil. II. 41. gladiator de grege M. Antonii.

BASILUS, Att. VII. 9. bustum Basilii, locus in via Appia latronibus infestus.

BASILUS Minucius: v. in Minucius.

BASSUS, Fam. VII 20. vid. Caecilius.

BASSUS Lucilius, v. in Lucilius.

BATTARA, Fam. VII. 9 pro quo alii: Vacerra videtur familiaris Trebatii fuisse.

BATTONIUS, Att. VI. 8. amicus Attici et Ciceronis terrores affert Caesarianos.

BAULI: Acad IV. 40. villa Hortensii inter Lucrinum lacum et Baias in Campania. Ibi Q. Pompeius emeticam facit Fam. VIII. 1

M. BEBRIUS, Cluent. 16. Senator Rom.

BELLEROPHON, proprie Hipponous Sisyphi filius. De eo locus Homericus. Tusc. III. 26.

C. Annius BELLIENUS, Font. c. 4. Hunc non diversum a C. Billieno (v. infr.) putat Tristanus Comm. P. I. p 90. quod Ernestio temporum ratio permittere non videtur. Nec verum est, eum habuisse duarum gentium nomina per adoptionem. Bellienus est cognomen. Nec denique *Betilienus* reponendum pro *Bellienus*, etsi in numo occurrit, et Senecae reddendum videtur. Nimis saepe hoc nomen in libris occurrit.

L. BELLIENUS, Phil. II. 36. Pompeianus, cuius domus post caedem Caesaris incensa est et deflagravit.

BELLIENUS, Fam. VIII. 15. verna Demetrii. Cum praesidio est Intemelii. A quo fortasse non diversus est alter Fam. XVI. 22. homo pessimus, flagitiosus. Quidam Bilienus: quod idem nomen est.

BELLOVACI, populi in Gallia Belgica. Fam. VIII. 1.

BELUS, Nat. D. III. 16. Indorum Hercules.

BENEVENTUM, oppidum Samnitium. Ibi Cicero literas ab Attico accipit Att. Ibi Caesar unum diem mansurus est. Att. Inde

BENEVENTANUS, Verr. I. 15.

BESSICA gens, in Pisan. 34. in Thracia.

L. Calpurnius BESTIA, Brut. 34. bonus tribunus Plebis. Popilium a C. Graccho expulsum sua rogatione restituit. Post consulatum oppressus est lege Manilia.

L. Calpurnius BESTIA, L. F. aedilis plebis fuit A. U. 695. Phil. XIII. 12. Cael. 12. accusatur de ambitu, in petitione praeturae, defenditur a Cicerone. Qu. Fr. II. 3. Phil. XII. 8. A Phil. XI. 5. consulatum in Brut. locum petit.

T. BETUCIUS, Barrus Asculanus. Brut. 46. aliquot orationibus Ascul. habitis, et una Romae contra Caepionem, nobilis, cui Caepionis ore respondit Aelius.

BIAS. Parad. I. Priene patria: de Amic. 16. c. septem Sapientibus.

M. Calpurnius BIBULUS praetor cum Caesare A. U. 691. consul cum eodem A. U. 694. proconsul Syriae A. 702. Att. I. 16. Caesaris amicitiam quaerit aedilitate et praetura omissam, ut consulatum eo facilius consequatur. Att. I. 17. in consulatu petendo (ad Caesarem deiiciendum) putat cum Lucceio se per Pisonem posse coniungi Att. II. 15. eius diligentiam in comitiis differendis Cicero parum ad corrigendam rem publ. profuturam dicit. Att. II. 20. comitia differt in XV. Kal. Nov. cum Archilochio

edicto, i. e. amaris conviciis in Caesarem potissimum, pleno. Att. II. 19. eius edictis offenditur Pompeius. Att. II. 20. novo quodam genere in summam gloriam venit, quod eo tempore nihil tam populare esset quam odium popularium. Att. II. 21. de eius edictis concionatur Pompeius, sed ita ut et sibi et aliis displiceat. *ibid.* eius Archilochia edicta in Pompeium populo iucunda *ibid.* adversus eum propter comitia dilata frustra Caesar populum in concione incitat Att. II. 21. eius scriba C. Septimius dicitur ab eo pugionem attulisse ad Pompeium interficiendum, Bibulus tamen ipse Pompeium certiorem fecerat, ut caveret insidias Fam. I. 1. Ptolemaeum regem per tres legatos e privatis reducendum censet. Fam. I. 2. eius sententia ut dividatur postulatur Q. Fr. II. 2. carpit Pompeium. Q. Fr. II. 11. Tenediis in senatu patrocinatur Fam. I. 9. Cicero dicit se Bibuli fortunam omnium triumphis victoriisque anteferre; eosdemque esse qui Bibulum exire domo prohibuissent, et qui se coegissent. Har. Resp. 22. Caesare Collega in Consulatu leges ferente semper servat de coelo. Dom. 15. servat de coelo, quum Caesar de adoptando Clodio legem curiatam ferret. Vatin. 9. Vatinius trib. pl. Consulem in vincula ducit, reliquis tribunis mitti iubentibus. Dom. 26. censet, ut pontifices de domo Ciceronis statuant. ad Div. XV. 1. Proconsul Syriae. Att. V. 4. pecunia ei provinciae causa attribuenda. Fam. XV. 3. proficiscitur navibus in Syriam. Fam. II. 10. provinciam Syriam accipit a victore Cassio qui post obitum Crassi eam a Parthorum impetu defenderat. Att. V. 20. in Amano laureolam in mustaceo quaerit, cohortem primam perdit item aliquot centuriones et tribunos militum, cf. Fam. VIII. 6. Att. VI. 1. honeste se gerit in provincia. *ibid.* eius edictum provinciale. Fam. II. 17. animum prodit a Cicerone alienum; *ibid.* dicitur prodidisse pusillum animum et ipsa malivolentia ieiunum atque inanem. *ibid.* legem Iuliam certa quadam ratione non servat. Att. VII. 2. eius impudentissimas ad senatum literas amplissima supplicatio sequitur, etsi pedem porta quoad hostis cis Euphratem fuerat, non extulit. Att. VII. 3. de provincia decedit. XII. 19. quam diu Parthi in provincia eius sunt, Antiochia se tenet, urbe munita. VIII. 6. contra Parthos male pugnat. II. 17. Ciceroni Proconsuli Ciliciae invidet. Brut. 77. scriptitavit accurate. Bello civili periit.

BOETHUS, Verr. IV. 14. caelator et statuarius, laudatus Plinio XXXIII. 55. XXXIV. 8. ubi argento meliorem fuisse, quam cetero genere materiae dicit. Carthaginiensis fuit, teste Pausan. L. V. cap. 17.

BOETHUS, Divin. I. 8. II. 20. Stoicus, prognosticorum causas dicere conatus est. Sed est cit tantum, ut earum rerum rationes paterent, quae in mari caelove fierent, de eo et aliis huius nominis v. Menag. ad Laert. VII. 143. Laërtio l. c. 148. 149. memorantur libri de Natura et de Fato in quibus libris fortasse de prognosticis egit.

BOGUDES, Fam. X. 32. Rex Mauritaniae Tingitanae: cuius mentio saepe ap. Hist. Bell. Afr. 23. 25. 59. 60. a quo Regnum Bogudis et Mauritania Bogudiana; quae alias Tingitana.

BOIUS, Her. IV. 3. nomen cursoris, qui cum Sicyoniis *scil.* calceis cursitasse dicitur. Vid. Gronov. obss. IV. 25.

M. BOLANUS, Fam. XIII. 77. amicus Ciceronis. Alii scribunt *Bollanus*: quae forma est etiam ap. Horatium.

BONA DEA, Dom. 38. Eius sacra habita in aedibus Pontif. M. a matronis pro salute pop. Rom. De Bonae Deae Sacris, templis etc. praeclare observata sunt ap. Broukhusium ad Tibull. p. 124. 125. 355. Bonae deae mysteria polluit Clodius Fam. I. 9. Vid. *App. Clodius Pulcher.*

BONONIA, urbs Galliae Cispadanae. Eam tenet Antonius. Fam. XII. 5.

BORIA vel BOREA, Att. XVI 4. urbs Africae, fortassis ad promontorium Boreum in Cyrenaica, ad Syrtim maiorem. Plin. V. 4. Procopius περὶ τῶν κτισμάτων. VI. 2. memorat urbem Borium, ultimam Pentapoleos versus occidentem, quae et memoratur in Itin. Anton. p. 66. ubi vid. Suritam, et Cel. Wesseling. *Ern.*

BOSPORUS, Mur. 15. fretum, quod Propontidem et Pontum Euxinum committit, a quo dicuntur

BOSPORANI, L. Man. 4. populi ad Bosporum Asiatici.

BOVIANUM, Cluent. 79. oppidum Samnitium.

BOVILLAE, ad Att. VI. 15. oppidum non procul a lacu Albano ad viam Appiam, ad quod Clodius a Milone interfectus est, quam caedem Cicero pugnam Bo-

villam nam vocat, ap. Front. de Colon. p. 103 est etiam Bovilla.

BOVILLUS adi. Att. V. 13.

BOVILLANA, vicinitas, pro Planc. 9.

BOVILLANUS FUNDUS Q. Ciceronis Q. Fr. III. 1. 2. ab ignobili loco in Arpinati, non Bovillis illis, quae sunt ad Appiam.

BRENNUS, Div. in I. 37. cum Gallicis copiis fano Apollinis bellum intulit, Pythiae de ea re responsum.

BRITANNIA. Trebatius monetur ne ibi ab essedariis decipiatur; res ibi gestae, mira persona Britannici iuris consulti.

BRINNIUS, Att. XIII. 12. 14. Ciceronem heredem facit. eius bonorum auctio. Att. XIII. 50. eius fundus.

T. BROCCHUS Lig. 4. 11. avunculus Q. Ligarii Furiae familiae cognomen.

BROGITARUS, Gallo-Graecus. Har. Resp. 13. 27. Ei Clodius sacerdotium Pessinuntium vendit, expulso iusto sacerdote, et regis nomen dedit. Eadem res tangitur Sext. 26. Q. Fr. II. 9.

BRULLA, de Or. III. 23. delectabatur vehementius talis.

BRUNDUSIUM, oppidum in Calabria, portu in primis nobili, e quo traiectus in Graeciam.

BRUTII, populi magnae Graeciae.

BRUTTIUS, Fam. XVI. 21. homo iucundus, quem M. Cic. fil. secum Athenis habuit; ut apud eum Latine declamando se exerceret.

L. BRUTTIUS, Fam. XIII. 38. eques Romanus, Siculus.

L. BRUTUS, e familia patricia Iunia. Brut. 53. Planc. 25. Romam regio dominatu liberavit. de offic. III. 10. Collegae Collatino imperium abrogat. Tusc. IV. 22. interiit cum Arunte. Brut. 14. Phil. I. 6. princeps nobilitatis Brutorum. Hoc dicitur tantum ex opinione vulgari, quae tum erat, cui, favens Brutis eorumque gloriae, non refragatur. Nam ipse Brutus inde ducere originem videri volebat: unde eius imaginem in atrio habebat. Atticus etiam stemma Brutorum fecerat, in quo a L. Bruto paternum, ab Ahala maternum genus duxerat. v. Wesseling. V. C. Obs. 11. 16. Sed Brutos illos, qui deinceps commemorabuntur plebeios fuisse;

nec a Iunia illa familia patricia originem duxisse, docet accurate P. Manut. ad Ep. 1. ad Brutum. Et Plutarchus in Bruto. init. iam tum negatam esse illam a L. Bruto, regum expulsore, originem, ab his, qui eis ob Caesaris caedem infesti essent. Quid? si a Bruto orti sunt eo, qui apud Dionysium Halic. memoratur, ubi de secessione in mortem sacrum agitur: qui fuit plebeius: L. VI. p. 396. qui et ipse L. Iunius dictus est primum ipso sibi hoc nomen Bruti arrogante, tamquam alteri, libertatis assertori, quod ei deinde mansit. *Ernesti.* Componitur cum Ahala Servilio Att. II. 24. Att. XIII. 40. quo de loco vid. in Parthenon et in φιλοτεχνημα.

D. Iunius BRUTUS M. filius, cos. cum P. Scipione Nasica Serapione A. U. 615. Brut 28. Graece doctus. de Leg. III. 9. a Trib. Curiatio in vincula coniicitur. pro Balb. 17. in Hispania ulteriori feliciter pugnat et de Gallaecis triumphat. Arch. 9. Attii versibus monumenta sua inscripsit. Ap. Velleium II. 5. dicitur Aulus. V., interpretes et Sigon. ad a V. DCXV.

D. BRUTUS, Brut. 47. pro Rabir. 7. Att. XII. 22. Graece et Latine doctus. Consul fuit cum Mamerco Aemilio Lepido Leviano.

D. BRUTUS. Verr. I. 55. Phil. III. 1. provinciam Galliam a Caesare ipsi datam eripere audet Antonius. Eius edictum cap. 4., Fam. X. 10. exercitum alit suo sumptu. ibid. 11. obsidione liberatur. ibid. XI. 1. postulat, ut sibi et M. Bruto, Cassio cum publico praesidio liceat Romae esse, ut tuti sint, idem liberam legationem postulat et reliquis suis. ibid. 21. in Decemviris est, creatis, ut ab Antonio rationem gesti consulatus repeterent.

M. BRUTUS, pater, Fam. VII. 22. Brut. 47. ICtus. Brut. 62. iuris publici et privati peritus a forensi eloquentia abfuit. Or. II. 32. libri de iure laudantur. Fin. I. 4. negat partum ancillae in fructu habendum etc.

M. BRUTUS, filius. Or. II. 54. filius eius, qui libros de iure Civili scripsit. Cn. Plancium accusavit, defensore Crasso, qui quum ab eo lacessitus esset, in illa accusatione egregie eum ultus est. cf. Cluent. 51. Brut. 34. accusationem factitavit, nullos magistratus petivit, dedecus familiae vocatur. Cluent. 51. Orator vehemens, bona paterna effudit. Front. 13. accusat Scaurum. off. II. 14. Iuris Civilis peritus, propter multas accusationes

accusator cognominatus est. Hunc quidam patrem τυραννοκτόνου faciunt. Male. Non ita de eo ad filium scripsisset in Bruto 31. *Ern.*

M. BRUTUS, Quinct. 20. Tribun. pl. a. V. DCLXX, Scipione et Norbano Consulibus, Hotomanno et Manutio videtur esse M. Bruti, qui Caesarem interfecit, pater, a Cn. Pompeio bello Sullano necatus. Plutarchus quoque in Bruto, dicit M. Bruti qui Caesarem interfecit, patrem fuisse hunc a Pompeio occisum Agr. II. 33. Trib. pl. qui coloniam Capuam ferre voluit. Alium M. Brutum, ad quem hoc referam, non reperio. Ceterum consentit cum eo, quod Cicero dicit, mirari se, cur Rui us eius Brut. exitum non perhorrescat. Idem mecum sentire postea vidi Mazochium de Amphitheatro Camp. p. 9. qui inprimis de hoc Bruto videndus. Sed quod eum negat tribunum pleb. fuisse, quod Turnebus ad l. c. sine auctore dixerat, quia non probabile, Brutos, qui genus suum a L. Bruto patricio duci vellent, tribunos fieri voluisse, quo eam rem refutassent ipsi, id nihili est, ut patet e loco Ciceronis pro Quintio. *Ernesti.*

M. Iunius BRUTUS (is qui Caesarem occidit) fuit M. Bruti et Serviliae filius. Primum uxorem duxit App. Claudii Pulchri filiam, deinde Porciam Catonis Uticensis filiam. Att. II. 24. ex adoptione avunculi Servilii Caepionis dicitur Q. Caepio Brutus. *ibid.* in senatu nominatur a Vettio inter eos, qui Pompeio Magno insidiari dicebantur. *ibid.* deinde ab eodem indice, in Rostra producto, eximitur Fam. III. 4 Appii Claudii gener Att. V. 20. VI. 1. 3. eius rem pecuniariam Cicero procos. in Cilicia curat adversus debitorem Ariobarzanem. Att. VI. 1. 2. eius iniqua postulata de Salaminiis qui sibi debebant. Fam. III. 11. princeps dicitur iuventutis Att. XI. 4. militat in partibus Pompeii Fam. VI. 6. a Caesare Cisalpinae Galliae praeficitur Fam. XIII. 10. Ei Cicero quaestorem suum commendat. Att. XII. 5. eius epitome annalium C. Fannii. Att. XIII. 8. item historiae Caelii Antipatri. Fam. XIII. 11. Ei Cicero Arpinatium vectigalia in Gallia commendat XIII. 12. eidem commendat Q. Fufidium XIII. 13. item L. Castronium Fam. XIII. 14. petit ut L. Titium Strabonem in exactione pecuniae ei debitae iuvet. Att. XII. 13. 14. 15. Eius literae consolatoriae ad Ciceronem de morte filiae. Att XII. 18. Cicero epistolam, qua his literis respondit, ad Atticum mittit. XII. 27. eius reditus e provincia exspectatur. XII. 36.

27. 29. obiurgari eum Cicero vult ab Attico quod in Cumanum venire noluerit. Att. XII. 36. eius literae ad Atticum et Ciceronem. Att. XII. 37. ei scripsit Cicero nihil opus esse eum venire. Att. XIII. 33. obiurgat Ciceronem de nimio ob Tulliae mortem dolore eique Cicero respondet. Att. XIII. 6. exspectatur a Cicerone in Tusculano. Att. XIII. 4. eo venit. *Ibid.* 7. divortium facit cum Claudia et Porciam Catonis filiam uxorem ducit. *Ibid.* 9. 10. purgat Caesarem de interitu Marcelli. Att. XIII. 16. ei Cicero libros de finibus bonorum despondet. *Ibid.* 12. 21. 23. lites ortae inter Porciam, novam coniugem Bruti, eiusque matrem Serviliam, quod socrus scilicet Porciae amorem mariti, nurus Serviliae amorem filii inviderет. Att. XIII. 22. obviam Caesari ire vult ex Hispania redeunti. *Ibid.* 23. non vult Ciceronem quasi prosequendi sui causa Romam venire. *Ibid.* 25. Bruti laudibus assiduis de Cicerone Q. Cicero filius commotus ad eum scribit. *Ibid.* 38. eius monitum de Ciceronis lapsu memoriae in oratione Ligariana. *Ibid.* 44. eius Cato, s. liber de laudibus Catonis Uticensis a Caesare Ciceronis Catoni postponitur. *Ib.* 46. de eo Caesaris dictum. Phil. II. 12. eo interfecto dictus est cruentum alte extollens pugionem Ciceronem nominatim exclamasse, recuperatam ei libertatem gratulatus. Att. XIV. 1. ei Matius (quem Cic. Calvenam appellat) suspectus. *Ibid.* 5. post caedem Caesaris in Lanuvinum abit. Att. XIV. 7. ei probatur M. Antonii factum de tollendo Pseudo-Mario. *Ibid* 8. videtur Cic. aliquanto post Caesaris mortem Romae tutus esse. Att. XIV. 16. eius laudes. Fam. IX. 14. eo florente Cicero mori cupit. Att. XIV. 19, ab eo pendet res publica. *Ibid.* 20. non probat Ciceronis de perfecto oratore sententiam. *Ibid.* eius et Cassii edictum. Fam. XI. 2. Att. XIV. 20. praetor urbanus post Caesaris mortem urbe caruit, ius non dixit. Philipp. X. 3. suae immortalitati melius, quam otio rei publ. consuluisse dicitur. Att. XV. 1. eius oratio habita in concione Capitolina. Att. XV. 1. extr. it. 3. orationem quasi ab eo habitam Cicero scribere detrectat. Att. XV. 3. 4. una cum Cassio scribit ad M. Antonium. Fam. XI. 2. uterque Ciceronis consilium exquirit. Att. XV. 5. ei a Caesarianis decernitur legatio frumentaria, quod Ciceroni miserum esse videtur. Att. XV. 9. ad eum Q. Cicero ait se profugere velle. Att. XV. 21. 29. Bruti inopia consilii. *Ibid.* 29.

Brutus Apollineres ludos pro se populique Romani dignitate apparatos praesens non facit. Phil. X. 3. ii tamen cum summo eius honore celebrantur. Phil. II. 15. X. 3. praetor post Caesaris mortem Antonio referente legibus solvitur si ab urbe plus quam decem dies abesset. Phil. II. 13. ei et Cassio provinciae datae, quaestores additi. *Ibid.* eius ludorum celebratio. *Ibid.* in eius proscriptione ludorum mensi Quintili nomen Iulii datur, Att. XVI. 1. vehementer improbante Cicerone. *Ib.* 4. idem factum esse Brutus dolet. *Ib.* 4. in eius ὁμοπλοίᾳ Ciceroni videtur praesidium esse adversus piratas. Att. XVI. 1. de eius ludis. Att. XVI. 5. 2. Phil. X. 4. eius res gestae laudantur. Fam. XII. 5. eius et Cassii edictum Antonii edicto oppositum. Philipp. I. 3. Att. XVI. 7. eum cedentem Italia Cicero Veliae vidit. Phlipp. I. 4. eum Cicero defendit adversus Calenum. Phil. X. 2. sqq. eius res gestae laudantur. *Ibid.* 5. 6. de eo amando Ciceronis in senatu sententia. Phil. X. 11. eius proconsulis res gestae in Graecia laudantur. Phil. XI. 11. eius literae consolatoriae post pugnam Pharsalicam ex Asia ad Ciceronem missae. Brut. 9. 3. it. 6. extr. collega fuit Q. Caecilii Metelli Pii Scipionis in pontificatu. Brut. 58. a Servio Sulpicio ius pontificium, qua ex parte cum iure civili coniunctum erat cognoscit. Brut. 42. eius ingenium, doctrina, industria laudatur. *Ibid.* 6. exercetur apud Pammenem rhetorem. Brut. 97. delectatur eloquentia. *Ibid.* 6. 97. maximis in causis versatus. *Ibid.* 6. 94. causam Deiotari apud Caesarem agit. *Ibid.* 5. Appium socerum defendit. *Ibid.* 94. operam dedit philosophiae Academicae. *Ibid.* 31. 40. 97. audiit Aristum. *Ibid.* 97. Acad. post. I. 3. scribit epitomen historiae Fannii. Att. XII. 5. eius epitome Caelianorum i. e. historiae Caelii Antipatri Att. XIII. 8. eius liber de virtutibus ad Ciceronem Fin. I. 3.

Q. CAEPIO BRUTUS est idem ille M. Iunius Brutus, sic dictus ex adoptione Caepionis fratris Serviliae Bruti matris. Phil. X. 11.

M. BUCCULEIUS Orat. I. 39.

BUCILIANUS e percussoribus Caesaris XV. 17. eius navigia. Att. XVI. 4.

BULBUS Senator Romanus, homo sordidus. Verr. II. 32. Cluent. 26.

BULLIS vel BYLLIS urbs Illyriae. Phil. XI. 11. unde *Bullienses.* Pis. 40. vel rectius *Bullidenses* aut *Byllidenses.*

P. BURIENUS praetor urbanus A. U. 670. Scipione et Norbano coss.

BURRHUS, Orat. 48. Ennius dixit pro *Pyrrhus.*

T. BURSA vid. T. Munatius PLANCUS Bursa.

BUSRENUS regulus barbarus et obscurus. Q. Fr. II. 12.

BUSSENNIUS, Att. VIII. 12. Pompeianus.

BUTHROTUM oppidum Epiri ubi Atticus domum habuit. Att. IV. 8. Quod Buthrotum Corcyrae, id Antium Romae est. Buthrotiorum causa quae in epp. ad Atticum lib. XIV. saepius memoratur haec est. Quum scil. Buthrotii pecuniam a Caesare imperatam non solvissent, ille eorum agrum proscripsit. Atticus pecuniam numeravit de suo, et a Caesare decretum abstulit, quo Buthrotii liberabantur. Illud decretum Atticus interfecto Caesare a consulibus confirmari volebat. Att. XIV. 10. 11. 12. 17. 20. Locus est Att. XV. 4. paullo obscurior. *Quoquo modo ego de D. Bruti nervis existimo, non videtur fieri posse sine bello. Sed non cupio, quoniam cavetur Buthrotiis. Rides? ast condoleo non mea potius assiduitate, diligentia, gratia perfici.* Recte sensum sic explicavit Gronovius: „*sed non cupio,* scil. fieri sine bello, *quoniam cavetur Buthrotiis*, bellum cedet in commodum et bonum Buthrotiorum. Nam si bellum fiet, effugient Buthrotii, nec ager eorum assignabitur militibus, qui non morabuntur agros, quum habebunt optatum bellum; at ego doleo iis sic caveri et consuli, non autem idem apud senatum mea opera perfici. Att. XV. 29. XVI. 1. 4. Buthrotii dicuntur Plancum agris dividundis praepositum eiecisse.

BYLLIS vid. BULLIS.

BYZANTIUM, Q. Fr. II. 9. eo Clodius libera legatione usus ire cogitabat.

C.

C. CACURRIUS in Verr. IV. 17. civis Rom. Lilybaei.

CAECILIA. Metelli Balearici filia. de Div. I. 2. ex eius somnio Iunonis Sospitae templum refectum. de Div. I, 44. II. 40. S. Rosc. 50. Nepotis (maioris) soror.

sed quia eadem femina, ibid. c. 10. Nepotis filia dicitur, Viri docti, aut hic legendum putant *soror*, aut c. 50. delendum, *Balearici et sororem.* Nam aut Balearici filia est et Nepotis maioris soror, aut Nepotis filia, non Balearici. Ea quae c. 50. de ea dicuntur, Balearici filiae magis conveniunt, quam Nepotis. Nepotis filius tum nondum ornatissimus fuit, iunior quippe Cicerone: nec patrui clarissimi nisi de Macedonici filiis, Balearici fratribus, intelligi possunt. *Ern.*

CAECILIA, Att. VI. 2. et 4. est filia Attici. Ipse enim Atticus Caecilius dicitur, quia a Caecilio avunculo adoptatus erat.

CAECILIANA fabula est poëma in laudem Caeciliorum Metellorum quod Archias condere cogitabat. Att. I. 16.

C. CAECILIUS, Flacc. 36. eques Romanus.

CAECILIUS, Statius. Orat. II. 10. Insuber Gallus poeta comicus. Att. VII. 3. malus auctor Latinitatis.

CAECILIUS TRYPHO, Att. III. 8.

CAECILIUS P. Sullae frater uterinus, eius subscriptor in accusatione Gabinii. Q. Fr. III. 3.

L. CAECILIUS, in Sen. p. Redit. 9. Milon. 4. praetor P. Lentulo Spinthere Consule. Sed alii malunt Caelius, quia Asconius eum Rufum appellat. Harduinus putat esse eum, qui ap. Plinium H. N. VII. 49. memoratur. Sed ibi praenomen est M. et libri quidam, praesertim edd. habent Caelius: quae lectio fit probabilis cognomine Rufi, quae est Caeliorum. Et fuit M. Caelius Rufus Orator aequalis Calvo, qui exitum non bonum habuit: de quo infra. *Ern.*

L. CAECILIUS, Sull. 22. Trib. pl. legem Caeciliam fert. vid. Lex Caecilia: legi Agrariae Rulli se intercessurum profitetur.

L. CAECILIUS, ad Qu. Fr. I. 2. 2. negotiator in provincia Qu. Ciceronis.

M. CAECILIUS, Divin. in Caecil. 9. frater Q. Caecilii, eius, in quem est divinatio.

Q. CAECILIUS, pro Corn. 1. Consul cum M. Iunio Silano. Est Metellus Numidicus.

Q. CAECILIUS, Q. F. Metellus Pius Scipio, ad Div. IX. 8. adoptatus a Q. Metello Pio, Numid. fil ante P. Scipio, ut appellatur pro Domo. Socer Pompeii Magni, eiusdem collega in consulatu. Hic est ille Scipio, qui contra Caesarem in Africa bellum gessit.

Q. CAECILIUS BASSUS. Att. II. 9. Quaestor Caesare et Bibulo Coss. Fam. XI. 1. eum sperabat Brutus firmiorem fore, nuntio de morte Caesaris allato. Phil. XI. 13. exercitum in Asia privatus habet, Fam. XII. 11. et 12. in Syria legionem habuit, quae ad C. Cassium venit, invito Basso, Fam. XII. 18. Deiot. 8. 9. De turbis ab eo in Syria motis vid. Ioseph. XIV. 11.

Q. CAECILIUS, Att. I. 12. foenerator, avunculus Attici. Pecunia a Vario fraudatus agit cum eius fratre Caninio Satrio rogatque Ciceronem ut ei adsit contra Satrium. Quod quum is officii ac temporis causa detrectaret, durius hoc accipit Att. I. 1. a Cicerone colitur. Att. II. 19. Atticum adoptat et heredem scribit.

Q. CAECILIUS, Q. fil. Pomponius Atticus. Att. III. 20. est T. Pomponius Atticus, qui ab avunculo Q. Caecilio testamento adoptatus erat, quod ei Cicero gratulatur.

Q. CAECILIUS, Div. in Caecil. 2. cognomine Niger, Siculus, Verris quaestor, qui accusationem Verris petebat, in quem est Divinatio. vid. Argum. Asconii.

T. CAECILIUS Eutychides, Att. IV. 15. libertus Attici, qui praenomen habet Attici ante adoptionem, et nomen eius post adoptionem.

A. CAECINA, Fam. X. 25. cuius est epistola lib. VI. ibid. XIII. 66. negotiatus est in Asia, VI. 5 — 8. exul. quod contra Caesarem scripserat; librum Ciceroni mittit. it. ep. 9. in Sicilia exul. De Etrusca disciplina librum scripsit, qui laudatur ap. Plinium. v. Harduin. in Ind. Auct. ad quem alludit Cicero in epistola ea, quam ad eum scripsit. VI. 6. De hoc Caecina v. Demsterum Etrur. Regal. I. 2. 59. ubi et alios Caecinas colligit, docetque nunc quoque hanc familiam Volaterris flore. cf. Fr. Marianum de Etruria Metropoli c. 15. 16. *Ern.*

CAECINA Volaterranus Att. XVI. 8.

CAELIUS, Att. VII. 5. XII. 5.

CAELIUS Samnis; eius uxor rapta et restituta. Cluent. 59.

C. CAELIUS CALDUS, C. fil. homo novus ad consulatum pervenit A. U. 659. Orat. I. 25. ei mediocritas dicendi magno honori fuit. Brut. 45. industria in eo fuit summaeque virtutes, eloquentiae tantum quod esset in rebus privatis, amicis eius, in re publica ipsius

dignitati satis. Verr. V. 70. non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad istos honores perveniret. Pet. cons. 3. Caelius (consulatum) cum duobus hominibus ita nobilissimis petebat, ut tamen in iis omnia pluris essent, quam ipsa nobilitas — Tamen eorum alterum Caelius etiam quum multo esset inferior genere, superior nulla re, paene superavit. Planc. 21. in quaesturae petitione repulsam tulit. Haud satis constat an hic Caelius idem fuerit qui Her. II. 13. dicitur iudex eum absolvisse, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat. Leg. XIII. 6. eius lex tabellaria. Ad eum respicit Cicero Att. X. 12. 14. 15. 16. Ut enim Syllae tyrannidem impediret olim in Italia bellum excitaverat. Simile quid contra Caesaris potentiam audendum esse Cicero tectis verbis in istis epistolis significat.

C. CAELIUS, C. F. C. N. CALDUS. Fam. VIII. 8. tribunus plebis M. Marcello et Sulpicio coss. A. U. 702.

C. CAELIUS CALDUS quaestor Ciceronis in provinciam venit. Att. VI. 2. ei Cicero significat se hoc laetari. Fam. II. 19. eum Cic. Cilicia decedens provinciae praeponit. Fam. II. 15. Att. VI. 6. ubi *nos provinciae*, inquit, *praefecimus Caelium; puerum inquies, et fortasse fatuum, et non gravem, et non continentem assentior; fieri non potuit aliter.*

CAELIUS ANTIPATER, vid. *Antipater.*

L. CAELIUS, Caecin. 9. testis in Caecinam.

M. CAELIUS RUFUS adolescens voluptatibus deditus, postea gloriae cupiditate ductus primum accusavit C. Antonium consularem de maiestate, et L. Atratinum de ambitu; cuius filius deinde Caelium de vi accusavit, quem Cicero oratione, quae exstat defendit. A. 701. Tribunus plebis fuit, quo in magistratu Cicero ait eum in re publica fortissimum, et bonorum voluntati et auctoritati senatus deditum fuisse. Brut. 79. Ciceronem adiuvat in defensione Milonis ideoque Mil. 33. dicitur vir in re publ. fortissimus, et in suscepta causa firmissimus et bonorum voluntati et auctoritati senatus deditus, et in Milonis sive invidia sive fortuna singulari divina et incredibili fide A. 703. aedilis curulis fuit. Brut. 79. dicitur eum honorem summa voluntate bonorum adeptus. Fam. II. 9. Cicero Ciliciae procos. ei hunc honorem gratulatur. In bello civili Caesar eum secum in Hispaniam duxit; deinde

quum adversus Pompeium in Graeciam iret, eum Romae reliquit Praetorem peregrinum. Ibi quum multa turbulentius egisset, in primis autem Trebonium praetorem urbanum vexasset, senatus eum a re publica removit. Qua ignominia et dolore permotus palam se proficisci ad Caesarem simulavit, clam nuntiis ad Milonem exsulem missis eum evocavit, ipse Thurios profectus, quum quosdam eius municipii sollicitaret, ab equitibus, qui eo praesidii causa missi erant, est interfectus, Caes. de B. C III. 20. sequ. Cael. 2. equitis Romani filius. *Ibid.* 2. ei pater obiectus quod aut parum splendidus ipse, aut parum pie tractatus a filio diceretur. Cael. 29. 31. accusat Antonium Ciceronis in consulatu collegam de maiestate. *Ibid.* 31. L. Atratinum de ambitu; denique (Quintil. VI. 3, 39. 41.) C. Laelium. Has tres accusationes Cicero Brut. 79. acres dicit, omnesque ex rei publicae contentione susceptas. *Ibid.* Fuerunt etiam complures eius defensiones non contemnendae saneque tolerabiles. Q. Fr. II. 13. A. U. 699. apud Cn. Domitium L. F. Ahenobarbum praetorem accusatur. *Ibid.* oppugnatur à gente Clodia. Fam. lib. VIII. continet eius ad Ciceronem Ciliciae procos. epistolas. Fam. VIII. 2. scribit ad Ciceronem de re publ. et suis in aedilitate competitoribus. *Ibid.* 3. inepte rogat eum, Ciliciae procos. ut si sit otiosus, nomini suo librum aliquem inscribat. Fam. VIII. 4. 8. 9. petit ab eo ut sibi pantheras ad ludos aedilitios procuret, de iis Cicero respondet. Fam. II. 11. Att. VI. 1. *Ibid.* VIII. 8. accipit a Curione pantheras Africanas. Fam. II. 9. Cicero laetatur eum aedilem cur. designatum esse. Att. VI. 1. foede scribit de pantheris et de M. Feridii agris qui civitatibus fructus penderent, quos immunes esse volebat. Fam. II. 15. prudenter agit cum Curione de supplicatione Ciceroni decernenda. *Ibid.* VIII. 12. queritur de Appii Claudii ingrato animo et iniuriis. *Ibid.* eumque postulatus lege Scatinia censorem eadem lege postulat. Fam. VIII. 14. auguratur bellum civile futurum. Fam. VIII. 16. Att. X. 9. suadet Ciceroni ut pulso Italia Pompeio saluti suae consulat. Fam. VIII. 17. eum poenitet Caesarianarum partium.

M. CAELIUS Vinicianus. Fam. VIII. 4. eius mentio et promulgatio fatua de Pompeio dictatore creando.

M. CAELIUS. Verr. IV. 17. eques Romanus, qui Lilybaei habitabat.

M. CAELIUS, Flacc. 4. eques Romanus.

P. CAELIUS, Verr. I. 50. praetor urbanus cum C. Verre, A. U. C. 679.

Q. CAELIUS LATINIENSIS, Manil. 19. tribunus plebis, et anno post legatus. Sed nomen haud satis certum. In codd. nonnullis legitur *Q. Caecilius;* in aliis pro *Latiniensis* est *Lateriensis.*

Q. CAELIUS, Phil. XIII. 2. et 12. collusor M. Antonii.

Sex CAELIUS, Q. Fr. II. 6. ex falsa lectione in edd. nonnullis. Vid. *Sex Clodius.*

T. CAELIUS: Balb. 23. Senator a Cossinio accusatus et damnatus.

CAELUS Saturni pater a filio exsectas N. D. II. 25.

M. CAEPARIUS, Catil. III. 6. socius Catilinae, apud Sallustium Qu. dicitur. Cat. 46.

C. et L. CAEPASSII frater. Brut. 69. ignoti homines, oppidano et incondito genere dicendi, quaestores facti sunt. Cluent. 21.

C. N. CAEPIO, Att. XII. 20. Serviliae Claudii pater, vivo patre naufragio perierit, an mortuo? de Fin. II. 16. Ei decernitur quaestio in Tubulum.

CAEPIONES duo, Civ. et Q. V. Brut. 25. multum clientes consilio et lingua, plus auctoritate tamen et gratia sublevabant. Font. 7. eorum testimonium in Q. Pompeium reiicitur. cf. Valer. Max. VIII. 5.

Cn. SERVILIUS CAEPIO, Brut. 20. cos. cum Q. Marcio Philippo A. U. 584.

Q. SERVILIUS CAEPIO, Brut. 43. cos. cum C. Laelio Sapiente A. U. 613. Is quum ei Hispania ulterior provincia obvenisset, bellum in Lusitania cum Viriato renovavit eumque corruptis pecunia quibusdam eius amicis per insidias ac fraudes occidendum curavit.

Q. SERVILIUS CAEPIO cos. cum C. Atilio Serrano A. U. C. 647. Brut. 43. legem ab eo latam, qua iudicia lege Sempronia a senatu ad equites translata cum utroque ordine communicavit, Crassus orator suasit. Her. I. 14. Brut. 44. fusus a Cimbris, decennio post reus factus a Cn. Iunio Norbano maiestatis, simul de repetundis accusatus, defenditur a L. Crasso, A. 638. Orat. II. 48. 49. hinc dicitur. Brut. 35. fortuna belli ei crimini fuisse. Eodem iudicio damnatus est. Hinc

Brut. 35. invidia populi dicitur ei calamitati fuisse. Balb. XI. 14. exsul Smyrnae vixit.

Q. SERVILIUS CAEPIO quaestor urbanus A. U. 653. Her. I. 12. quum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, Caepio quaestor urbanus docuit senatum, aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat; adversus rem publ. videri eum facere. Saturninus ferre coepit. Collegae intercedere. Ille nihilo minus cistellam detulit. Caepio ut illum contra S. C. intercedentibus collegis vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deiicit, impedimento est, quo secius feratur lex. Arcessitur maiestatis. Brut. 62. equestri ordini nimis deditus a senatu dissidet. Brut. 46. 56. accusatus a T. Betucio Barro Asculano defendit se oratione ab Aelio scripta. Dom. 46. M. Drusi A. U. C. 662. tribuni plebis inimicus.

Q. SERVILIUS CAEPIO, Fin. III. 2. de filio Luculli: *quamquam hoc quidem proprium tuum munus est* (Catonem alloquitur) *ut et patri* (L. Lucullo) *et Caepioni nostro* (h. e. M. Bruto) *et tibi tam propinquo respondeat* (scil. quia Cato erat frater Serviliae uxoris L. Luculli, ideoque avunculus eius filii, quem pater moriens in Catonis tutela esse voluerat) *Laboro autem non sine causa; nam et avi eius memoria moveor* (*nec enim ignoras quanti fecerim Caepionem, qui ut opinio mea fert, in principibus iam esset, si viveret*, *et Lucullus mihi versatur ante oculos.*) Hic primum illud moneo, verba *Caepioni nostro* non esse de alio Caepione quam de M. Bruto, qui saepius appellatur *Q. Caepio Brutus* intelligenda. Erat enim adoptatus a Q. Servilio Caepione fratre Serviliae matris suae. De reliquis autem audiendus est P. Manutius, qui totam hanc Caepionum seriem optime expedivit. „Q. Servilius Caepio Cos. A. U. 657. male cum Cimbris pugnavit. Eius filius Q. Caepio M. Scaurum accusavit, Druso tribuno plebis, qui paullo ante bellum Marsicum domi suae interfectus est pro equitibus restitit, bello Marsico periit A. 663, quibus de rebus habeo testes Appianum, Florum, Orosium, Epitomen Livianam. Hic Caepio ex Livia Drusi eius sorore, cum quo eum inimicitias gessisse discimus suscepit Q. Caepionem et Serviliam M. Catonis sororem M. Bruti matrem, quam C. Caesar postea Dictator

adamavit. Caepionem tribunum mil. in bello Spartaci fuisse, obiisse in Asia ante quaesturam ait Plutarchus in Catone Uticensi. Servilia primum nupsit M. Bruto, ei quem interfectum a Pompeio magno Sullanis temporibus docet Valerius Maximus lib. VI. c. 2. idque Plutarchus confirmare videtur in Bruti vita. Peperit ex eo M. Brutum, interfectorem postea C. Caesaris. Deinde uxor fuit, ut legimus in Plutarcho, L. Luculli qui Mithridatem et Tigranem devicerat, post dimissam ab eo Clodiam P. Clodii sororem, ex qua filium genuit L. Lucullum, quem pater moriens in tutela voluit esse M. Catonis fratris Serviliae uxoris suae. Ideo dixit hic Cicero: *Tuum munus est ut ita erudiatur — ut tibi tam propinquo respondeat.* Quaeri autem potest qua ratione soror fuerit Servilia Catonis, qui erat e gente Porcia. In quo scire illud oportet. Caepionis Serviliae patris, quem decessisse bello Marsico diximus, uxorem fuisse Liviam M. Livii Drusi filiam, eius quem contra C. Gracchum in tribunatu pro Senatu stetisse Plutarchus in vita Gracchorum ostendit; eius autem sororem quem intra domesticos parietes ab occulto percussore necatum historiae narrant. Haec Livia quum ex eo Caepione genuisset, ut iam diximus, Caepionem et Serviliam, divortio facto, (non enim post obitum Caepionis putandum est, nam obiit Marsici belli tempore, aliquanto post alterum Liviae coniugium, quod ex Catonis Uticensis, Liviae filii aetate constat; qui quum perierit Caesare et Lepido coss. natus XLVIII, ut ait Plutarchus, satis constat ante Marsicum bellum, id est ante Caepionis interitum esse natum) nupsit M. Catoni, ex quo genuit eum Catonem, qui se postea Uticae interemit. Patet igitur M. Catonis Uticensis uterinam sororem Serviliam uterinumque fratrem fuisse Caepionem, quem Catoni iucundissimum fuisse ex eodem Plutarcho cognoscitur, ex quo etiam constat Drusum Liviae patrem Catonis avum fuisse, ut appellatur a Cicerone de Fin. IV. 24. his verbis: *Conferam avum tuum Drusum cum C. Graccho eius fere aequali;* quod in Catone Plutarchus et Cicero in oratione pro Milone confirmant, Catonis avunculum Drusum appellantes, quum eius filium, qui Senatus causam contra Gracchum tutatus est sine dubio significent — Sed quod ad verba *et avi eius memoria moveor attinet*, mihi quidem scrupulus, observata Ciceronis aetate sane difficilis inicitur. Nam si

Luculli pueri fuit avus Caepio, is quem Italico bello anno urbis 663. vita excessisse dicimus, vix fieri posse video, ut eum Cicero significet, quum ait: *non enim ignoras, quanti fecerim Caepionem.* Nam annus urbis 663. fuit annus Ciceronis aetatis XVII, ut adolescentulo Ciceroni vix annos pubertatis ingresso consuetudinem cum viro Caepione ullam fuisse credibile non sit. Accedit illud, quo etiam magis moveor, quod quum Cato commendatos Ciceroni a moriente Caepione liberos eius paullo post subiungit, repugnare videtur Ciceronis aetai annum agentis ut diximus XVII, quum Caepio vita excessit. Itaque interdum mihi venit in mentem suspicari, ne hic Caepio, quem Cicero observavit, cuiusque liberos ei commendatos esse a patre moriente Cicero dicit filius fuerit eius qui periit bello Marsico, pater autem eius, quem Catonis fratrem Plutarchus appellat et Serviliae, quae M. Brutum ex priore viro Bruto, Lucullum puerum ex posteriore L. Lucullo peperit. Quod si ita est, sororem Drusi posterioris Liviam eius Caepionis filio nupsisse credendum erit, qui cum fratre eius in Equitum causa contenderat. Ita quatuor deinceps perpetuo cognationis ordine Caepiones erunt, omnes Quinti praenomine. Primus, qui consul cum Cimbris male rem publicam gessit; alter qui Scauro diem dixit, et bello sociali vel ut alii appellant, Italico aut Marsico periit; tertius, qui quod equidem sciam nunquam nominatur, cur tamen eum fuisse credi possit causas ostendi. Quartus M. Catonis Uticensis frater, qui filiam ut a Plutarcho scriptum animadverti., moriens reliquit, adoptato, ut diximus sororis suae Serviliae filio M. Bruto." Hactenus P. Manutius. Non diffiteor tamen vel sic superesse aliquid scrupuli. Si legeretur in aliquo codice: *nam et* avunculi *eius memoria moveor* nihil esset laborandum. Hic enim qui Brutum testamento adoptavit, potuit Ciceroni filiam suam commendare.

Q. CAEPIO, Att. II. 24. Fam. VII. 21. Philipp. X. 11. est M. Iunius Brutus a Q. Caepione adoptatus.

CAERELLIA, Fam. XIII. 72. necessaria Ciceronis ab eo commendatur Servilio. Att. XII. 51. ei Cicero nummos debuit; idque *nomen* quod ibid. appellatur *Caerellianum* dissolvere voluit, solutionem tamen aiquantum sustineri. Att. XIII. 21. studio Philosophiae flagrans describit quosdam Ciceronis libros

philosophicos, in his de Finibus libros. Ciceroni seni cum hac Caerellia amoris commercium fuisse quod ei obiicit Q. Fusius Calenus apud Dionem lib. XLVI. vix est credibile. Eius tamen epistolae quaedam ad Caerelliam Quintiliani aetate exstiterunt, qui Inst. orat. lib. VI. c. 3. *etiam illud, quod Cicero Caerelliae scripsit, reddens rationem, cur illa C. Caesaris tempora tam patienter toleraret: „Haec aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho.“* Nihil tamen impedit quo minus in loco Ausonii sub finem Eidyll. XIII. s. centonis nuptialis: *Meminerint autem quippe eruditi, probatissimo viro Plinio in poematis lasciviam, in moribus constitisse censuram; prurire opusculum Sulpitiae, frontem caperare; esse Appuleium in vita philosophum, in Epigrammatis amatorem; * * * in praeceptis omnibus exstare severitatem, in Epistolis ad Caerelliam subesse petulantiam;* ante verba *in praeceptis* excidisse credamus *Ciceronis* nomen, *eaque ad Tullii epistolas ad Caerelliam scriptas pertinere, quae Gronovii quoque ad h. l. sententia fuit.*

C. IULIUS CAESAR, *Strabo*, L. F. Orat. II. 3. Q. Catuli frater uterinus (ex matre Popillia) L. autem Caesaris L. F. frater germanus. Brut. 89. aedilis curulis fuit A. U. 667. omissa praetura consulatum petiit in A. U. 661. contra illam consulatus petitionem extraordinariam dixit P. Antistius. Brut. 63. itemque (Harusp. c. 20.) P. Sulpicius. Ille Iulius Caesar erat in sex aetatis suae clarissimis patronis, ad quem, et Philippum ii confugiebant, qui nec Antonium nec Crassum habere poterant. Brut. 57. Ac festivitate quidem et facetiis et superioribus et aequalibus suis omnibus praestitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo umquam urbanitate, lepore, suavitate conditior. Brut. 48. Tusc. 5. 19. Off. I. 30. 37. Orat. II. 54. Itaque eum Cicero in libro secundo de Oratore c. 54—71. de iocis et facetiis disserentem inducit. Brut. 60. 2. irridet C. Curionem. Brut. 48. orationes et tragoedias reliquit. Caecil. 19. contendit cum Cn. Pompeio Strabone de accusando Albucio. Off. II. 14. quum T. Albucius praeturam in Sardinia male gessisset, eum Caesar Sardorum nomine reum facit. Orat. III. 3. proditus ab Etrusco hospite (iussu Cinnae) interficitur, eiusque caput pro Rostris ponitur.

L. CAESAR, L. F. praecedentis frater cos. cum P. Rutilio A. U. 663. Font. 15. bello sociali praeficitur. Tusc. V. 19. iussu Cinnae interficitur.

C. IULIUS CAESAR (Dictator). Att. I. 13. uxori nuntium remittit ob suspicionem adulterii ei a Clodio intentati. Att. II. 3. in lege agraria perferenda Ciceronis opem exspectat Att. II. 12. negat se quicquam de Clodii adoptione tulisse. Att. II. 18. 19. liberaliter invitat Ciceronem ut sibi sit legatus. Att. II. 29. status rei publ. sub eius consulatu omnibus gentibus, ordinibus, aetatibus offensus. *Ibid.* graviter fert plausum Curioni filio adversario suo datum. Att. II. 21. Cicero veretur ne Caesar et Pompeius sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiae exarserint. Att. II. 21. Caesar frustra populum in concione adversus Bibulum collegam incitat. Att. II. 24. Caesar, qui olim, praetor quum esset Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere, Vettium (per Vatinium) in Rostra produxit, eumque in eo loco constituit, quo Bibulo consuli aspirare non liceret. Att. III. 18. eius literas exspectat Pompeius, ut referre possit de Cicerone revocando. Q. Fr. II. 1. contra eius legem de agro Campano dividundo P. Rutilius Lupus dicit in senatu. Q. Fr. II. 17. iocatur de sua egestate. Fam VII. 5. ei Cicero scribit se sibi persuasisse Caesarem se esse alterum. Q. Fr. II. 15. eius literae ad Ciceronem refertae omni officio diligentia, suavitate. *Ibid.* in eum vult Cicero omnia sua studia conferre. *Ibid.* eius res gestas in Britannia pingere vult coloribus fratris, penicillo suo. Att. IV. 15. eius opes Memmium in petitione consulatus confirmant. Q. Fr. II. 16. laudat poëma Ciceronis et quaedam vituperat. Q. Fr. III. 1. eius dolor ex morte filiae Iuliae. Q. Fr. III. 8. in summo tamen luctu gravis est. Att. IV. 17. eius reditus ex Britannia. Att. V. 9. 10. pecuniam ab eo sibi debitam Cic. procos. in provinciam proficiscens ab Attico expediri vult. Fam. VIII. 1. de eius rebus in Gallia sinistri rumores. Fam VIII. 4. de eius successione in provinciam Galliam deliberatur in senatu. Fam. VIII. 9. eum Pompeius aperte vetat provinciam tenere cum exercitu et consulem designari. Att. V. 21. ei nullus honos a senatu habetur. Att. VI. 1. ab eo pecunia extorquetur Pompeio debita. Fam. II. 13. eum defendit Curio, qui antea oppugnaverat. Fam. VIII. 11. Pompeius incumbit, ut Caesar, Id. Nov. (A.

703.) de provincia decedat. *Ibid.* VIII. 14. non patitur Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit. Att. VI. 8. Ciceroni nuntiatur Caesarem exercitum nullo modo dimissurum. Att. VII. 1. summa inter Caesarem et Pompeium contentio impendet. Att. VII. 2. Caesar exsultat Catonis in Ciceronem iniuria, quod scil. triumphum ei negaverat. Att. VII. 3. 8. Cicero laborat de pecunia Caesari debita ei solvenda. Att. VII. 6. Cicero serum putat esse ei resistere, quamvis eius postulatio sit opinione valentior. Att. VII. 7. ei publicani sunt amicissimi. *Ibid.* quid in eius contentione cum Pompeio optimum factu sit difficilis quaestio. Fam. XVI. 11. (ad eum Antonius, Cossius et Curio proficiscuntur. Att. VII. 11. 12. ab eo discedit Labienus. *Ibid.* Cicero eum appellat amentem et miserum, qui ne umbram quidem τοῦ καλοῦ viderit. Att. VII. 14. eius mandata ad Pompeium. *Ibid.* eius gladiatores, qui Capuae erant, Pompeius binos singulis patribus familiarum distribuit custodiendos. Att. VII. 15. in conventu Capuae habito consules multique senatores cupiunt Caesarem abductis praesidiis stare conditionibus, quas ipse tulisset. Fam. XVI. 12. apud eum Dolabella est, quod Ciceroni molestum. Att. VII. 18. delectum acerrime habet, loca occupat, vincit praesidiis. Att. VII. 21. Ciceronem ad pacem hortatur. Att. VII. 23. Pompeium persequitur. Att. VIII. 3. Corfinium obsidet. Att. VIII. 9. IX. 11. Ciceronis ad eum epistola de pace et concordia servanda. Att. VIII. 14. mirifica eius celeritas, ob quam Cicero veretur, ne citius ad Brundisium quam opus sit, accesserit. Att. VIII. 15. IX. 7. Corfinium in deditionem accipit, Domitium et ceteros Pompeianos incolumes dimittit. Att. IX. 12. 13. Brundisii Pompeium obsidet. Att. IX. 16. longissime abest a crudelitate. *Ibid.* IX. 18. eius cum Cicerone colloquium. Att. X. 8. post Pompeii discessum in Graeciam contendit in Hispaniam. *Ibid.* eius epistola ad Ciceronem, qua ei suadet, ut ab omni contentione absit. Att. XI. 6. 10. 12. 15. 17. 18. 25. post pugnam Pharsalicam eius expeditio Alexandrina. Fam. XIV. 15. ei Cicero filium obviam mittere constituerat, sed mutavit consilium, quod de eius adventu nihil constabat. Fam. XIV. 23. eius ad Ciceronem literae satis liberales. Fam. XV. 15. multis Pompeianis ignoscit. Fam. IX. 6. 7. eius adventus in Italiam exspectatur. Att. XII. 6.

eius literae ad Atticum. Fam. IX. 17. agros dicitur militibus divisurus. Fam. IV. 4. Marcello ignoscit eique Cicero in senatu pluribus verbis gratias agit. Fam. VI. 6. eius mitis clemensque natura; *ibid.* mirifice delectatur ingeniis excellentibus. Fam. VI. 14. cum eo agit Cicero de Ligarii restitutione. Fam. VI. 7. eius iram metuit Caecina, qui contra eum scripserat. Fam. IV. 12. apud eum non tam ambitiosae rogationes valent, quam necessariae. Fam. IX. 10. XV. 17. bona proscriptorum sub hasta vendi iubet. Fam. VI. 10. quotidie Ciceroni videtur ad aequitatem delabi, et ad rerum naturam. Att. XII. 8. ad eum candidati honores petituri in Hispaniam proficiscuntur. Fam. XIII. 15. ei Cicero Praecilium commendat. *Ibid.* 16. et Apollonium. Att. XII 50. ad eum Cicero scribere cogitat de re publica ordinanda. Att. XII. 43. eius statua in templo Quirini. Att. XII. 49. appellatur a Cicerone vir optimus et liberalissimus, idem quem Att. VII. 12. perditum latronem vocaverat. Att. XII. 51. 52. XIII. 1. 27. 28. 31. Ciceronis ad eum epistola συμβουλευτική. Att. XIII. 20. 23. eius epistola ad Ciceronem, de Tulliae morte consolatoria. Att. XIII. 44. eius statua in pompa Circensi gestatur. Att. XIII. 45. eius adventus ex Hispania nuntiatur. Fam. VI. 19. in eius ludis aliquam munerum curationem optat Lepta. Att. XIII. 48. fit Babullii heres ex uncia. Att. XIII. 50. 51. ad eum scribit Cicero de eius Anti-Catone. Fam. XIII. 4. in Gallia Cisalpina militibus agros dividi iubet. Att. XIII. 52. a Cicerone in Puteolano hospitio accipitur. Fam. VI. 15. Idibus Martiis A. U. 709. occiditur. Att. XIV. 5. eius iudicium de M. Bruto. *Ibid.* et de Cicerone. Att. XIV. 6. 9. 10. Eius interfectores laudantur, facta tamen defenduntur. Att. XIV. 12. Fam. XII. 2. multa quasi ex eius decretis ab Antonio fiunt. Att. XIV. 13. Eius commentarium Antonius tueri debere sibi videtur. Att. XIV. 19. Eum etiam mortuum a se amari profitetur Q. Cicero fil. Att. XV. 3. Eius sellam auream in spectaculis apponi vetant tribuni. Fam. XI. 27. 28. de Matii cum Caesare coniunctione mutuae Ciceronis et Matii epistolae. Att. XVI. 16. epist. ad Planc. de causa Buthrotiorum quid Cicero cum Caesare egerit. *Ibid.* Otii pacisque causa Cicero acerrime quae Caesar statuerat defendere solet. Fam. XI. 3. Brutus et Cassius Antonium monent ut cogitet non quam diu vixerit Cae-

sar, sed quam non diu regnarit. Planc. 36. Caesaris laudes. Marcell. 1. eius res gestae laudantur. Catil. IV. 5. eius laudes populi Romani et senatus plurimis atque amplissimis iudiciis celebratae. Catil. IV. 4. eius sententia contra coniuratos Catilinae. Sext. 17. (cf. Pis. 32.) Caesar a Clodio inimicissimus esse Ciceronis saluti quotidianis concionibus dicebatur. Prov. cons. 10. Balb. 27. Pis. 25. Caesari supplicationes decretae, numero, ut nemini eius ex bello; honore ut omnino nemini. *Ibid.* 11 sqq. Cicero in eo ornando senatus auctoritatem se sequi profitetur. *Ibid.* 12. cur de provincia Gallia devocandus non sit ostendit. *Ibid.* 13. Pis. 33. eius res in Gallia gestae laudantur. *Ibid.* 17. 18. quae Ciceroni fuerit cum Caesare superioribus temporibus causa et ratio exponitur. Balb. 19. eius, quum esset in Hispania praetor, beneficia in Gaditanos. Mil. 24. a Milonianis eius domus oppugnata falso rumore dicebatur. Ligar. 3. Caesaris post pugnam Pharsalicam erga Ciceronem voluntas. *Ibid.* 5. 6. eius in summa fortuna summa lenitas. Deiot. 3. idem dicitur facile exorari et semel exorari solere. *Ibid.* nemo umquam eum placavit inimicus, qui ullas in eo simultatis reliquias senserit. Phil. II. 37. Deiotaro Armeniam abstulit a senatu datam. Phil. II. 22. belli civilis causam hanc afferebat quod intercessio neglecta, ius tribunitium sublatum, circumscriptus esset Antonius. Phil. II. 30. idem ter depugnavit cum civibus in Thessalia, Africa, Hispania. Phil. II. 34. ei sedenti in rostris amicto toga purpurea coronato Lupercalibus diadema ostendit Antonius. *Ibid.* 44. cum eo Antonius nulla in re comparandus. Phil. V. 18. dicitur omnem vim ingenii quae summa fuerit in eo in populari levitate consumpsisse. Brut. 72. 74. 75. Attici et Bruti de eius orationibus iudicium. Item Ciceronis de eius commentariis. Brut. 72. eius de analogia s. de ratione latine loquendi liber ad Ciceronem scriptus. Fam. X. 16. eius volumina ἀποφθεγμάτων. Top. 25. eius Anticato s. liber contra Ciceronis Catonem. Off. I. 8. eius temeritas, qua omnia dicitur iura divina atque humana pervertisse, propter eum, quem sibi ipsi opinionis errore finxerat, principatum. Off. I. 14. eius et Sullae pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Off. II. 24. eius aes alienum. *Ib.* eius largitiones. *Ib.* eius tabulae novae. Off. II. 7. eius tyranni, quem armis oppres-

oppressa pertulisse civitas dicitur, et quum maxime mortuo parere, interitus declarat, quantum odium hominum valeat ad pestem. Div. II. 9. in Curia Pompeia ante simulacrum Pompeii trucidatus iacuit.

C. CAESAR OCTAVIUS, vid. OCTAVIANUS.

L. IULIUS CAESAR. Planc. 21. Aedilitiam repulsam tulit. Cat. IV. 6. Phil. II. 6. sororis virum P. Lentulum socerum Catilinae interficiendum censet. Muren. 34. Att. I. 2. Consul cum C. Figulo A. U. 689. SCtum facit simile legi Fabiae de numero sectatorum. Fam. IX. 14. ad eum aegrotum quum Cicero (A. U. 709. Neapolim venisset, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antequam eum plane salutavit, o mi Cicero, inquit, gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam; quantum si ego apud sororis filium (M. Antonium) valerem, iam salvi esse possemus. Fam. X. 28. optime sentit, sed in Antonium non acriter dicit, quia eius avunculus est. Phil. VI. 5. agrorum assignationem Antonianam sententia sua dissolvit, et iuvante Cicerone VII Virum acta sustulit. Sull. 19.

L. CAESAR. L. F. Caes. B. C. I. 8. Att. VII. 13. mandata absurdissima a Caesare habet, non homo, sed scopae solutae, de quibus pluribus epp. seqq. Fam. IX. 7. Est idem Proquaestor Africae, cui Catone interfecto Caesar vitam concessit. v. Caesar l. c. et Hirt. Afric. 89.

Sex. CAESAR, Harusp. 6. flamen Quirinalis.

CAESENA, Fam. XVI. 27. oppidum in Gallia Cispadana Senonum.

CAESENNIA, Caecin. 4. M. Fulcinii uxor Tarquiniensis summo loco nata et probatissima femina.

P. CAESENNIUS, Caecin. 4. Tarquiniensis heres M. Falcinii adolescentis mortui. *Ibid.* 10. auctor fundi, non tam auctoritate gravi quam corpore.

C. CAESETIUS, Leg. 11. eques Rom. Ligarii advocatus. Phil. III. 15. trib. pl. a. Caesare ab rep. remotus. Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusavit. add. Vell. II. 68. ubi v. interpretes: quorum nullus locis Ciceronis usus est. *Ern.*

P. CAESETIUS, Verr. V. 25. legatus Verris.

L. CAESIUS, Q. Fr. I. 14. II. 2. de cohorte praetoria Q. Ciceronis in Asia.

CALENUM municipium, Agrar. II. 31. idem oppidum.

CALENUS, Att. VIII. 3. intellige ager, circa Cales.

L. CALENUS, Verr. II. 8. civis Rom.

CALENUS, vid. *Q. Fusius* Calenus.

CALES, Att. VII. 14. oppidum mediterraneum Campaniae.

Cn. CALIDIUS, Verr. IV. 20. eques Rom. in Sicilia negotiator, cuius filius senator fuit.

M. CALIDIUS, p. Redit. in Sen. 9. Praetor a. 696. P. Lentulo. Spinthere Cos. statim designatus de revocando Cicerone laboravit; auctore etiam Quintiliano X. I. 23. pro domo Ciceronis dixit. Br. 79. orator prope singularis. Brut. 80. accusavit Q. Gallium de veneno sibi parato, defendente Cicerone.

Q. CALIDIUS, Planc. 28. 29. lege Q. Metellum Numid. restituit, fit praetor, supplicante populo Metello. Verr. III. 23. a Q. Lollio accusatur, sc. e. Praetura Hispaniensi: quamquam Asconius id a Gallio factum putat, quod Menagius non concoquebat. Act. I. in Verr. 13. Planc. 29. condemnatur.

CALLICRATIDAS, Off. I. 24. Lacedaemoniorum dux, quum multa fecisset egregie, ad extremum vertit omnia, np. proelio ad Arginusas. De re v. Diodor. Sic. XIII. p. 217, s. de Off. I. 30. impatiens.

CALLIDAMA, Verr. II. 36. Agathini fil. Thermitana.

CALLIMACHUS, Orat. III. 33. Grammaticus et Poeta, Tusc. I. 34. 39.

CALLIPHANA, Veliensis, Balb. 23. lege a C. Valerio Flacco lata fit civis Romana.

CALLIPHO, Fin. II. 6. 11. IV. 18. V. 8. Acad. IV. 42. Tusc. V. 30. Off. III. 33. voluptatem et honestatem summum bonum esse dicit. Fin. V. 25. quomodo in hanc sententiam inciderit. Utrumque recte dici *Callipho Calliphonis* et *Calliphon Calliphontis* docuit I. F. Heusinger ad Cic. Off. III. 33.

CALLIPPIDES, Att. XIII. 12. *Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem προσφώνησιν; biennium praeteriit, quam ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit.* Sunt qui hoc loco ad Callippidem cursorem respici putent, cuius mentio fit in Anthol. gr. cap. εἰς ἀγωνίστας. Alii referunt ad Callippidem

actorem tragicum, qui vixit Alcibiatis tempore Athen. XII. fuitque nimius in gestu scenico et motu Aristot. art. poet. c. 25. Apud Suetonium in Tiber. c. 38. narratur Tiberium biennio continuo post adeptum imperium pedem porta non extulisse; — *quamvis prope quotannis profectionem praepararet, vehiculis comprehensis — ad extremum vota pro itu et reditu suo suscipi passus, ut vulgo iam per iocum* Callipides *vocaretur, quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi proverbio Graeco notatum est.* Hoc ipsum proverbium Ciceroni h. l. obversatum esse probabilius est. Aliud enim scomma, quo Callippides iste notabatur, Πιθηκος τραγικος appellari solitus, nihil ad huius loci sententiam pertinet.

CALLISTHENES, Orat. II. 14. Olynthius, Aristotelis discipulus, Alexandri comes, scripsit historiam pene rhetorum more. Rab. Post. 9. ab Alexandro necatur. Tusc. III. 10. eius mors a Theophrasto peculiari libro deploratur. Fam. V. 12. scripsit Troicum bellum, de Div. I. 34. II. 25. Q. Fr. II. 13. dicitur *vulgare et notum negotium.*

CALPE, ad Div. X. ep. 32. mons praealtus Hispano litori ad fretum Gaditanum adiacens, de quo Plin II. 1. Ad id fuit urbs eiusdem nominis, ut contra Bochart. Geogr. S. L. I. c. 34. ostendit. Cl. Wesseling. ad Itin. Ant p. 406. quae dicitur Carteia hodie, ut docet Vales. ad Exc. Peiresc. p. 72. *Ern.*

CALPURNIA gens, in Pis. 23. est Pisonum, Bestiarum, Bibulorum, Caesenniorum.

L. CALPURNIUS, Att. X. 8. est L. Calpurnius Piso, familiarissimus Antonii. Qui nominatur pro Caec. 12. nescio an idem sit. *Ern.*

P. CALPURNIUS LANARIUS, Off. III. 16. P. Manutius legi volebat: Calfurnius.

Q. CALPURNIUS, Verr. IV. 49. P. Mutii collega in Consulatu, A. U. 620.

CALVA, homo sordidus ac turpis. Eius testamentum. Att. XV. 3.

CALVENA, Att. XIV. 5. 9. XVI. 11. est Matius, Caesaris amicus. Vid. *Matius.*

CALVENTIUS Marius tecto nomine dicitur L. Piso Caesoninus Q. Fr. III. 1.

CALVINUS, est cognomen familiae Domitiae.

C. CALVISIUS, Fam. XII. 25. X. 25. 26. homo magni iudicii rei publ. amans Phil. III. 10. Africam quam ante iam obtinuerat, (nunc autem Cornificius obtinebat) sortiente M. Antonio sortitur.

CALVUS, Fam. XV. 21. orator, a Cicerone laudatur, v. C. Licinius Calvus.

CALVUS ICtus, Q. Fr. III. 1. eius iudicium de fundo Bovillano.

CALVUS, Att. I. 16. appellatur M. Crassus, quod aliquando sub Calvi nomine in auctione Nanneii quaedam emerat.

CALYPSO mulier, cui inservit Ulixes Off. I. 13.

CAMERINUM, Att. VIII. 12. oppidum in montibus, qui Picenum ab Umbria dirimunt. De variationibus, quae in hoc nomine occurrunt ap. Veteres, v. Goesii Ind. Geogr. in Scr. R. A. *Ern.*

CAMERS AGER, Sull. 19. circa oppidum Camerinum.

CAMERTIUS, Balb. 20.

C. CAMILLUS, Fam. IX. 20. XIV. 5. 14. Att. V. 8. VI. 1. XI. 16. 23. post Atticum amicissimus Ciceroni. Fam. V. 20. iuris praediatorii peritus; eum Cicero saepius ad cenam vocat. Att. XIII. 33. curiosus in rebus novis perquirendis.

L. CAMILLUS, Cat. 12. qui cum Appio Claudio Consul fuit (A. V. 404.) e familia Furia. Eosdem Consules edit Gell. IX. 11. sed alii P. Claudium. v. Sigon. ad h. a.

M. CAMILLUS, Tusc. I. is est qui Romam a Gallis captam restituit.

CAMIRUS, N. D. III 21. conditor Camiri, oppidi Rhodiorum.

CAMPANUS ager lege Iulia dividendus.

CAMULA, Att. V. 21. centurio.

M. CAMURCIUS, Cael. 30. de crimine, nescio quo, in Vettium commisso, condemnatur.

CANA, Att. XIII. 41. Graev. *Kana* filia Gellii Cani quam Q. filio collocare cogitabant, si ei placeret.

CANACHUS, Brut. 18. statuarius, eius signa rigidiora sunt, quam ut imitentur veritatem. Plin. H. N. XXXIV. 8. Sicyonius fuit. Eius opera quaedam commemorat etiam Pausan. p. 134. 472. 483. 570. 730. etc. ed. Kuhn. *Ern.*

CAPENAS, Div. IX. 17. Agr. II. 26. a Capena oppido Etruriae inter Veios et Tiberim in ripa sito, quod apud Frontinum et Capenus dicitur p. 121.

CAPHO, Phil. X. 10. XI. 5. veteranus, VIII. 3. de grege Antonii nebulo, centurio.

CAPITINA, in Verr. III. 43. intell. urbs. Capitium est urbs mediterranea Siciliae.

C. CAPITO, Att. XIII. Caesarianus. Div. VIII. 8. XIII. 29. cognomen familiae Ateiae v. Ateius.

L. CAPITO, Q. Fr. III. 1. 5. cum C. Memmio trib. pl. Gabinium postulat.

CAPIUS, Fam. VII. 24. Vid. CIPIUS.

CAPPADOCIA, Att. V. 18. et propria quidem, regio Asiae inter Taurum et Antitaurum propinqua Ciliciae.

CAPRIUS, N. D. III. 23. pater Dionysi, seu Bacchi cuiusdam.

CARACHIUM, ad Brut. 5. locus ignotus veteribus Geographis et reliquis auctoribus. Ursinus et Ortelius coniiciebant legendum: Dyrrhachium. *Ern.*

CARBO, Fam. IX. 21. cognomen familiae Papiriae plebeiae. De hac familia epistola illa classica est. De Carbonibus egregia congessit Valantius de Num. Fam. R. sed v. inpr. Periz. A. II. c. 3. *Ern.*

CARBONES tres fratres, Fam. IX. 21. *P. M. C. Carbones. Publius Flacco accusante condemnatus; fugit Marcus ex Sicilia; Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur.* Hic est is qui proxime sequitur.

C. PAPIRIUS CARBO, Brut. 25. adolescens ingeniosissimus audit M. Aemilium Lepidum Porcinam, A. U. C. 622. tribunus plebis; leges tulit alteram tribunitiam, ut eundem tribunum pleb. toties creare liceret, quoties populus vellet; alteram tabellariam, qua sancitum est ut in legibus iubendis et antiquandis populus tabellis uteretur. Propter hanc legem, Leg. III. 16. dicitur seditiosus atque improbus civis. Sic etiam Fam. IX. 21. Idem Orat. II. 40. Ti. Gracchi mortem in concione saepe deplorat. Fam. IX. 21. socius caedis P. Africani iunioris fuisse dictus est, quod ei L. Crassus orator obiecit. Orat. II. 40. consul fuit A. U. 633. In consulatu Opimium C. Gracchi interfectorem defendit; cuius ex oratione, Orat. II. 39. haec verba afferuntur: *Si consul est qui consulit patriae, quid aliud*

fecit Opimius. Post consulatum a L. Crasso adolescente ob Ti. Gracchi seditionem, quem secutus erat Lael. II. accusatus, Orat. II. 40. morte voluntaria, Brut. 27. se a severitate iudicum vindicavit. Cantharidas enim Fam. IX. 21. sumpsisse dicitur, A. U. 634. Brut. VI. 43. 86. egregium habuit ingenium ad bene dicendum et eloquentissimus fuit. Eius filius fuit qui sequitur.

C. PAPIRIUS CARBO ARVINA, Brut. 62. filius C. Papirii Carbonis eius, qui a Crasso adolescente accusatus cantharidas sumpsisse dicitur. *Ibid.* non satis acutus orator; sed tamen orator numeratus est. Erat enim in verbis gravitas, et facile dicebat et auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Brut. 89. tribunus plebis A. U. 663. Fam. IX. 21. Orat. III. 3. a Damasippo occisus A. U. 671. Orat. III. 3. inimicissimus fuit L. Crasso; (scil. quod eius accusatione pater ad mortem compulsus fuerat.)

CN. CARBO et eius frater, scurra, Fam. IX. 21. homines improbi.

CARBO Rubriae filius, amicus Ciceronis, Fam. IX. 21.

CN. CARBO, Div. IX. 21. a M. Antonio accusatus atramento sutorio sumto moritur. Eius filius est qui sequitur.

CN. CARBO, Act. I. in Verr. 4. Procons. Galliae, quaestore Verre, de Orat. III. 3. ter Consul fuit, A. U. C. 668. 669. 671. Fam. IX. 21. a Cn. Pompeio Lilybaei interfectus est. Homo improbissimus.

D. CARFULENUS, Phil. III. 9. Senator, Fam. X. 33. legatus Pansae, interiit in proelio Mutinensi duce Pansa, Att. XV. 4.

CARIA, Orat. 2. regio Asiae minoris, unde *Cares.* In eos proverbium ἐν Καρὶ κίνδυνος Flacc. 27.

CARINAE, Q. Fr. II. 3. locus urbis Romae, ubi Cicero aedes habebat ab avis hereditate acceptas.

CARNEADES, Brut. I. 11. Cyrenaeus auctor Academiae tertiae. Tusc. IV. 3. Academicus Cyrenaeus. Acad. II. 30. Dialecticus discit a Diogene Stoico. Fin. III. 12. in Dialecticis exercitatus et summa eloquentia. Orat. III. 18. Ac. pr. II. 18. vir divina quadam celeritate ingenii dicendique copia. Orat. II. 38. Carneadis vis incredibilis illa dicendi et varietas — qui nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non everterit. Acad. pr. II. 6. Arcesilae ratio — confecta a Carneade

qui est quartus ab Arcesila. Audivit enim Egesinum, qui Evandrum audierat, Lacydis discipulum, quum Arcesilae Lacydes fuisset. Sed ipse Carneades diu tenuit. Nam nonaginta annos vixit. Cf. Acad. post. I. 12. extr. Acad. pr. II. 11. 31. eius doctrina de visis et de sustinendis assensionibus. Att. XIII. 21. προβολὴν pugilis et retentionem aurigae similem facit ἐποχῇ Ac. pr. II. 9. resistit Antipatro, qui dixerat, ei qui affirmaret nihil posse percipi consentaneum esse, unum tamen illud dicere percipi posse, ut alia non possent. Ac. pr. II. 29. Contra Chrysippum, qui soritas ita se frangere posse putabat, si quum gradatim interrogetur tria pauca sint anne multa, aliquanto prius, quam ad multa perveniat, quiescat (quod ille appellabat ἡσυχάζειν). Per me vel stertas, inquit Carneades, non modo quiescas. Sed quid proficit? Sequitur enim, qui te ex somno excitet, et eodem modo interroget etc. Ac. pr. II. 34. Clitomachus scripsit, Herculi quendam laborem exantlatum a Carneade, quod, ut feram et immanem beluam sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem et temeritatem extraxisset. Ac. pr. II. 42. Fin. II. 13. V. 7. Carneades dixit, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis summum bonum esse, frui iis rebus, quas primas natura conciliavisset, seu, ut Fin. II. 12. dicitur, frui principiis naturalibus. Hic dicitur Fin. IV. 18. Carneadeus finis. Orat. II. 37. mittitur legatus ab Atheniensibus ad senatum Romanum cum Critolao Peripatetico, et Diogene Stoico. Tusc. IV. 3. Ac. pr. II. 45. quo tempore quum Carneades et Diogenes ad senatum in Capitolio starent, Albinus praetor, iocans dixit: Ego tibi Carneade praetor esse non videor, quia sapiens non sum, nec haec urbs, nec in ea civitas. Tum ille: Huic Stoico non videris. *Ibid.* Calliphontis sententiam de summo bono ita studiose defensitabat, ut eam etiam probare videretur. Ac. pr. II. 48. Catulus pater Carneadeam esse sententiam dicebat, percipi nihil posse, assensurum autem non percepto sapientem, sed ita ut intelligat se opinari, sciatque nihil esse, quod comprehendi et percipi possit. Fin. II. 18. si scieris inquit Carneades, aspidem occulte latere uspiam, et velle aliquem imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbe feceris nisi monueris ne assidat, sed impune tamen, scisse enim te, quis coarguere possit? Fin. III.

17. qui post Chrysippum et Diogenem fuerunt, quum Carneadem sustinere non possent, bonam famam ipsam propter se praepositam et sumendam esse dixerunt. Fin. V. 6. vidit non modo quot fuissent philosophorum de summo bono, sed quot omnino esse possent sententiae. Tusc. III. 22. eius disputatio in libro Clitomachi, consolandi causa ad cives suos Carthaginienses captos misso, qua ille negabat sapientem fore in aegritudine patria capta. Tusc. IV. 24. N. D. II. 65. Stoicos insectatur. *Ibid* V. 4. morem, quid esset simillimum veri, exquirendi, Carneades acutissime copiosissimoque tenuit. Tusc. V. 31. eius causa eadem esse videtur, quae Epicuri. *Ibid.* 37. multum est peregrinatus. *Ibid.* 41. philosophorum de summo bono controversiam solebat tamquam honorarius arbiter iudicare. N. D. I. 2. multa disseruit adversus Stoicorum de deo doctrinam. *Ibid.* 5. ratio contra omnia disserendi profecta a Socrati repetita ab Arcesila confirmata a Carneade. N. D. III. 12. docet nullum animal esse sempiternum. Div. I. 4. de divinatione multa acute et copiose contra Stoicos disputavit. *Ibid.* 6. ei repugnat Q. Cicero. *Ibid.* 13. Carneades fingebat in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exstitisse Panisci. *Ibid.* II. 41. Praenestinam fortunam ridet Div. I. 30. concertationis studio modo ait hoc modo illud. Div. II. 3. quaerere solebat quarumnam rerum divinatio esset. Div. II. 72. Stoici somniorum patrocinium susceperunt, quorum licentiae Carneades restitit. Fat. 11. quomodo Carneades docuerit Epicureos causam suam de motu atomorum, sine commenticia declinatione posse defendere. *Ibid.* 14. eius doctrina de necessitate fatali. *Ibid.* dicit ne Apollinem quidem futura posse praedicere, nisi ea quorum causas natura contineret. Att. VII. 2. Eius dictum spurcum: Bene eveniat etc. Graece: τυχῇ ἀγαθῇ παιδοποιῶμεν in re Venerea. Leg. I. 13. perturbatrix rerum Academia ab Arcesila et Carneade recens. Att. XII. 23. Cicero quaerit quibus Coss. Carneades ceterique cum eo legati Romam venerint.

L. CARPINATIUS, Verr. II. 70. publicanus in Sicilia pro magistro.

T. CARRINAS, Att. XIII. 33. (gentis Albiae) Ciceronem in Tusculano invisit.

CARTEIA, Att. XV. 20. urbs Hispaniae Baeticae ad promontorium Calpen, de qua vid. Cellar. P. A.

T. I. p. 69 sqq. de eius situ disputant Hispani. Cel. Wesselingio ad Ant. Itin. p. 407. videtur esse, quae hodie *R. cadillo*. *Ern.*

L. CARTEIUS, Fam. XII. 11. aliquid muneris in exercitu Cassii in Syria tenuisse videtur.

CARVILII, Petit. Cons. 3. amici Catilinae.

Sp. CARVILIUS, Orat. II. 61. familia Carvilia plebeia, sed equestris tamen.

CASCA, vid. P. SERVILIUS CASCA.

CASCELLIUS, Balb. 19. praediator aetate auguris Q. Scaevolae. vid. Valer. Max. VI. 2. 12. et VIII. 12. 1. Hoc nomen vindicant contra eos, qui Caesellius legi volunt, Harduin ad Plin. VIII. 61. ubi praeceptor eius Volcatius traditur; Rupert. ad Pompon. Enchirid. III. 11. ubi de A. Cascellio ICto agit, cuius et Horatius mentionem fecit. Ceterum huic familiae hereditarium quodammodo iurisprud. studium fuit. *Ern.*

M. CASCELLIUS, Q. Fr. I. 2. negotiator in provincia Q. Ciceronis.

CASILINUM, Att. XVI. 8. urbs agri Campani, Colonia Romana ad Vulturnum unde Casilinenses, Inv. II. 51.

CASINAS, Agrar. II. 26. III. 3. ager circa Casinum oppidum Lat. in Volscis.

CASSANDER, Div. II. 42. summus Astrologus tempore Panaetii.

CASSANDRA, Orat. II. 66. etc. Priami filia.

CASSIA VIA, Phil. XII. 9. per mediam Etruriam ducebat; media inter Flaminiam et Aureliam. Nomen habet a Cassio, incertum quo.

C. CASSINIUS Scola, Mil. 17. Interamnas familiaris P. Clodii.

CASSINAS fundus, Phil. II. 40. M. Varronis, de quo vid. de R. III. 5. prope Casinum, unde Casinas et Cassinas fit. Quamquam et Cassium pro Casinum invenitur ap. Frontin. l. c. p. 134. pro quo tamen fortasse legendum Cassinum. *Ern.*

CASSIUS BARBA, v. BARBA.

C. CASSIUS Longinus. Dom. 50. Censor. Huius C. Cassii Longini Censura incidit in A. U. 599. Nam praecedit mentio Censoris Q. Marcii, qui decem annis ante, A. U. 589. Censor fuit. Alius Cassius censor fuit A. 627. *Ern.*

C. CASSIUS, Planc. 21. in petitione tribunatus repulsam tulit. Consul cum Cn. Domitio Ahenobarbo A. U. 657.

C. CASSIUS, Varus, qui Consul fuit cum M. Terentio Varrone Lucullo, non L. Gellio, ut Manutius ad Or. pro. Rabir. Perd. cap. 7. tradit. Nam Gellius anno post consul fuit L, Manil. 23. Legi Maniliae favet. Cluent. 49. Verr. I. 23. Verr. III. 41. consul A. U. 680. primo anno praeturae Siculae Verris. Fortasse hic est pater trium Cassiorum C. L. et Q. qui diserte non traditur. *Ern.*

C. CASSIUS LONGINUS, ut videtur, C. Cassii Vari A. U. 680. consulis filius, quaestor in Syriam cum M. Crasso profectus, post eius mortem Parthos vicit et ab Antiochia reiecit. Att. V. 18. Fam. VIII. 10. Fam. II. 10. Att. V. 20. Initio belli civilis Tribunus plebis Capuam venit attulitque Pompeii mandata ad consules, ut Romam venirent, pecuniamque de sanctiore aerario auferrent, deinde Pompeium in Graeciam secutus classi in Hellesponto praefuit, quam post pugnam Pharsalicam Caesari tradidit; quo facto eum Caesar sibi legavit; Fam. VI. 6. eiusque opera usus est contra Pharnacem in Cappadocia, A. U. 709. Praetor urbanus una cum M. Bruto ceteris in Caesarem coniuravit, et post eius caedem Italiam reliquit, et Syriam provinciam SCto obtinuit, Dolabellamque debellavit, et in urbe Laodicea obsessum mori coëgit. Tandem quum Octavianus, Antonius et Lepidus triumviri facti essent rei publ. constituendae in praelio apud Philippos, quum cornu cui praeerat ab Antonio pulsum esset, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi ipse conscivit. — Att. V, 21. Cicero impudentes vocat eius literas quibus scripserat a se confectum esse bellum Parthicum. Fam. XV, 14 ad eum proquaestorem scribit Cicero rogatque ut si Romam venerit omnes nervos in eo contendat, ne sibi provincia prorogetur. *Ibid.* Ciceronem iam puer appetivit, deinde tristissimis eius temporibus ei praesidio fuit. Att. VII. 23. tribunus plebis a partibus Pompeii stat, Att. XI. 13. Rhodo proficiscitur Alexandriam, Att. XI. 15. dicitur id consilium mutavisse. Fam. XV. 19. iocatur cum Cicerone de spectris Catianis et de philosophia Epicuri. *Ibid.* mavult Caesarem veterem et clementem dominum habere, quam novum et crude-

lem (Cn. Pompeium Magni fil.) habere. Fam XII. 1. tamen adversus Caesarem coniuravit. Att. XIV. 20. Cicero queritur Tertullae eius uxoris abortum, quia tam sint Cassii iam quam Bruti serendi i. e. gignendi. Fam. XI. 2. scribit una cum Bruto ad M. Antonium. Att. XV. 5. 6. rogat Ciceronem ut Hirtium quam optimum faciat. Att. XV. 8. scripsisse dicitur homines comparari, qui armati in Tusculanum mitterentur. Att. XV. 9. ei negotium datur frumentum in Sicilia emendi. *Ibid.* 11. negat se in Siciliam iturum. *Ibid.* eius socrus Servilia. Fam. XII. 15. cum copiis suis tendit Laodiceam. *Ibid.* XII. 14. Lentulus quaestor ei pecuniam dat. *Ibid* equitatum Dolabellae ad eum traducit. *Ibid.* XII. 15. eius classis bene magna. *Ibid.* XII. 10. postquam Lepidus cum Antonio se coniunxerat una cum Bruto in Italia exspectatur.

L. CASSIUS, Planc. 24. adolescens, subscriptor Laterensis, contra Plancium, familiaris Ciceronis, Frater C. Cassii, qui Caesarem interfecit. Phil. III. 9. Ei tribuno pl. mortem denunciat M. Antonius, si in Senatum venisset.

L. CASSIUS Ravilla, Verr. I. 55. Censor, pater eius, qui legem tabellariam tulit: consul A. V. C. 626. cum L. Cinna.

L. CASSIUS, ad Her. IV. 34. auctor legis tabellariae et severissimus in iudiciis exercendis, S. Rosc. 30. unde ab eo iudices dicti sunt, Brut. 25. 27. legem tabellariam tulit Lepido et Mancino Coss. Sext. 48. Leg. III. 16. auram popularem captans.

L. CASSIUS, Cluent. 38. Senator, et iudex in causa Oppianici.

L. CASSIUS, Catil. III. 4. Sull. 5. socius Catilinae fuit competitor Ciceronis in consulatu. An idem sit cum praecedente, nescio. *Ern.*

Q. CASSIUS, Longinus, frater Caii, percussoris Caesaris, Att. VI. 6. quaestor Pompeii in Hispania sine sorte, Fam. XVI. 11. Trib. pl. Lentulo et Marcello Coss. cum Antonio et Curione ad Caesarem proficiscitur. Att. VII. 5. 14. Phil. III. 10, Hispaniam sortitur, sortiente M. Antonio.

Sp. CASSIUS Viscellinus. Lael. 11. Balb. 23. quum Consul cum Postumio Cominio esset, foedus factum cum Latinis. Is est consulatus secundus, a. V.

Consulatum in iudicio cogitat Cicero, I. 16. bis absolvitur de incestu et de repetundis. Att. I. 14. grex Catilinae h. e. homines ipsi similes et ex coniuratione reliqui impediunt rogationem de sacris Bonae deae a Clodio pollutis. Flacc. 38. eius sepulcrum damnato C. Antonio floribus ornatur et epulis celebratur. Cat. I. I. 9. Cael. 5. virtutis simulacra in eo erant multa. Sull. 24. 25. usque a pueritia non solum intemperantia et scelere sed etiam consuetudine et studio in omni flagitio, stupro, caede versatus est. Mur. 26. non latus aut ventrem sed caput et collum petere solebat. Mur. 25. idem semper apertissimus. *Ibid.* eius responsum Catoni iudicium minitanti. De eius proavo est insignis locus ap. Plin. H. N. VII. 28.

CATILIUS, Div. V. 10. pirata in Dalmatia.

CATINA, Verr. II. 75. urbs Siciliae, unde Catinenses, Verr. II. 40.

CATIUS, Insuber, Fam. XV. 15. Epicureus Ciceronis temporibus, a quo spectra Catiana. Nam φαντασίας Epicureorum et εἴδωλα Latine dixerat spectra. Fam. XV. 19.

C. CATIUS, Vestinus, Fam. X. 23. Tribunus militum in exercitu M. Antonii.

CATONES, de Catonum gente est insignis locus ap. Plinium H. N. VII. 14. ubi stemma Catonum proposuit Harduinus. *Ern.*

C. CATO, Verr. IV, 10. 28. M. Catonis Censorii et L. Paulli nepos, filius sororis P. Africani, ex Macedonia de repetundis damnatus est. Balb. 11, damnatus, exul Tarracone vixit. Brut. 28. mediocris orator Brut. 34. Lege Mamilia post consulatum (quem gessit anno V. 643.) oppressus est.

C. CATO, Q. Fr. I. 2. adolescens in concione Pompeium privatum dictatorem appellat et vix vivus aufugit. Q. Fr. II. 1. trib. plebis in senatu impugnat Marcellini sententiam de habendis in Clodium iudiciis. Fam. I. 2. tribunus plebis Marcellino et Philippo Cos. it. ep. 4. 5. legem fert de imperio Lentulo Spintheri in Cilicia abrogando. Q. Fr. I. 2. 5. Gabinium de ambitu accusare voluit, in quo prope occisus est. Q. Fr. II. 3. invehitur in Pompeium. *Ibid.* eum dicit Pompeius a Crasso sustentari. Q. Fr. II. 6. eius legibus perniciosissimis resistitur. *Ibid.* eruit bestiarios quos alere non potest eosque quum vendidisset Praecilius tabulam prae-

scribit, se familiam Catonianam venditurum. *Ibid.* in concione negat se comitia haberi siturum si sibi cum populo agendi dies essent exempti. Att. IV. 15. 16. Lege Licinia de ambitu reus absolvitur. Fusia etiam reus: cum Milone et Cicerone in gratiam redit, Pompeio iterum Consule.

L. CATO, pro Rabir. 7. pro Font. 15. Consul fuit cum Cn. Pompeio Strabone DCLXIV. tempore belli socialis; in quo periit, de quo vid. app. B. C. I. 1. pag. 641.

M. CATO, is, qui sapiens et censorius dictus est. Planc. 8. Tusculanus. Brut. 15. quaestor A. U. 549. Mur. 8. homo novus et deinde Consul A. U. 558. et Censor A. 561. Sen. 4. praetor. *Ibid.* 10. tribunus mil. in bello cum Antiocho M. affuit praelio ad Thermopylas: idem tradunt, Plutarchus, Appianus, Frontinus, Aurelius Victor. v. Sigon. et Drakenb. ad Liv. XXXVI. 17. Livius autem legatum facit, l. c. ubi v. Dukerum. Mur. 14. cum Scipione profectus in bellum contra Antiochum. Memoriae lapsu Scipionem pro Glabrione poni, (nisi librariorum peccatum est) monet Wesselingius V. Cel. obs. II. 26. in Caecil. 20. Consul in Hispania fuit. Acad. IV. 2. Graecas literas senex discit. Inv. I. 4. in eo praeter ceteras virtutes fuit eloquentia. Orat. I. 49. orationem suam et rei publ. dignitatem exornavit. Orat. I. 53, Galbae gravis atque acer inimicus, de eo apud populum aspere et vehementer locutus dixit eum nisi pueris et lacrymis usus esset poenas daturum fuisse. Orat. II. 64. ei censori ridicule Nasica respondet. *Ibid.* II. 69. Eius dictum quum esset ab arca percussus. Orat. I. 57. eloquentia tanta fuit, quantam illa aetas ferre maximam potuit et iuris civilis omnium peritissimus, III. 33, Orat. II, 33. libri eius de iure laudantur. Orat. II. 12. est ex antiquioribus historiae scriptoribus qui unam dicendi laudem putant esse brevitatem. Brut. 16. 18. 85. 87. qualis fuerit scriptor et orator. Off. I. 29. Orat. II. 67. apophthegmata collegit. Orat. I. 55, eius Origines. Brut. 15. 16. 17. eius orationibus antiquiores non exstitere, eae laudantur. Off. I. 33. Carthaginem delendam suadet, in quo et mortui valuit auctoritas. Fam. IV. 6. filium summo ingenio et virtute amisit. Brut. 20, excessit annos 85. natus. Liv. 39. 40. nonagenario maiorem facit, alios auctores secutus.

M. CA-

M. CATO, M. Catonis censorii M. fil. Off. I. 11. 23. in exercitu Pompilii in Liguria tiro militat. Macedonico bello interfuit. vid. Plutarch. in Aemilio Paullo. Fam IV. 6. patre vivo obiit; laudatur.

M. CATO, M. F. M. N. de Off. III. 16. M. Catonis Uticensis pater. Brut. 62. alienus fuit a forensi eloquentia.

M. CATO, M. F. M. N. M. PRON. (Uticensis) Mur. 2. accusat L. Murenam de ambitu. Ei respondet Cicero Mur. 2. 6. eius laudes. *Ibid.* c. 29. eius nimia austeritas ex praeceptis philosophiae Stoicae suaviter ridetur. Mur. 29. sqq. perfectissimus Stoicus summa eloquentia. Brut. 31. Dom. 8. bello Cyprio praeficitur lege Clodia, ut de rep. ablegaretur. Hac expeditione Ptolemaeus rex Cypro expulsus et haec insula in provinciam redacta est. Att. I. 13. 14. vehementer contra P. Clodium de religione reum agit. Att. I. 16. eo et Domitio postulante duo SCta facta, ad coercendum ambitum, unum ut apud magistratus inquiri liceret, alterum, ut qui domi divisores haberent adversus rem publ. facere viderentur. Att. I. 18. defendere rem publ. constantia magis et integritate, quam consilio aut ingenio videtur. *Ibid.* II. 1. vexat publicanos non iniuria quidem sed parum caute. Att. II. 1. dicit tamquam in Platonis re publica, non tamquam in Romuli faece sententiam. *Ibid.* eius et Servilii opera factum SCtum de populis liberis. Att. II. 21. ei irati Pompeius et Caesar omnia perdiderunt. Att. III. 15. Cicero dolet apud se in periculo exsilii plus aliorum simulationem quam Catonis fidem valuisse. Q. Fr. II. 9. eum Pompeius et Crassus coss. repudiant. Q. Fr. II. 15. A. U. C. 699. praetor et quaesitor de ambitu. *Ibid.* et Att. IV. 15. tribunicii candidati iurant se eius arbitrio petituros. Q. Fr. III. 1. propter eius invalitudinem differtur accusatio Gabinii de repetundis. Att. IV. 16. Q. Fr. III. 4. repugnat Pomptinii petitioni triumphi, Q. Fr. III. 2. apud eum divinatio inter accusatores Gabinii. Att. VI. 1. eius πολίτευμα. Att. VI. 2. ei putat Cicero se probaturum quae in causa Bruti contra Salaminios egerit. Fam. XV. 5. Ciceronis res in Cilicia gestas laudat, supplicationem ei decretam, quamvis sua sententia ei negaverit, gratulatur. Fam. I. 9. Ciceroni invidet. Att. X. 16. Siciliam tenere non potest, in quam missus fuerat, quum tenere potuisset. Div. I. 31. homo doctus,

perterretur vaticinio cuiusdam Rhodii remigis. Off. I. 31. in Africa Caesari se tradidit. Fam. I. 14. quaedam eum fefellerunt. Fin. III. 2. eius legendi aviditas. Off. I. 31. ad incredibilem a natura factus est severitatem. Orat. 10. Div. II. 1. de eius laudibus scribit Cicero Att. XII. 41. Caesaris liber contra Catonem.

CATO puer, Catonis Uticensis filius pupillus Att. XIII. 6.

CATO saepe dicitur liber Ciceronis de laudibus Catonis.

CATONIUM, Fam. VII. 25. *Vereor ne in Catonium Catoninos* h. e. vereor ne Caesar ad inferos demittat Catonis asseclas et laudatores, ita ut *Catonium* dicatur locus mortuorum, quo Cato Uticensis suapte sponte abierat. Sunt qui Catonium a Κάτω derivatum esse putent, minus probabiliter. Vocabulum Catonium a Laberio usurpatum esse testatur Gellius N. A. XVI. 7. hoc versiculo: *Tollet bona fide vos orcus in Catonium.*

Q. Lutatius CATULUS, N. D. I. 28. amat Roscium puerum municipem suum; eius in Roscium epigramma.

Q. Lutatius CATULUS. Q F. Verr. Act. I. 15. eius sententia de tribunicia potestate. Font 15. legatus in bello civili ad scientiam rei militaris non literis sed rebus gestis ac victoriis eruditus. Rab. perd. in eo fuit summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas. Verr. III. 90. nominatur cum C. Marcio aliis, qui omnes provincias habuerunt, et frumentum cellae nomine imperarunt. Mur. 17. vincitur in petitione consulatus a Cn. Manlio. Tusc. V. 19. paene alter Laelius, cum eo Marius collega in consulatu A. 651. Cimbricae victoriae gloriam communicat. Dom. 38. Verr. IV. 57. porticum in area Flacci de manubiis Cimbricis fecit, quae inde porticus et monumentum Catuli saepe dicitur. Att. IV. 2. 3. eam a Clodio cum Ciceronis domo eversam consules restituendam locant. Orat. II. 3. ad Crassum in Tusculanum venit cum C. Iulio Caesare fratre. *Ibid.* II. 7. ei non solum Romani Latini sermonis sed etiam Graeci suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere solebant. Orat. II. 63. eius dictum in Philippum. Orat. III. 3. Brut. 89. a Mario proscriptus se ipsum interficit A. U. 666. Brut. 35. doctus et disertus, scripsit de consulatu suo et de rebus gestis ad A. Furium poetam, Xenophonteo genere sermonis. *Ibid.*

qualis fuerit orator. Off. I. 37. exquisito iudicio utitur literarum. *Ibid.* I. 30. in sermonibus quamvis praepotens esset, unus de multis videbatur.

Q. CATULUS, Q. F. Q. N. Catil. III. 10. dissensit Consul A U. 675. a collega Lepido, qui acta Sullae rescindenda putabat. Balb. 17. auctor est cum Lepido foederis Marciani confirmandi. Verr. III. 90. fuit inter iudices in causa Verrina. *Ibid.* quum exercitum haberet frumento est usus, pecuniam non coëgit p. Red. in Sen. 4. dixit Ciceronis causam semper fore firmissimam dum vel unus in re publ consul esset. Verr. IV. 31. 38. Capitolium dedicavit, unde eius monumentum dicitur. Pis. 3. Ciceronem patrem patriae pronunciat. Off. I. 22. Cn. Pompeio par iudicatur. Cael. 29. legem de vi tulit et quare? Div. IX. 15. eius constantia. Manil. 17. 20. Legi Maniliae resistit. Brut. 35. non fuit in oratorum numero, sed non defuit ei tamen in sententia dicenda quum prudentia tum elegans quoddam et eruditum orationis genus. Att. II. 24. fortunatus dicitur quum splendore vitae tum occasus tempore; mortuus A. U. 693. Afranio et Metello coss. Att. XIII. 12. 16. 19. loquens a Cicerone inducitur in libris Academicis.

CAUCASUS, Tusc. II. 10. mons Asiae, Iberiam et Albaniam a septentrione claudens.

CAUDIUM, Off. III. 30. oppidum Samnii, a quo furcae Caudinae, pax Caudina dicuntur. Item Caudinum proelium, Cat. 12.

C. CAUDINUS, Cluent. 38. Senator, cognomen familiae Corneliae.

L. CAULIUS MERGUS, Cluent. 38. Senator.

CAUNII, Q. Fr. I. 1. 11. cives Cauni, Div. II. 40. urbis Cariae maritimae, ubi et est Cauneus. Ficus Cauneae in magno pretio in Italia erant. vid. l. c. sunt enim Caricae optimae. Frustra Gron. ad h. l. malebat Cauniae, item Duk. et Drakenb. ad Liv. XXXIII. 20. nam utrumque rectum est ut Alexandria et Alexandrea; et e *Cauneas* melius intelligitur omen (*cave ne eas*) quam e *Caunias*. De urbe Cauno dignus est qui conferatur Cel. Wesseling. ad Hieroclis synecdemum p. 685. *Ern.*

CECROPS. Leg. II. 25. etc.

CELER, Att. X. 1. disertus magis, quam sapiens, amicus Attici, non Q. Metellus, Celer.

apud Graecos mentio; de utroque docte scripsit Meursius in libello de Ceramico Gemino, qui extat. Thes. Gronoviani. T. IV. *Ern.*

CERCOPS, N. D. I. 34. Pythagoreus, cui Pythagorei carmen Orphicum tribuebant. De hac re v. Clemens Alex. Strom. L. I. p. 333. et Suidas in Ὀρφεύς.

CERES, Her. IV. 32. pro ea metonymice dicuntur fruges.

CERIALIA festum, Att. II. 12.

P. CERVIUS, Verr. V. 44. legatus Verris.

CESENIUS LENTO, Phil. XII. 9. Septemvir.

C. CESTILIUS, P. Red. in Sen. 8. Trib. pl. P. Lentulo Spinthere Cos.

C. CESTIUS, v. Caestius.

C. CETHEGUS, Sull. 25. Metellum Pium vulnerat in Hispania, in Senat. p. Red. 4. est consobrinus L. Pisonis Caesonini. Catil. III. 3. 4. 5. 7. Sull. 25. 27. Catilinae socius in coniuratione. *Ibid.* 6. traditur in custodiam.

M. CORNELIUS CETHEGUS, M. F. de Senect. 14. Suadae medulla dictus est ab Ennio, etiam senex in dicendo studiosissime se exercet. Brut. 15. primus fuit, qui eloquens Romae fuit et habitus est. Belli Punici II. tempore vixit, P. Tuditani Coll. in Consulatu A. U. 549. *Ibid.* eius eloquentia ab Ennio versibus celebrata.

P. CETHEGUS, Praetor. A. U. 679. Brut. 48. remp. cognorat et tenebat, in senatu consularium auctoritatem assequebatur; in publicis causis parum valebat, in privatis veterator. Parad. 5. Ei homini non probatissimo homines amplissimi serviunt, munera mittunt etc. provinciarum eius auctoritate consequendarum causa. Respicit inprimis ad L. Lucullum. v. Plutarch. in Lucullo, p. 495. ed. Wechel. De eodem Cethego capio locum pro Cluent. c. 31. *Ern.*

CHAEREA, Rosc. com. 1. Vid. C. *Fannius* Chaerea.

CHAERESTRATUS. S. Rosc. 16. nomen Comicum.

CHAERIPPUS, Fam. XII. 22. 30. cum Cornificio in Africa fuit. Att. IV. 7. V. 4. Q. Fr. I. 1. 4. de cohorte praetoria Q. Ciceronis in Asia fuit. Scribitur etiam *Cherippus.* Illa tamen scriptura verior.

CHAERON, Att. VI. 2. Eum Dicaearchus in lib. περὶ τῆς εἰς Τρυφωνίου καταβάσεως loquentem inducit.

CHALCEDONIUS, a Chalcedone urbe Bithyniae. Orat. III. 32.

CHALCIDICUS EURIPUS, N. D. III. 10. fretum inter Euboeam et Graeciam continentem, quod nomen habet a Chalcide, Euboeae urbe septies die ac nocte reciprocans de vulgari fama. Plin. II. 97. Mela II. 7. ad q. l. vid. Vossium p. 510. 511. inp. Liv. XXVIII. 6. qui illius freti naturam breviter sed accurate describit.

CHAONIA, Att. VI. 3. regio Epiri.

CHARES, Her. IV. 6. Lyndo oriundus, statuarius, Lysippi discipulus, qui celebrem illum Solis colossum Rhodium, qui inter septem miracula numerabatur, fecit. Plin. XXXIV. 8. Iunius in Catalogo Pictorum etc.

CHARIDEMUS, Verr. I. 20. Chius ob fanum Sami a Verre spoliatum causam dicit apud Chios Samiis accusantibus.

CHARISIUS, Brut. 83. Orator Atticus, multas orationes aliis scripsit, Lysiam volebat imitari.

CHARMADAS, Acad. IV. 6. Carneadis auditor; Orat. I. 11. omnium in dicendo acerrimus et copiosissimus. *Ibid.* cum eo L Crassus Athenis legit Platonis Gorgiam. Orat. I. 18. disputat de arte oratoria. *Ibid.* I. 20. dicit Antonium sibi perfacilem in audiendo Crassum autem perpugnacem esse visum. Orat. II. 36. fuit divina memoria. *Ibid.* eum Antonius videt in Asia. Orat. 16. Carneades dicebat Clitomachum eadem dicere Charmadam vero etiam quodam modo dicere. *Vulgo legitur inepte* eodem modo.

CHARONDAS, Leg. I. 22. legislator Catanensium et aliorum Siculorum.

CHARYBDIS monstrum in freto Siculo. Verr. V. 56. cum ea Verres comparatur.

CHELIDON, Verr. I. 40. III. 34. meretrix Verris. *Ibid.* 52. V. 13. 15. isto praetore in iure civili omnium controversiis praefuit. Apud eam Iunii filii pupilli causa tractatur. Verr. II. 9. ex eius sinu Verres dicitur in provinciam profectus. *Ibid.* 16. nemo isto praetore, Chelidone invita, lege agere potuit. Verr.

II. 47. ab ea Verri venit hereditas, unde Verr. IV. 32. dicuntur Chelidonis hereditaria ornamenta.

CHELUS, N. D. II. 44. sidus.

CHERRONESUS, Brut. 2. est Thraciae Chersonesus, unde.

CHERRONENSES, Pison. 35.

CHERSONESUS, Taurica. Att. VI. 1.

CHILIUS, Att. I. 9. 12. poeta.

CHILO, Q. Fr. I. 2. vid. etiam Cilo.

CHIUS, insula Asiatica, ad oram occidentalem, in qua urbs cognominis; inde Verres per vim signa pulcherrima abstulit. Verr. I. 19. inde *Chii.* Hi Homerum suum vendicant Arch. 8.

CHLORUS, Verr. II. 8. vid. Sex. Pompeius Chlorus.

CHRESTUS, Div. II. 8. homo obscurus.

CHRITILIUS, Brut. 74. a C. Rufio accusatur.

CHRYSAS, Verr. IV. 44. fluvius Siciliae per Assorinorum et Agyrinorum agrum fluens. Eius, qui apud Assorinos deus habebatur fanum et simulacrum. *Ibid.*

CHRYSES, Orat. 46. Apollinis sacerdos ap. Homer. Iliad. , α.

CHRYSIPPUS, Orat I. 12. Solensis Cilix, acutissimus, sed in dicendo exilis et ieiunus. Acad, II. 23. Stoicus, de Fat. 7. discipulus Cleanthis, a quo dissentit. Fam. IX. 4. eius de possibilibus sententia. Acad. II. 24. contra sensus disputat, sed ea etiam dissolvit, 27. armat Carneadem, 29. quomodo Soritae occurrendum putarit; in eo ridetur a Carneade. Fin. I. 11. eius sedentis statua porrecta manu in Ceramico quid significet? III. 20. omnia hominum causa esse nata dixit, Tusc. I. 45. in omni memoria curiosus. N. D. I. 34. a Zenone Epicureo Chesippus dicitur. II. 64 porcis animam pro sale esse dicit. Div. I. 19. collegit innumerabilia oracula, nec ullum sine locuplete auctore, aut teste. II. 15. statuit ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quae toto confusa mundo sit. Fat. 4. eius laquei. *Ibid.* 10. omnes nervos contendit, ut persuadeat, omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum. Off. III. 10. eius scite dictum. N. D. I. 15. eius libri duo de natura Deorum, quales sint de Diis sententiae. Div. I. 3. totam de Divinatione duobus libris explicavit sententiam; uno praeterea de oraculis; uno de Somniis II. 65.

Fin. IV. 3. scripsit Rhetoricam, seu potius obmutescendi artem.

CHRYSIPPUS, Att. VII. 2. libertus Ciceronis literatus, discedit a filio Cicerone, in servitutem propterea retractus XI. 2.

CHRYSIS in Andria Terentii, Orat. II. 80.

CHRYSOGONUS, Verr. I. 36. servi nomen.

CHRYSOGONUS, s. L. Cornelius Chrysogonus libertus Sullae apud eum gratiosus, Rosc. Am. 2. in magnam partem bonorum Roscii Amerini invadit. *Ibid.* 9. legatis Amerinorum Roscii causa ad Sullam missis, ne eum adirent, persuasit. *Ibid.* 21. putat neminem Roscio patronum futurum. *Ibid.* 49. ei resistere est nobilitati favere. *Ibid.* 50. atrox eius iniuria in Roscium cum indignatione deploratur.

CIBYRA, in Verr. IV. 13. oppidum, quod ab aliis ad Pisidiam, ab aliis ad Phrygiam refertur; quia est fere in confiniis. Hinc

CIBYRATAE, Verr. IV. 13. 23. Att. V. 2. qui venatus studiosi et periti erant, pantherasque capiebant, unde Cibyratae pantherae, item

CYBIRATICUS, Att. V. 21. Verr. IV. 21. Cibyratici canes (*Spürhunde*) dicuntur illi Cibyratae fratres Tlepolemus, et Hiero, quorum opera et consilio Verres in furtis et praedis utebatur.

CN. CICERO, Att. I. 16. ita appellabat plebs aliquando, Cn. Pompeium, quod nimis Ciceronem diligeret.

L. CICERO, Orat. II. 1. M. Ciceronis patruus. Eius filius L. Cicero est qui sequitur.

L. CICERO L. F. Att. I. 5. patruelis Ciceronis. Eum appellat fratrem, sc. patruelem: item Fin. V. 1. Moritur A. 685. Att. I. 5.

M. T. CICERO M. F. M. N. Brut. 43. natus A. U. C. 647. Q. Servilio Caepione C. Atilio Serrano coss. Att. VII. 5. XIII. 41. a. d. III. Nonas Ianuarias in villa Arpinati, patris studio latius aedificata; vivente etiam avo eius Marco. Leg. II. 1. Itaque duas *Ibid.* I. 2. dicit se habere patrias unam naturae (Arpinum) alteram civitatis (Romanae) sive alteram loci, alteram iuris. Hinc igitur ortus stirpe antiquissima, loco equestri. familia autem plebeia, quae in tribu Cornelia censebatur. Brut. 16. ubi memorat saepe in laudationibus mortuorum scripta esse, quae facta non essent, *genera*

etiam falsa et a plebe transitiones quum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus, ut si ego me a M' Tullio esse dicerem qui patricius cum Servio Sulpicio consule anno X. post exactos reges fuit.

A. U. 662. aetatis XVI. Cicero sumpta virili toga in forum venit. Brut. 88. eum cupidissimum audiendi oratores primus dolor percussit, Cotta quum est expulsus. Reliquos frequentes audiens acerrimo studio tenebatur, quotidieque et scribens et legens et commentans oratoriis tantum exercitationibus contentus non erat.

A. U. 664. aet. XVIII. iuris civilis studio multum operae dedit Q. Scaevolae Q. F. auguri. Brut. 89. ad quem a patre ita erat deductus, ut quoad posset et liceret ab eius senis latere numquam discederet. Eum Phil. VIII. 10. vidit bello Marsico quum esset summa senectute et perdita valitudine, facere omnibus sui conveniendi potestatem.

A. U. 665. aet. XIX. Brut. 89. quum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus domo profugisset, Romamque venisset, Cicero totum se ei tradidit admirabili quodam philosophiae studio concitatus.

A. U. 666. aet. XX. Cicero Moloni Rhodio Romae operam dat et actori summo causarum et magistro, Brut. 89.

A. U. 667. aet. XXI. Hoc fere tempore Cicero scripsit libros Rhetoricos e quibus supersunt libri de Inventione. Eos ait Orat. I. 2. puero aut adolescentulo sibi ex commentariolis suis inchoatos ac rudes excidisse. Per hoc triennium A. U. 667 — 669. quibus Sulla absens bellum Mithridaticum gessit, Marii autem et Cinnae factione civitas erat oppressa Cicero noctes et dies Brut. 90. in omnium doctrinarum meditatione versabatur. Erat cum Diodoto Stoico a quo quum in aliis rebus tum studiosissime in dialectica exercebatur. Huic doctori et eius artibus variis atque multis ita erat tamen deditus, ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. Commentabatur declamitans Latine sed Graece saepius, vel quod Graeca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter Latine dicendi afferebat, vel quod Graecis summis doctoribus nisi Graece diceret neque corrigi posset, nec doceri.

Quare etiam (ap. Suet. de cl. rhet.) in ep. ad Titinnium scripsit se memoria tenere se puero primum Latine docere coepisse L. Plautium quendam, ad quem quum fieret concursus, doluisse sibi idem non licere; sed continebar, inquit, doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse. Hoc fere tempore Cicero Arati Phaenomena et Xenophontis oeconomicum latine vertit.

A. U. 672. aet. XXVI. recuperata per Sullam re publica Cicero primum ad causas et privatas et publicas adire coepit. Brut. 90. et hoc anno causam privatam *pro Quintio* apud Aquillium Gallum iudicem dixit.

A. U. 673. aet. XXVII. Cicero *Sex. Roscium* Amerinum filium parricidii reum defendit. Haec prima causa publica tantum commendationis habuit Brut. 90. ut non ulla esset, quae non digna eius patrocinio videretur. Deinceps multae, quas non minus diligenter elaboratas et tamquam elucubratas afferebat. De hac oratione Cicero Off. II. 14. *Maxime*, inquit, *et gloria paritur et gratia defensionibus, eoque maior, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus, circumveniri, urgerique videatur. Ut nos et saepe alias et adolescentes contra L. Sullae dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus, quae, ut scis, exstat oratio.*

A. U. 674. aet. XXVIII. Cicero Arretinae mulieris libertatem contra Cottam defendit Caecin. c. 33. Tum quum eo tempore in eo esset summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum, qui habitus et quae figura non procul abesse putabatur a vitae periculo, accederet etiam hoc quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis et totius corporis contentione dicebat, suadentibus amicis et medicis ut causas agere desisteret, ipse potius quum censeret remissione et moderatione vocis, et commutato genere dicendi se et periculum vitare posse et temperatius dicere, consilium cepit in Asiam proficiscendi. Itaque quum iam biennium esset versatus in causis nomenque eius in foro celebratum esset, Roma est profectus. Quum venisset Athenas sex menses cum Antiocho Ascalonita, Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho studium philosophiae renovavit. Eodem tempore Athenis apud Demetrium Syrum, veterem et

non ignobilem discendi magistrum studiose exerceri solebat. Tum peragravit Asiam, et usus est summis rhetoribus Menippo Stratonicensi, Dionysio Magnete, Aeschylo Cnidio, Adramyteno Xenocle. Rhodum quum venisset, applicavit se ad eundem Molonem quem Romae audicerat. Is dedit operam ut eum nimis redundantem reprimeret et quasi coërceret. Brut. 91. Ibi etiam Posidonium philosophum audivit teste Plutarcho, quem ideo familiarem suum Fin. I. 2. et magistrum suum Fat. 3. vocat. cf. de Nat. deor. I. 3. Biennio post

A. U. C. 676. recepit se Romam non modo exercitatior sed prope mutatus Nam et contentio nimia vocis reciderat, et quasi deferverat oratio, lateribusque vires, et corpori mediocris habitus accesserat.

A. U. 677. aet. 31. quaesturam petiit, multasque causas nobiles egit; in his orationem habuit pro *Q. Roscio Comoedo.*

A. U. 678. aet. 32. quaesturam gessit in Sicilia, praetore Sex. Peducaeo; et quidem quum duo in Sicilia quaestores essent alter Syracusanus, alter Lilybaetanus, Cicero Libybaetanus fuit, quum Syracusanus esset L. Volteius Strabo. De hac quaestura Siciliensi Cicero ipse Verr. V. sic gloriatur: *Sic obtinui quaesturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum coniectos arbitrarer; ut me quaesturamque meam, quasi in aliquo orbis terrae theatro versari existimarem; ut omnia semper quae iucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturae ac necessitati denegarem.* Item in Orat. pro Plancio c. 26. *Non vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quaesturam aut gratiorem aut clariorem fuisse. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram; negotiatoribus comis, mercatoribus iustis, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. Excogitati quidam erant a Siculis honores inauditi.*

A. U. 679. Cicero e provincia Sicilia decessit. Et quidem ut ipse dicit orat. pro Plancio c. 26. hac spe decedebat, ut sibi populum Romanum ultro omnia delaturum putaret, *at*, inquit, *quum casu diebus iis itineris faciendi causa decedens e provincia Puteolos forte venissem, quum plurimi et lautissimi solent esse in iis locis, concidi paene quum ex me quidam quaesisset, quo*

die Roma exissem, et numquid in ea esset novi. Cui quum respondissem me e provincia decedere: Etiam, me hercules, inquit, *ut opinor, ex Africa. Huic ego stomachans fastidiose: Immo ex Sicilia, inquam. Tum quidam quasi qui omnia sciret, quid? tu nescis, inquit, hunc Syracusis quaestorem fuisse? Quid multa, destiti stomachari et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent.* Sed eam rem ait sibi plus profuisse, quam si sibi tum essent omnes congratulati. Fecit enim ut postea Romae omnes eum praesentem viderent; habitavit in oculis, pressit forum, neminem a congressu suo neque ianitor neque somnus absterruit. Itaque proximis annis complures causas egit, orationesque conscripsit, quas inter sunt orationes pro M. Tullio et L. Vareno quorum fragmenta quaedam exstant.

A. U. 683. aetatis XXXVI. aedilitatem petens Cicero prior designatus est cunctis suffragiis Orat. in Pison. 1. Hoc anno C. Verres a Siculis qui praetor in ea provincia esset libidinose, avare crudeliterque versatus repetundarum postulatus est; eaque accusatio ad Ciceronem delata Quum autem Q. Caecilius Niger, Siculus, qui quaestor Verris fuerat, se potius accusatorem constitui oportere contenderet, Cicero eum oratione, quae *divinatio in Q. Caecilium* dicitur vicit. Tum quum sibi inquirendi causa C et X dies in Siciliam postulasset, Verr. I. 11. et una cum L. Cicerone fratre patruele totam provinciam colligendis literis in Verrem et denuntiandis testimoniis peragrasset, Romam reversus, quum videret id agi ut Siculorum causa, a M' Acilio Glabrione, qui h. a. praetor erat, et quaesitor de repetundis, ceterisque qui tum erant iudicibus, in annum proximum differretur, ubi alius praetor, alii iudices, consulesque futuri essent Hortensius et Metellus, qui Verri favebant, hanc rationem iniit, ut perpetua oratione praetermissa Verrem tabulis, testibus, privatis publicisque literis auctoritatibusque accusaret, singulaque crimina testes interrogando argumentis et brevi oratione firmaret. Qua ratione Verres, quum Hortensius ipse nihil quod contra diceret inveniret, ita convictus est, ut ipse sua sponte in exsilium abiret. Haec dicitur prima actio in Verrem cuius prooemium habemus. Secundae actionis, numquam habitae, quasi Verres post primum actionem iterum defensus esset, libros quinque Cicero conscripsit, ut primo eius quaesturam,

legationem et quaestoriam in Asia procurationem, (quum Malleolo quaestore Dolabellae occiso ab eo proquaestore iussus esset esse) denique praeturam urbanam exagitaret; secundo iurisdictionem Verris Siciliensem, tertio eius furta in omni frumenti genere, quarto furta in signis et reliquis ornamentis Siciliae publicis privatis sacris, profanis exponeret; quinto denique de bello fugitivorum e belli cum Spartaco gesti reliquiis nato, de maritimo bello contra praedones et piratas gesto, denique de atroci Verris in Siculos crudelitate iniustisque suppliciis in cives Romanos statutis ageret.

A. U. 684. aet. XXXVIII. Cicero aedilitate functus trinos ludos fecit. Verr. V. 14. Muren. 19. Exiguum vero aedilitatis sumptum fuisse, pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adeptus esset, ipse testatur. Off. II. 17. Huic anno etiam assignanda videtur oratio pro *Fonteio* et pro *A. Caecina*.

A. U. 685. mortuus est L. Cicero M. T. Ciceronis frater patruelis, cuius mortem deplorat ep. ad Att. I. 5.

A. U. 686. aet. XL. Cicero praeturam petiit, et praetor primus centuriis cunctis renuntiatus est; et quidem ter, propter dilationem comitiorum. Manil. 1. De his praetoriis comitiis agitur Att. I. 8. 9.

A. U. 687. aet. XLI. Cicero praeturam gessit, et quaestioni de pecuniis repetundis praefuit. Rab. Post. 4. Cluent. 2. Apud eum C. Licinius Macer accusatus et damnatus est. Att. I. 3. Eodem anno C. Manilius trib. pl. legem promulgavit, ut Pompeio qui tum in Cilicia belli maritimi reliquias persequebatur bellum Mithridaticum committeretur. Eam legem Cicero praetor suasit oratione pro *lege Manilia*. Eodem anno *A. Cluentium Avitum* defendit apud collegam in praetura Q. Voconium Nasonem; oratione quae exstat. Huic anno etiam Sigonius assignat orationes pro M. Fundanio et Q Gallio. Sed hanc pro Gallio orationem ad annum potius 689. referendam esse Fabricius docuit.

A. U. 688. aet. XLII. Cicero C. Cornelium maiestatis reum duabus orationibus defendit, quorum fragmenta quaedam servavit Asconius. Hoc anno Cicero se accingebat ad consulatum anno sequenti petendum. Att. I. 1. et Catilinam competitorem suum defendere cogitabat Att. I. 2.

A. U. 689. aet. XLIII. Cicero Consulatum petivit; qua in petitione competitores habuit P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam, C. Antonium, L. Cassium Longinum, Q. Cornificium, et C. Licinium Sacerdotem. Q. Cic. de petit. cons. 2. it. Cicero pro Murena c. 8. Et quum propter licentiam ambitus inprimis Catilinae et Antonii audacia ferventis senatus legem ad eum maiore poena coercendum ferendam esse censuisset, eique Q. Mucius Orestinus trib. pl. intercessisset, Cicero in senatu graviter in coitionem Antonii et Catilinae invectus est, habita oratione in toga candida, cuius fragmenta exstant. In comitiis Ciceronem ut ipse ait in orat. in Pisonem c. 1. cuncta Italia omnes ordines, universa civitas non prius tabella quam voce priorem consulem declaravit. Qua de re copiose dicit. Orat Agrar. II. c. 1 2. Hoc anno Cicero Q. Gallium ambitus reum defendit.

A. U. 690. aet. XLIV. Cicero consulatum gessit cum C. Antonio. Accepit ut ipse dicit Agrar. II. 3. rem publicam plenam sollicitudinis, plenam timoris, in qua nihil erat mali, nihil adversi quod non boni metuerent, improbi exspectarent. Omnia turbulenta consilia contra hunc rei publicae statum et populi otium partim iniri partim eo consule designato inita esse dicebantur. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum; novae dominationes, extraordinaria non imperia sed regna quaeri putabantur. In illo summo timore ac periculo Antonius eius collega numquam neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere aut dissimulando sedare voluit. Sext. 3. Itaque Cicero eum indulgentia quadam usus ita sustinuit ac moderatus est, ne quid auderet in rem publicam ipse moliri. Iam anno superiore A. U. C. 689. P. Servilius Rullus trib. plebis quum IV. Id. Dec. magistratum iniisset, promulgaverat legem agrariam, ut tribunus plebis qui eam legem tulerit per XVII. tribus decemviros crearet agris dividundis quibus in comitiis curiatis tribueretur imperium militare; ut liceret eis vendere omnia de quibus vendendis SCta facta sint M. Tullio Decula Cn. Cornelio Dolabella coss. (A. U. C. 672.) quique agri, quae loca, quae aedificia aliudve quid extra Italiam, quod publicum populi Romani fa-

ctum sit A. U. C. 665. aut postea; ut liceret eis vectigalia in lege nominata omnesque agros publicos extra Italiam vendere, aut iis vectigal imponere, cum hac tamen exceptione ne vectigal imponeretur agro in Sicilia Recentorico, neve ii agri venderentur, de quibus foedere cautum esset, et ut cognitio decemvirum sit, qui publici, qui privati; ut quam pecuniam decemviri coëgissent ea pecunia agros quo plebes deduceretur, ab iis qui vendere vellent, emerent, ab invitis nihil tangerent; eos autem agros in Italia emerent, qui arari et coli possent; et ut quae in municipia, quosque in colonias vellent, colonos quos vellent, deducerent, iisque agros assignarent, quibus in locis vellent, et ut Capuam in coloniam deducerent quinque colonorum millia iisque et agrum Campanum et Stellatem agrum dividerent etc. Hanc Rulli legem agrariam Cicero consul primum in Senatu dissuasit Kalendis Ianuariis, deinde aliquot diebus post in oratione pro Rostris ad Quirites habita demonstravit, nihil aliud hac lege agraria agitari et agi, nisi ut decem reges aerarii, vectigalium, provinciarum omnium totius rei publicae, regnorum, liberorum populorum orbis denique terrarum domini constituerentur legis agrariae simulatione atque nomine. In tertia oratione item ad populum habita Cicero breviter calumniam refutat, qua tribuni plebis animos auresque populi compleverant, quum dicerent Ciceronem gratificantem Sullanarum assignationum possessoribus agrariae legi et commodis plebis obsistere. Ita Cicero perfecit, ut lex agraria a Rullo promulgata perferri non posset, quippe quum Cicero L. Caecilio ut huic legi intercederet, persuasisset. Orat pro Sulla c. 23.

Paullo post quum L. Roscius Otho trib. pl. A. U. 686. legem tulisset, qua sancitum est, ne quis in quatuordecim gradibus orchestrae in qua senatores sedebant proximis, sederet, nisi qui eques et equestri censu esset, et Cicerone consule plebs Roscium in theatro sibilis insectata esset, Cicero eam in aedem Bellonae evocatam mitigavit, effecitque ut plebs notatam se discrimine sedis aequo animo ferret. Haec est oratio consularis de Othone a Cicerone ad Att. XII. 37. memorata, quae praeter pauca quaedam fragmenta intercidit. Deinde habuit illam, quae exstat, sed mutilata, orationem pro C. Rabirio perduellionis reo; Pison. c. 2. qua de causa

vid. C. RABIRIUS. Tum quum olim Sulla dictator proscriptorum filios lege lata petendorum honorum iure lege lata privasset, hique petiissent, ut lege illa Cornelia abrogata capessendorum honorum sibi potestas fieret, Cicero oratione habita ut ait in orat. in Pisonem c. 2. adolescentes bonos et fortes, sed usus ea conditione fortunae, ut si essent magistratus adepti rei publicae statum convulsuri viderentur, suis inimicitiis, nulla senatus mala gratia comitiorum ratione privavit. Haec oratio non magis exstat, quam illa qua provinciam in concione deposuit. Quum enim senatus consulibus lege Sempronia provincia, decrevisset Macedoniam et Galliam Cisalpinam, et illam quidem Cicero, hanc Antonius sortitus esset, Cicero Antonio Macedoniam concessit, ipse Galliam accepit, sed hanc ipsam in concione deposuit. Qua de re in orat. in Pisonem c. 2. *Ego* inquit, *provinciam Galliam senatus auctoritate exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio commutavi, quod ita existimabam tempora rei publ. ferre in concione deposui, reclamante populo Romano.* Tum quum L. Sergius Catilina, ut in proximum annum consul designaretur, multa moliretur, nihilque intentatum relinqueret Cicero ex SCto legem tulit ad populum, ut ad poenam ambitus crimini constitutam decem annorum exsilium adderetur; simul hac lege vetitum est biennio, quo quis petat, petiturusve sit gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die orat. in Vatin. c. 15. Tum quum comitia consularia indicta essent in ante diem XII. Kal. Nov. Cicero pridie de coniuratione Catilinae ad senatum retulit. Factum est SCtum: viderent consules ne quid res publica detrimenti caperet. Comitiis consularibus Catilina iterum repulsam tulit, consulibus creatis D. Iunio Silano et L. Licinio Murena. Catilina coniuratos noctu in M. Leccae domo adesse iussit; ibi distribuit partes Italiae; statuit quo quemque proficisci placeret; delegit quos Romae relinqueret, quos secum educeret, descripsit urbis partes ad incendia; confirmavit se ipsum iam esse exiturum; dixit paullulum sibi esse etiam tum morae quod Cicero viveret. Reperti sunt duo equites Romani, qui sese illa ipsa nocte paullo ante lucem Ciceronem in suo lectulo interfecturos pollicerentur. Cicero per Fulviam de eo consilio certior factus, domum suam maioribus praesidiis firmavit, exclusit eos, quos Catilina ad

eum

eum mare salutatum miserat. Catil. I. 4. A. d. VI. Idus Novembr. senatu in aedem Iovis Statoris convocato, quum eodem Catilina quoque venisset, Cicero habuit *primam* quae exstat *orationem, in Catilinam,* qua omnia eius consilia sibi cognita esse ostendit, eumque ex urbe exire suosque omnes, aut certe quam plurimos educere iussit. Itaque Catilina cum trecentis armatis proxima nocte in Manliana castra profectus est Postridie Cicero *secundam* habuit orationem *in Catilinam,* ad Quirites, qua eum urbe excessisse nuntiat, populoque gratulatur eum ex occultis insidiis in apertum latrocinium esse coniectum. Paullo post Senatus Catilinam et Manlium hostes iudicavit, decrevitque ut consules delectum haberent, Cicero urbi praeesset, Antonius exercitu Catilinam persequeretur. Interim quum Murena cos. designatus a Ser. Sulpicio, M. Catone et Cn. Postumio de ambitu accusatus esset, defenderunt eum Q. Hortensius, M Crassus, et Cicero consul oratione *pro Murena,* quae exstat. Paullo post quum Cicero comperisset P. Lentulum Suram legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa sollicitasse, eosque in Galliam ad suos cives, eodemque itinere cum literis mandatisque ad Catilinam esse missos, itemque iis adiunctum esse Vulturcium atque huic datas esse ad Catilinam literas, Cicero L. Valerio Flacco et C. Pomptinio praetoribus imperavit, ut legatos Allobrogum ad pontem Mulvium comprehenderent. Itaque a. d. IV. Non. Decembr. tertia fere vigilia exacta, quum iam pontem legati Allobrogum ingredi inciperent, unaque Vulturcius, fit in eos impetus, literae quaecumque erant in illo comitatu, integris signis, praetoribus traduntur, ipsi deprehensi ad consulem deducuntur. Ita patefacta horum indiciis coniuratione, eius principes Cicero ad se venire iussit, senatum in aedem Concordiae vocavit; rem omnem introductis indicibus exposuit, senatumque consuluit, de summa re publica quid fieri placeret. Tum ex SCto Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius et Caeparius in custodiam traditi, Ciceronis autem nomine supplicatio diis decreta est, quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberasset. Quas res ita gestas sub noctem Cicero populo in concione exposuit, oratione *tertia Catilinaria.*

Nonis Decembr. quum Cicero intelligeret paratos esse qui Lentulum et Cethegum e custodia eriperent, ad senatum convocatum de ea re retulit, consuluitque, quid de iis fieri placeret qui in custodiam traditi erant. Quum duae essent sententiae, una D. Silani cos. des. qui censuit eos morte multandos esse, altera C. Iulii Caesaris, qui eos publicatis bonis in vinculis habendos esse censuit, Cicero surrexit et de utraque sententia quid sibi videretur exposuit, oratione quae quarta numeratur in Catilinam. Ac vicisset profecto Caesaris sententia, nisi M. Porcius Cato vehementi oratione in coniuratos habita extremo eos supplicio dignos esse senatui persuasisset. Facto igitur in eius sententiam SCto supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Caepario in carcere sumptum est. Hae sunt Nonae illae Decembres, toties a Cicerone celebratae; ut Fam. Epp. I. 9. ad Att. I. 10. 16. Pridie Kal. Ian. Q. Metellus Nepos novus trib. pl. Ciceronem in concione dicere prohibuit quae constituerat, eique tantum ut iuraret permisit. Itaque Cicero sine ulla dubitatione iuravit, rem publicam atque urbem sua unius opera esse salvam. Tumque populus Romanus universus hoc eius iusiurandum iuratus ipse una voce et consensu approbavit, talisque eius domum fuit e foro reditus, ut nemo nisi qui cum eo esset, civium esse in numero videretur. Cf. orat. in Pisonem c. 3. ubi simul hoc de se profitetur, consulatum a se ita esse peractum, ut nihil sine consilio senatus, nihil non approbante populo Romano egerit, ut semper in Rostris curiam, in senatu populum defenderit; ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxerit.

A. U. C. 691. Kal. Ian. Cicero cum Metello, trib. pl. qui iam ante dixerat in concione ei qui in alios animadvertisset indicta causa dicendi ipsi potestatem fieri non oportere, sic de re publica disputavit, ut sentiret sibi cum viro forti et constanti esse pugnandum. A. d. III. nonas Ianuarias Metellus in concione tertio quoque verbo Ciceronem appellavit. Fam. V. 2. Ei Cicero opposuit *orationem Metellinam* s. orationem contra Metelli *concionem*, quae aetatem non tulit. Quibus de rebus quum Q. Metellus Q. F. Celer procos. literis ad Ciceronem scriptis questus esset, fratrem suum trib. pl. ob dictum capite et fortunis ab eo oppugnari. Fam. V. 1. respondit ei Cicero, docuitque se fratrem

eius non oppugnasse, sed ab ipso oppugnatum ei repugnasse. Ceterum hoc anno C. Antonius, quum Catilina ab eius legato M. Petreio praelio victus esset, imperator salutatus, profectus est in Macedoniam provinciam, cui per triennium praefuit. Et quum Pompeius Magnus literis publice ad senatum missis de rebus in bello Mithridatico gestis retulisset, Cicero ei gratulatus est Fam. V. 7. simul autem significavit, se ob res a se in consulatu gestas, aliquam in eius literis gratulationem exspectasse; quam ab eo praetermissam esse arbitratur quod Pompeius vereretur ne cuius animum offenderet, (ut Crassi aut Caesaris). Itaque eum scire vult, quae pro salute patriae gesserit orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari. Extremo hoc anno P. Clodius Appii fil. cum veste muliebri deprehensus est domi C. Caesaris (h. a. praetoris et pontificis Max.) quum pro populo fieret, et per manus servulae servatus est et eductus; quam rem esse insigni infamia Cic. scribit ad Atticum I. 12.

A. U. C. 692. aet. Cic. XLVI. P. Clodii facinus mentione eius in senatu a Q. Cornificio facta, quum res e SCto ad Pontifices delata esset, a Pontificibus nefas esse decernitur. Caesar uxori nuntium remittit. Clodius incesti crimine accusatur a Lentulo Cic. Harusp. cap. 17. vel ut Valerius IV. 2. tradit a tribus Lentulis. Vid. ad Att. I. 13. In ea causa Cicero qui initio Lycurgus fuisset, quotidie ait se mitigari; ibid. postea vero quum Clodius nomine suo in concionibus ad invidiam uteretur, vehementius invectus, Att. I. 16 contraxit tamen vela, quum videret inopiam iudicum, nihilque aliud pro testimonio dixit, quam quod erat ita notum atque testatum, ut non posset praeterire. Nimirum quum Clodius iudicibus se probaturum affirmasset, quo die in sacris Bonae deae deprehensus diceretur, eo die Interamnae apud C. Cassinium Scholam fuisse, Cicero contra testatus est, eo ipso die se Clodium domi convenisse et allocutum esse. Clodio tamen ob iudicum egestatem ac turpitudinem absoluto, eius absolutionis causas Cicero narrat Att. I. 16. quae postea egerit ad minuendum rei publ. detrimentum ex nefario hoc iudicio metuendum exponit *ibid.* Frangit Clodium in senatu tum oratione perpetua tum altercatione *ibid.* a Pompeio valde diligi videtur *ibid.* concordiam equitum

cum senatu conservare cupiens illorum iniqua postulata defendit. Att. I. 17.

A. U. 693. Utitur Pompeio familiarissime *ibid.* queritur post Clodium absolutum eum esse rei publ. statum, ut res Romanae stare diutius non possint. Att. I. 18. putat sibi maiores opes, et firmiora praesidia esse quaerenda, ideoque Pompeium ad se in Senatu laudandum adducit, cum eoque magna se familiaritate coniungit, neque tamen nimium novae amicitiae confidit. Att. I. 19. odia libidinosae iuventutis in se concitatae mitigat, *ibid.* neminem, habere queritur, qui viam optimatium post Q. Catuli mortem secum teneat. Att. I. 20. cupit Pompeium et Caesarem de levitate populari abducere Att II. 1. dubitat quam rationem in causa legis agrariae quam Caesar ferre volebat, sequatur. Att. II. 3. improbat largitionem agrariam, et Caesaris et Pompeii coniunctionem. Att. II. 4. 6. scribit ad fratrem, quum ei provincia Asia in tertium annum prorogat esset. Q. Fr. I. 1.

A. U. C. 694. scribit de Clodii, qui iam ad plebem transierat rationibus suisque consiliis, magis ad otium, quam ad rem publ. gerendam spectantibus. Att. II. 7. quum Pompeius hac conditione Clodii transitionem ad plebem adiuvisset, ne quid moliretur ad Ciceronem vexandum, Cicero scribit si ea quae de se pacta sint a Clodio non serventur, se in caelo esse, ut sciat Hierosolymarius i. e. Pompeius traductor ad plebem, quam bonam suis putissimis orationibus gratiam retulerit; quarum se divinam ait meditari παλινῳδίαν. Att. II. 9. quae de tribunatu plebis, quem Clodius petiturus erat, cogitet exponit Att. II. 15. item de lege agraria a Caesare promulgata et de Pompeii in ea probanda consilio. Att. II. 16. Pompeium ait tyrannidem affectare. Att. II. 17. desperatum rei publ. statum dolet. Att II. 18. a Caesare se liberaliter invitari scribit, ut sibi sit legatus; etiam liberam legationem voti causa dari, quam tamen adversus Clodii impudentiam praesidii satis non habere putat. Itaque illam quidem se tenere ait, sed usurum haud putare. *Ibid.* Sperat se Clodii minas vel subire cum dignitate, vel declinare sine molestia posse. Att. II. 19. Cosconio mortuo, qui erat inter XX viros agro Campano dividundo, invitatur in eius locum; id ut turpe repudiat. *Ibid.* scribit a Pompeio se amari, Clodium sibi periculum denuntiare;

Pompeium affirmare, se prius occisum iri ab eo, quam Ciceronem violatum iri. Att. II. 20. scribit de perdito rei publ. statu, et maiore quod immineat periculo, de mala Pompeii existimatione et Bibuli consulis gloria, de suis ex Clodii inimicitia periculis. Att. II. 21. amat Pompeium, etsi propter Clodianum negotium nemo putat eum illi amicum esse debere. *Ibid.* Pompeius etsi confirmat Clodium nihil contra Ciceronem facturum, hic tamen ad resistendum se parat. *Ibid.* scribit se publicis consiliis nullis interesse, sed causis forensibus operam dare. Att. II. 22. 23. quum Clodius in dies maiores terrores denuntiaret, Atticum saepius rogat Cicero, ut Romam advolet, *ibid.* et II. 24. 25. Interea Cicero bis defendit A. Thermum Flacc. item L. Valerium Flaccum, qui ex praetura Cicerone consule gesta Asiam provinciam obtinuerat a D. Laelio repetundarum accusatum, una cum Hortensio defendit oratione quae exstat, cf. ad Att. II. 25.

A. U. 695. aet. Cic. XLIX. L. Calpurnio Pisone Caesonino, A. Gabinio coss. Clodius tribunus plebis factus praeter alias leges populares et perniciosas hanc quoque tulit, ut qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur, qua lege etsi non nominabatur Cicero tamen solus petebatur. Cicero igitur tanquam reus vestitum mutat, sordidatus incedit, populoque supplex fit, cuius rei eum sero poenitet. Simul tamen cum eo equestris ordo, senatusque frequens vestem pro Ciceronis salute mutandam censuit. Sext. 12. Immo quum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam omnes Ciceronemque omni ratione defendendum putarunt. Sext. *ibid.* Consules interim edixerunt ut senatus ad vestitum rediret. Sext. *ibid.* Pis. 15. Itaque Cicero a consulibus et ab ipso Cn. Pompeio desertus et proditus maluit urbe cedere, quam bonorum vitam servis armatis obiicere. Sext. *ib.* Pis. 14. venit igitur Vibonem Atticumque ut eo veniat rogat Att. III. 3. Thurium venit *ibid.* III. 5. Tarentinum Att. III. 6. Brundisii XIII. dies moratur. Fam. XIV. 4. Thessalonicam venit. Att. III. 8. incredibili maerore afflictus et confectus est *ibid.* de morte voluntaria cogitat. Att. III. 9. Q. Fr. I. 3. metuit ne sibi noceat oratio in Curionem prolata. Att. III. 12. rogat Atticum ut sibi ex agro suo tantum assignet, quantum suo cor-

pore occupari possit. Att. III. 19. Thessalonicae *Plancius* eum per septem menses retinet omnibus officiis Att. III. 22. fratris e provincia decedentis videndi occasionem vitat. Att. III. 9. Q. Fr. I. 3. ei gratias agit, suamque uxorem et liberos commendat, *ibid.* scribit ad Atticum, se quod amici velint bene de fortuna sua speraturum, suam tamen calamitatem ita magnam esse, ut ab Attico potius relevandus, quam ob animi infirmitatem, obiurgandus sit. Att. III. 10. 11. dolet suam in Curionem orationem iniquo tempore prolatam. Att. III. 12. 15. negat se, quod Atticus audierat, mentis errore ex dolore affici. Kal. Iun. Senatus de Cicerone revocando decernit referente L. Ninnio trib. pl. Intercessit autem Aelius Ligus trib. pl. Sext. 32. Att. III. 13. spem salutis ex tribunorum in annum proximum designatorum favore concipit. Q. Fr. I. 4. scribit si Atticus aut alius quis fuisset, qui se Pompeii minus liberali consilio perterritum a turpissimo consilio ex urbe discedendi revocaret, futurum fuisse, ut aut occumberet honeste, aut victor hodie viveret. Att. III. 15. Thessalonica Dyrrhachium proficiscitur. Att. III. 22. Fam. XIV. 1. in lege salutis suae causa ab octo tribunis plebis promulgata quid desideret, Attico exponit. Att. III. 23. scribit sibi non placere amicorum consensu provincias consulum designatorum ornatas esse, quod vereatur ne ea res novorum tribunorum plebis animos a se alienet. Att. III. 24. SCto de lege Ciceronis restituendi causa ferenda facto, scribit se legis lationem exspectaturum, si quis autem tribunus plebis intercesserit, auctoritate senatus usurum, et vel cum vitae periculo in patriam rediturum, Att. III. 26.

A. U. 696. P. Cornelio Lentulo Spinthere et Q. Caecilio Metello Coss. Cicero primum Metello, qui deposita simultate Lentulum in eo restituendo adiuverat, gratias agit, eumque ut opem sibi ferre pergat rogat. Fam. V. 4. Kalendis Ianuariis quum de Cicerone consul Lentulus ad senatum retulisset, princeps sententiam rogatus L. Cotta dixit, nihil de Cicerone actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus; quare eum, qui nulla lege abesset, non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere, Sext. 34. Sed post eum Cn. Pompeius dixit, sese otii Ciceronis causa ut omni populari concitatione defungeretur, censere ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga

eum adiungeretur. *Ibid.* Interim senatus auctoritas quum esset omni mora ludificatione, calumnia impedita, venit tandem concilii de Cicerone agendi dies VIII. Kal. Febr. Hoc autem die Clodius cum suis assedlis caede in foro maxima facta, multisque vulneratis comitia turbavit, reditumque Ciceronis flumine sanguinis intercludendum putavit. Sext. 35. Tandem facto SCto, ut Ciceronis causa cuncti qui rem publ. salvam vellent ex Italia convocarentur compluribusque Lentuli cos. et Pompeii concionibus de eius salute habitis Lentulus consul senatum in Capitolium convocavit; ibique in templo Iovis senatus consultum de Cicerone revocando factum est, in Pompeii sententiam, (qui de scripto dicta sententia Ciceroni testimonium conservatae patriae dederat) Sext. 61. idque SCtum in theatro quum eo consul et senatores ad ludos spectandos convenissent, incredibili clamore et plausu comprobatum est. Postero die in curia decretum est ne quis ad impedienda comitia de caelo servaret, ne quis moram ullam afferret, si quis aliter fecisset, eum plane eversorem rei publicae fore; idque senatum gravissime laturum, et ut statim de eius facto referretur; hoc quoque additum, si diebus quinque quibus agi de Cicerone potuisset non esset actum, rediret in patriam dignitate omni recuperata. Simul decrevit senatus, ut iis qui ex tota Italia salutis Ciceronis causa convenerant, agerentur gratiae, atque ut iidem ad res redeuntes ut venirent rogarentur. Sext. 62. Pison. 22. Pridie Non. Sextil. lex de revocando Cicerone comitiis centuriatis ad populum lata est, et summo omnium centuriarum consensu accepta. Pison. *ibib.* Att. IV. 1. Eadem die Cicero Dyrrhachio profectus Nonis Sext. Brundisium venit, ibique Tullia ei praesto fuit, natali suo die. *Ibid.* Inde a Brundisinis honestissime ornatus iter ita fecit, ut undique ad eum cum congratulatione legati venerint. *Ibid.* Pison. 22. Ad urbem prid. Non. Sept. ita venit, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui ei obviam non venerit, praeter inimicos. Quum venisset ad portam Capenam gradus templorum ab infima plebe completi erant, a qua plausu maximo quum esset ei gratulatio significata, similis et frequentia et plausus eum usque ad Capitolium celebravit in foroque et in ipso Capitolio miranda multitudo fuit. Att. IV. 1. Pison. 22. Postridie i. e. Nonis Sept. senatui gratias egit; et quum eo

biduo summa esset annonae caritas, Clodianique Ciceronis opera frumenti inopiam esse clamarent, factum est SCtum in Ciceronis sententiam, ut Pompeio potestas rei frumentariae in quinquennium daretur. Att. IV. 1. Prid. Kal Octobr. Cicero dicit pro domo, quam Clodius incenderat. De eius restitutione contentiones in senatu IV. 2. Eius domum et villas coss. ex SCto restituendas locant, illam aestimant HS vicies, Tusculanum et Formianum valde illiberaliter. *Ibid.* Clodii contra Ciceronem et Q. fratrem furiosae actiones. Att. IV. 3. Cic. scribit se animo vigere, re familiari comminutum esse, *ibid.*

A. U. 697. Ciceronis actiones de Ptolemaeo Aulete per P. Lentulum Ciliciae procos. reducendo. Fam. I. 1. 2. 4. 5. 7. Q. Fr. II. 2. In ea re habuit orationem de rege Ptolemaeo, quam commemorant Aquila et Fortunatianus. Mense Februario P. Sextius lege Lutatia de vi postulatus est a M. Tullio Albinovano; eum defenderunt Hortensius et Cicero oratione pro Sextio quae exstat. Q. Fr. II. 3. idem absolutus est *ibid.* ep. 4. Eodem mense dixit pro *Bestia* de ambitu, *ibid.* librum scribit in quo Caesaris acta probat, quae παλινῳδία ipsi videtur subturpicula. Att. IV. 5. Lucceium rogat ut historiam de rebus suis a principio coniurationis Catilinariae usque ad reditum suum scribat. Fam. V. 12. Att. IV. 6. queritur se in re publica nec quod oporteat, nec quod opus sit loqui posse nec tamen etiam tacere licere. Att. IV. 6. a libro quodam ad Hortensium scribendo abhorret. *Ibid.* invisit Pompeium in eius Cumano. Att. IV. 8. 9. ab eo convenitur in suo Cumano, Att. IV. 9.

A. U. 698. Crassum consulem e senatu reducit et cum eo de Q. fratris negotio loquitur. Q. Fr. II. 9. defendit *Gallium Caninium.* Fam. VII. 1. cogitur nonnumquam homines non optime de se meritos defendere. *Ibid.* *Tenediorum* causam in senatu cum Bibulo, Calidio et Favonio defendit.

A. U. C. 699. Q. Fr. II. 11. Crassi dignitatem studiose in senatu defendit. Fam. V. 8. Caesari qui de egestate sua iocatus erat iocose suam opponit. Fam. VII. 5. ait Caesarem esse se alterum. *ibid.* Trebatium tradit in eius manum et vicoria et fide praestantem. Q. Fr. II. 13. ait sibi Caesarem in sinu esse. Q. Fr. II. 18. eius amorem omnibus honoribus anteponit. Q. Fr. II. 15.

defendit Messium. Att. IV. 15. item Drusum et Scaurum et Vatinium *ib.* Q. Fr. II. 16. statuit ad nullam medicinam rei publ. sine magno praesidio accedere. *Ibid.* rogat Quintum ut sibi iudicium Caesaris de quodam poemate suo explicet. *Ibid.* Ait se nullas in Caesaris rebus δευτέρας φροντίδας habere posse, quia eum secundum fratrem et liberos maxime amet. Q. Fr. III. 1. Causas exponit cur post reditum ab exsilio Caesaris dignitatem tuendam susceperit, item cur cum Vatinio et Crasso in gratiam redierit. Fam. I. 9. cur se a re publica ad literas referat. *Ibid.* Caesaris aedificationem in foro et in campo Martio sententia sua iuvat, etiamsi profusionem pecuniae improbet. Att. IV. 16. a Caesare videt se honorificentissime tractari et unice diligi. Fam. VII. 17. Metu Pompeii noluit Gabinium accusare. Q. Fr. III. 4. multo minus eum Pompeii gratia defendere voluit. *Ibid.* testimonium in eum dicit. *Ibid.* dolet nullam esse rem publ. seque ea aetate, ubi auctoritate senatoria florere deberet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari. Q. Fr. III. 5.

A. U. C. 700. Cicero in locum M. Crassi in expeditione adversus Parthos interfecti augur fit a toto collegio expetitus. Phil. 11.

A. U. C. 701. a. d. XIII. Kal. Febr. P. Clodius in via Appia Miloni obviam factus occiditur. V. Kal. Mart. Pompeius ab interrege consul creatur sine collega, eiusque lege de vi Milo accusatur ob caedem Clodii; eum defendit Cicero, quam orationem postea scripsit, quum Milo condemnatus Massiliae exsularet. Mense Decembri T. Munatius Plancus Bursa a Cicerone accusatus a Cn. Pompeio defensus, condemnatus est. Phil. VI. XIII. Fam. VII. 2.

A. U. C. 702 Procos. fit Ciliciae Fam. III. 2. eius in provincia iustitia, abstinentia, clementia. Att. V. 16. VI. 2. 3. Att. V. 20. multo minus ait se de iudiciis laborare quam de possessione urbanitatis. Fam. VII. 32. vehementer laborat, ne sibi provincia prorogetur. Att. V. 21. imperator salutatur. Att. VI. 1. eius ratio publicanos in provincia tractandi. *Ibid.* magno urbis desiderio et satietate provinciae tenetur. Fam. II. 11. dubitat quem relinquat, qui provinciae praesit. Att. VI. 3. res a se gestas dignas triumpho putat. *Ibid.* in dissidiis Caesaris et Pompeii ait se nullum periculum videre, stante Pompeio vel etiam sedente. *Ibid.* de supplicatione Cice-

roni decernenda, quae in senatu acta sint. Fam. VIII. 11. XV. 5. Catonis ei supplicationem non decernentis sententia ceteroquin honorifica. Fam. XV. 5. 6. Att. VII. 1. Eum tamen Cicero quum comperisset Bibulo XX dierum supplicationem decrevisse turpiter dicit malivolum. Att. VII. 2. eius de provincia decessuri sollicitudines. Att. VI. 5. queritur Bibuli voluntatem a se abhorrere. Fam. II. 17. cur provincia decedens noluerit fratrem praeficere. Att. VI. 6. cur potius Caelium quaestorem in ea reliquerit. Fam. II. 15. Att. VI. 6. triumphum cupit. Att. VI. 6. 8. VII. 2. negat in eo expetendo se vanum, in abiiciendo ἄτυφον futurum. Att. VI. 9. vehementer aestuat, quas partes secuturus sit in Caesaris et Pompeii dimicatione. Att. VII. 1. pecuniam ad apparatum triumphi necessariam ad Atticum redigere vult. Att. VII. 8. molestum vero est quod solvendi sunt nummi Caesari et instrumentum triumphi eo conferendum. Att. VII. 8. Putat Caesarem, si vicerit, in caede principum haud clementiorem fore, quam Cinna fuit, nec moderatiorem quam Sulla in pecuniis locupletium. Att. VII. 7.

A U C. 704. Senatus ei triumphum flagitat. Fam. XVI. 11. sub initium belli civilis Capuam tuendam sumit. *Ibid.* Excusat se Mescinio Rufo quaestori, quod rationes ex provincia eo non exspectato ad aerarium detulisset. Fam. V. 20. invehitur in Caesarem. Att. VII. 11. IX 2. Campaniae et maritimae orae praeest. *Ibid.* Timet Caesaris φαλαρισμόν. Att. VII. 12. Eius praesidia et Pompeii peccata et perturbationem exponit. Att. VII. 13. Incertus est quid agat de Ciceronibus pueris, et de uxore ac filia. *Ibid.* Narrat quae in conventu Capuae habito decreta sint. Att. VII. 15. Falso opinatur Caesarem praesidia deducturum. *Ibid.* Item falso opinatur Caesarem bellum sustinere non posse. Fam. XVI. 12. Dubitat si Pompeius Italia cedat eumne sequatur an non. Att. VII. 20. VIII. 3. 14. tristem eius statum et consilii inopiam deplorat. Att. VII. 21. Eius acta vehementer improbat. Att. VIII 1. 2. 8. 9. Putat sibi in Italia manendum. Att. VIII. 2. Paullo post Pompeium, etsi nulla spe, sequendi consilium capit. Att. VIII. 16. IX. 1. 5. Angitur quid faciat, si Caesar sibi triumphum decreverit. Att. IX. 12. Politicas quasdam theses tractat, ut animum a querelis abducat. Att. IX. 4. Rogatur a Caesare ut ad urbem veniat; Pompeium, etsi putat eum cau-

sam optimam foedissime acturum, tamen ideo sequi vult, ut ἀχαριστίας crimen effugiat. Att. IX. 7. A Balbo et Oppio vehementer rogatur ne contra Caesarem arma ferat. Att. IX. 7. Angitur quod Pompeium abeuntem non secutus sit; Attici vero epistolarum locis, qui ei suaserat, ut in Italia maneret, se consolatur. Att. IX. 10. Scribit ad Caesarem et cupit eum Pompeio reconciliari. Att. IX. 11. Accipit Pompeium Brundisio cum omnibus copiis profectnm esse. Att. IX. 15. Exponit sermones cum Caesare habitos. Att. IX. 18. Vehementer a Caelio rogatur, ne Pompeium sequendo suam, suorumque fortunam conturbet. Fam. VIII. 16. Rescribit ei se nihil magis fugere quam arma civilia, nec quicquam turbulenter ac temere facturum. Fam. II. 16. Attico scribit se ad Pompeium iturum nec exspectandum sibi videri, quem exitum res in Hispania habiturae sint. Att. X. 8. proximis tamen literis lacrymis suorum mollitus ait se Melitam capessere velle, dum quid in Hispania gestum sit rescierit. Att. X. 9. Proficiscitur in Graeciam ad Pompeium. Fam. XIV. 7.

A. U. C. 705. Rogatur a Dolabella, ut desperatis Pompeii rebus ab eo discedat. Fam. IX. 9. Post pugnam Pharsalicam, cui Cicero non interfuit Fam. IX. 18. redit in Italiam et Brundisii se tenet. Fam. XIV. 12. Q. fratris eiusque filii acerba in eum odia. Att. XI. 8. 9. 10. 13. 14. 15. Scribit ad Caesarem et fratrem excusat. Att. XI. 12.

A. U. C. 706. Poenitet eum consilii, quod in Italiam redierit. Att. XI. 13. 24. Vult filium ad Caesarem mittere. Fam. XIV. 11. Mutat consilium. Att. XI. 18. Fam. XIV. 15. Cassio causas exponit cur a bello discesserit. Fam. XV. 15. Brundisio abit in Tusculanum, et paullo post Romam venit ibique cum veteribus amicis i. e. cum libris suis in gratiam redit. Fam. IX. 1. 2.

A. U. 707. Catonis (Uticensis) laudationem scribere aggreditur. Att, XII. 4. eum librum sibi placere significat. Att. XII. 5. et quum Caesar exeunte mense Quintili Romam rediisset summam eius erga se humanitatem experitur. Fam. IV. 13. compluresque amicos exsulantes consolatur, vel spem iis reditus facit. Fam. IV. 13. VI. 13. Hoc anno Cicero scripsit Partitiones oratorias. item Brutum de claris oratoribus, et Oratorem ad M. Brutum Att. XII. 6. gratias in senatu Caesari egit

pro Marcelli restitutione; deinde apud eum pro Ligario dixit.

A. U. C. 708. aet. LXII. Cicero Terentia dimissa virginem Publiliam uxorem duxit, Fam. IV. 14. Paullo post Tullia filia Ciceronis ex partu decessit, cuius mors ei summum luctum et dolorem attulit; quem multi literis consolatoriis ad eum scriptis, Fam. IX. 11. Att. XII. 8. Fam. V. 4. ipse autem libro de consolatione scripto, Tusc. I. Divin. II Att. XII. 14. minuere studuit. Paullo post Tulliae mortem Publiliae uxori nuntium remisit, quod, ut Plutarchus scribit, visa esset Tulliae morte laetari. Hoc anno scripsit *Hortensium* s. librum *de philosophia* deinde *Academicorum* libros duo, quorum alterum Catulum, alterum Lucullum appellavit; e quibus posterior exstat. Postea vero totam hanc disputationem *quatuor libris* explicatam *ad Varronem* transtulit, e quibus pars quaedam libri primi, ceterorum pauca fragmenta supersunt. Eodem anno scripsit libros quinque de *finibus bonorum et malorum*. Post reditum Caesaris, ex Hispania mense Octobri reversi Cicero apud eum regem *Deiotarum* defendit, quam orationem postea scriptam, Fam. IX. 12. ad Dolabellam misit.

A. U. C. 709. Kal. Ian. quum Caesar V. Cos. cum M. Antonio, Dolabellam sibi surrogare vellet, resistente Antonio Cicero in senatu affuit. Lupercalibus XV. Kal. Mart. quum Caesar in Rostris sedens in sella aurea, amicius toga purpurea spectaret Lupercos, Antonius, qui erat tum ipse Lupercus ad sellam eius accessit, capitique diadema imposuit, quod Caesar cum plausu populi repudiavit, Phil. II. III. XIII. Idibus Martiis Caesari a coniuratis M. Bruto, C. Cassio ceteris in curia Pompeii XXIII. plagis confossus est. Eo interfecto M. Brutus cruentum alte extollens pugionem Ciceronem nominatim exclamavit eique recuperatam libertatem est gratulatus, Phil. II. 12. Ex quo Antonius colligebat eum coniurationis conscium fuisse, *ibid.* Certum tamen est eum quamvis M. Bruto familiarissime uteretur eius expertem fuisse, Fam. XII. 4. Antonium putat epularum magis rationem habere, quam quicquam mali cogitare, Att. XIV. 3. Dolet non una cum libertate rem publ. quoque recuperatam, Att. XIV. 4. 5. XV. 4 Queritur Caesaris interfectores laudari, tyranni tamen facta defendi, *ibid.* 6. 10. II. 12. 14. Mense Quintili in Graeciam proficisci cogitat, Att. XIV. 7.

13. 16. Antonius ad eum scribit de restitutione Sex. Clodii, cui Cicero se facilem praebet, Att. XIV. 13. Antonii amicitiam retinere vult, Fam. XVI. 23. Laudat Dolabellam ob severitatem animadversionis in homines seditiosos, Fam. IX. 14. Att. XIV. 18. Fam. XII. 1. Laudat Bruti orationem habitam in concione Capitolina Att. XV. 1. Scribit Dolabellam decrevisse ut Cicero sibi in Syriam ituro legatus esset, qua legatione licebat ei per quinquennium abesse, Att. XV. 11. Exponit quid sibi de Octaviani animo et ingenio videatur, Att. XV. 12. Scribit de periculis rei publ. ab Antonio imminentibus, Att. XV. 20. Cogitat in Graeciam navigare, *ibid.* 21. 25. Fam. XI. 29. Att. XVI. 1. 4. 5. 4. 2. 3. Illud iter ingreditur, Fam. VII. 17. XVI. 6. Subito tamen revertitur eiusque reversionis causas exponit, Att. XVI. 7. Phil. I. Prid. Kal. Sept. in urbem redit. Antonius cos. Kal. Sept. senatum habuit de supplicationibus Caesari decernendis, et Ciceronem in curiam vocavit. Qui quum de via langueret et sibi displiceret, misit pro amicitia, qui hoc ei diceret. At ille cum fabris venturum eiusque domum disturbaturum minatus est. Postridie Cicero absente Antonio in senatum venit, habuitque orationem *Philippicam primam*, in qua expositis profectionis et reversionis causis graviter queritur de hesterna Antonii iniuria, tum leges eius reprehendit, denique eum et collegam in consulatu Dolabellam hortatur, ut diligi quam metui a civibus malint, et rei publ. saluti et incolumnitati consulant. Antonius ira incensus inimicitias Ciceroni denuntiavit, eumque in senatu adesse iussit a. d. XIII. Kal. Octobr. Ipse XVII dies in Tiburtino Scipionis Metelli declamitavit et dicto die senatu in aedem Concordiae vocato, absente Cicerone in eum acerbissimam orationem evomuit, Fam. XII. 2. Phil. II. 15. Huic Cicero opposuit *Philippicam secundam*, non habitam quidem, sed tamen ita scriptam, quasi eam praesente Antonio XIII. Kal. Oct. in senatu habuisset, Fam. XII. 3. Queritur Cicero Antonium furorem in dies augere, Att. XVI. 8. Narrat quid Octavianus a se postulaverit, Att. XVI. 10. Proficiscitur Arpinum. Ceterum hoc anno scripsit tres libros de Natura deorum, duo de Divinatione, librum de Senectute, Topica ad Trebatium, libros tres de officiis.

A. d. XIV. Kal. Ian. in Senatu Cicero sententiam rogatus censuit ut consulibus designatis Hirtio et

Pansae praesidium decernetur, ut quae Octavianus Caesar egisset, publica auctoritate confirmarentur, ut milites qui ab Antonio ad Caesarem transisissent praemiis afficerentur, et ut D. Brutus ceterique provincias suas retinerent, neque cuiquam traderent, nisi qui ex SCto successisset. Hanc sententiam Cicero complexus est oratione *Philippica tertia*, factoque SCto in eius sententiam prodiit in concionem, habuitque *Philippicam quartam*, in qua quae in senatu acta essent exposuit; simulque populum bene de re publica sperare iussit, eumque ad studium recuperandae libertatis excitavit.

A. U. C. 710. Kalendis Ianuariis consules Hirtius et Pansa, obsidente Mutinam, quam D. Brutus tenebat, Antonio, ad Senatum de hac obsidione omninoque de tota re publica retulerunt. Et quum is, qui primus sententiam rogatus esset, mittendos ad Antonium legatos censuisset, qui agerent cum eo ut a Mutinae obsidione desisteret, Cicero, sententiam rogatus, *Philippica quinta*, turpe et indignum senatus auctoritate et populi Rom. maiestate esse censuit, ad eum legatos de pace mittere, de quo ante paucos dies tamquam de hoste gravissima et severissima iudicia senatus fecisset. Itaque idem censuit Antonium hostem iudicandum, cum eo bello decertandum, D. Bruto, M. Lepido, Caesari Octaviano, L. Egnatuleio honores habendos, militibus bene de re publ. meritis praemia decernenda. Senatus eo die Salvio trib. pl. intercedente nihil decrevit, triduo post autem prid. Non. Ian. legatos mittendos censuit, qui Antonio nuntiarent ne D. Brutum cos. des. oppugnaret, ne Mutinam obsideret, ne provinciam depopularetur, ne delectus haberet, essetque in senatus populique Romani potestate. Legati ad Antonium missi sunt Ser. Sulpicius, L. Piso et L. Philippus. Eodem die Cicero productus a P. Apuleio trib. pl. in concione exposuit, quae de legatione ad Antonium decreta essent, simul autem praedixit frustra ituros esse legatos, nec Antonium in senatus populique Romani potestate futurum. Hoc est argumentum orationis *Philippicae sextae*. cf. Fam. XII. 24. XI. 8. In legatione Ser. Sulpicius mortem obiit. Antequam ceteri legati reverterentur, Cicero habuit in senatu orationem *Philippicam septimam*, qua pacem tribus de causis dissuasit, primum quia turpis esset, deinde quia periculosa, deni-

que quia esse non possit. Piso et Philippus Romam reversi, quum Antonius nulli earum rerum, quas senatus ei denuntiandas mandasset, paruisset, ultro intolerabilia eius postulata retulerunt, Fam. XII. 4. Tum a senatu tumultus est decretus, quum belli nomen ei haud placuisset. Id Cicero graviter reprehendit *Philippica octava*, simul in Fufium Calenum Antonio faventem et pacem commendare nitentem, itemque in eos qui mittendos iterum ad Antonium legatos censuerant, invectus est; Pisonem quoque et Philippum reprehendit, quod mandata Antonii tamquam eius legati, non tamquam legati a senatu ad eum missi, perferenda recepissent. Referente autem Pansa Consule de honore Ser. Sulpicii qui in legatione ad Antonium, quam valitudine graviter affectus susceperat, quum iam ad congressum colloquiumque eius pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris mortem obierat, P. Servilius sententiam rogatus decernendum ei publice sepulcrum censuit, statuam non censuit, Cicero autem post illum rogatus oratione *Philippica nona* suasit, ut praeter sepulcri honorem ei statua pedestris aenea in Rostris statueretur, in eamque sententiam SCtum factum esse auctoritate probatur Pomponii de origine iuris, qui hanc statuam pro Rostris Augusti exstare testatur.

Postea quum M. Brutus, seu Q. Caepio Brutus de rebus suis in Macedonia gestis ad senatum literas publice misisset, Pansa statim senatu convocato de his literis retulit, Cicero oratione *Philippica decima* censuit eum et Q. Hortensium proconsulem publice collaudandos, iisque provinciarum administrationem ac tutelam porro committendam esse. Deinde quum C. Antonius Apolloniam teneret, C. Trebonius autem Asiam provinciam obtinuisset, P. Dolabella in Syriam proficiscens Trebonium incautum Smyrnae oppressit et crudelissime verberibus ac tormentis laceratum interfecit. Qua re cognita Senatus Dolabellam hostem iudicavit, et quum in Senatu ageretur de Imperatore deligendo, qui Dolabellam bello persequeretur, Cicero censuit, C. Cassium deligendum esse. Quam sententiam complexus est oratione *Philippica undecima*. Cui sententiae quum Pansa consul repugnasset, Cicero productus in concionem a tribuno plebis M. Servilio eandem causam apud populum summo eius consensu

egit, quod ipse Cassio significat epist. 7. libri XII. ad Fam. Paullo post XIV. Kal. April. Quinquatribus senatus decrevit, ut Minervae custodis urbis simulacrum anno superiore turbinis vi deiectum et fractum restitueretur, Fam. XII. 21. Quumque Antonii amici pacis cum eo ineundae mentionem fecissent, senatus legatos ad eum decrevit M. Ciceronem et P. Servilium. Itaque Cicero in senatu habuit orationem *Philippicam duodecimam*, in qua hanc legationem ut inutilem dissuadet, se ipsum vero ad eam obeundam idoneum non esse demonstrat. Tum consule Pansa ad bellum profecto M. Aemilius Lepidus literis ad senatum missis eum ad pacem cum Antonio faciendam cohortatus est; quibus recitatis quum multi alii pacem suaderent Cicero sententiam rogatus *orationem Philippicam decimam tertiam* habuit, qua secus sentientium rationibus confutatis negavit pacem cum M. Antonio eiusque sociis esse posse. Simul epistola ad Lepidum scripta Fam. I. 27. eum ne se in istam pacificationem interponat diligenter hortatur. A. d. XVII. Kal. Maii Antonius apud Mutinam ducibus Pansa et Hirtio consulibus praelio superatus est. Qua de victoria nuntiis Romam perlatis Cicero prid. Vinalia X. Kal. Maii habuit orationem *Philippicam decimam quartam*, in qua trium imperatorum Pansae, Hirtii et Caesaris Octaviani nomine supplicationem quinquaginta dierum decrevit, Antonium quique cum eo essent hostes iudicandos, milites qui pro re publica interierint, monumento quam amplissimo cohonestandos, quaeque iis praemia senatus decreverat, ea parentibus, liberis, coniugibus, fratribus eorum persolvenda censuit. De victoria Mutinensi, cf. Fam. X. 31. XII. 6.

De uxore, filio, filia, fratre Quinto et fratris filio, vid. TERENTIA, CICERO FIL. TULLIA, Q. CICERO et Q. CICERO FIL.

Ad res domesticas quod attinet, Cicero emit domum in Palatio de Crasso, Fam. V. 6. Propterea multum habet aeris alieni, *ibid.* Bonum tamen nomen existimatur, *ibid.* Tusculani et Pompeiani exornatio eum aere alieno afficit, Att. II. 1. Tribus locis aedificat et paullo liberalius vivit, Q. Fr. II. 6. Reprehenditur ob aedificationes, Att. IV. 5. *Tusculanum* exornat, Att. I. 6. 7. 8. 9. 10. Ibi maxime conquiescit, Att. I. 5. Gymnasium ibi habet et xystum, Att. I. 8. Cuius eum non modo usus, sed etiam cogitatio delectat, Att. I. 11.

Item

Item bibliothecam, quam augere vult libris ab Attico emendis, Att I. 7. 10. 11. Tusculanum Culleonis suo vicinum emere cogitat, Q. Fr. II. 2. In particula Tusculani exedria quaedam aedificat, et tabellis ornare vult, Fam. VII 23. Eius *Formianum*, Att. I. 4. II. 4. 11. 13. Interpellatores ibi molesti, Att. II. 14. 15. Eius villa in agro Caietano, Att. I. 4. Eius villa *Arpinas*. Ibi gymnasium exstruit, quod Amaltheum vocat Attici exemplo, Att. I. 16. II. 1. dulcissima villa, Att. II. 11. 15. Eius *Pompeianum*, Att. I. 26. II. 1. 4. *Cumanum*, Q. Fr. II. 7. 14. In eo Cic. A. 702. habet quasi pusillam Romam, Att. V. 12. Ei Paetus libros a Sex. Clodio relictos donat, Att. I. 26. II. 1. Antii habet bibliothecam, Att. IV. 5. 8.

M. T. CICERO M. filius natus A. U. 688. Att. I. 2. Ducitur a patre in ludum discendi non lusionis, Q. Fr. III. 4. Modestissimus et suavissimus puer, Att. V. 9. Eum rex Deiotarus, quum Cicero pater Ciliciae procos. in aestivis esset secum ducit in regnum una cum Q. Ciceronis filio, Att. V. 17. Eius ingenium calcaribus eget, Att. VI. 1. Ei togam puram pater dat Arpini, Att. IX. 17. 19. Eum pater cogitat ad Caesarem mittere, Att. XI. 17. Fam. XIV. 11. sed mutat consilium, Att. XI. 18. Fam. XIV. 15. Idem fit aedilis Arpini, Fam. XIII. 11. De eius consilio in Hispaniam proficiscendi pater cum eo liberaliter loquitur, Att. XII. 7. Mittitur Athenas, Att. XII. 24. 27. Eum vult Cic. adhiberi ad Terentiae testamentum, Att. XII. 28. De pecunia ei suppeditanda, Att. XII. 32. Ei comites dantur Tullii Montanus et Marcianus, Att. XIII. 1. Dicitur immoderatos sumptus Athenis facere, *ibid.* Dicitur Corcyrae visus, Att. XIII. 24. Eius literae ad patrem docte et eleganter scriptae, Att. IV. 7. Eius interesse putat pater intervenire discenti, Att. XIV. 16. Athenis audit Cratippum Off. I. 1. valde laudatur a Trebonio, Fam. XII. 16. Eius modestia laudatur a patre, Att. XV. 17. Ad eum pater scribit libros de officiis, Att. XV. 13. Off. I. 1. Ipse errata aetatis suae reprehendit, et studiorum rationem exponit, Fam. XVI. 21. Eius duae epistolae ad Tironem, Fam. XVI. 21. 25. legatus M. Bruti Phil. X. 6. Ei legio se tradidit, quam L. Piso Antonii legatus ducebat.

Q. T. CICERO Marci frater. Eius dissidia cum Pomponia uxore, Att. I. 5. Est cum ea in Arpinatibus praediis, *ibid.* I. 6. Cum ea in gratiam redit, *ibid.* I. 10.

lanum, Q. Fr. III. 1. Laterium, Q. Fr. I. 3. Manlianum, *ibid.* III. 1. Eius libertus Statius, vid. STATIUS stulte laetatur Luperco filio et Statio. Att. XII. 5.

Q. CICERO Quinti filius. Eum aegrotantem M. Cicero patruus Attico commendat et cum eo sibi ipse aegrotare videtur, Att. II. 2. Perleviter commotus defuit sponsalibus Crassipedi praebitis, Q. Fr. II. 6. Festivum habet sermonem de Terentiae et Pomponiae discordiis, *ibid.* Est apud Atticum, Att. II. 9. Quotidie invisitur a patruo, Q. Fr. II. 14. Etiam instituitur, *ibid.* Eum Cicero vehementer amat, secumque vult habere, Q. Fr. III. 1. Eius eruditio et studium, *ibid.* Nihil eo suavius, nihil patrui amantius, *ibid.* Summo studio est apud Paeonium rhetorem, Q. Fr. III. 3. Dimittitur a Cicerone, quod mater discedit, sine qua edacitatem pueri pertimescit, Q. Fr. III. 9. Sequitur Ciceronem in provinciam; inde Deiotarus rex eum una cum Marci filio in regnum ducit, Att. V. 17. Eius ingenium frenis eget, Att. VI. 1. Ei Cicero ex patris mandato Liberalibus togam puram dare cogitat Laodiceae, *ibid.* Amat matrem, Att. VI. 2. Magnum quidem sed multiplex eius ingenium, *ibid.* Patrem matri reconciliat, Att. VI. 7. Eum non vult Atticus a patruo relinqui, Att. VI. 9. Scribit insciis et invitis patre et patruo ad Caesarem, Att X. 4. Romam profectus et a Caesare accessitus dicitur avaritia et spe magni congiarii impulsus, Att. X. 7. In eo regendo Cicero arduum habet negotium, Att. X. 5. 6. Eius vitia, Att. X. 11. Eum vult Cicero severius cohibere, Att. X. 12. Non desperat de eius indole, Att. X. 12. 15 Post praelium Pharsalicum Q. filius Corcyra Patras venit ad patrem, Att. XI. 5. Sami dicitur fuisse, Att. XI. 7. Eius odium in patruum, Att. XI. 10. Eius luxuria, Att. XIII. 31. Eius improba dicta in patruum, Att. XIII. 9. 37. Eius contumeliosae literae ad patruum, Att. XIII. 38. impiae ad patrem, *ibid.* 39. Cum eo M. Ciceronis colloquium, Att. XIII. 42. Vult ad M. Brutum profugere, Att. XV. 21. Pollicetur patruo se Catonem futurum, Att. XVI. 1. Cicero eum collaudat, Att. XVI. 5. Phil. III. 7.

CILICES. Eorum myoparoni praedonibusque Syracusanorum portus patuit Verre praetore, Verr. IV. 32.

L. CINNA, Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusavit.

CIPIUS, Fam. VII. 24.

CIRCE, N. D. III. 18. Perseidis filia, quam Circeienses colunt. Off. I. 31. mulier cui inservit Ulysses.

CIRCEII, Att. XII. 19. urbs cum promontorio veteris Latii, subiecta Pomptinae paludi.

CISPIUS Laevus, Fam. X. 21

CISPIUS debitor Ciceronis, Att. XII. 24. XIII. 33.

M. CISPIUS, Sext. 35. trib. pl. Lentulo Spinthere cos. in Senat. p. R. 8. vi de foro depellitur, rogatione C. Fabricii de Cic. facta; *ibid.* ei eiusque parenti et fratri multum se debere Cicero profitetur. Planc. 31. iudicio, defendente Cicerone, condemnatur.

CITTIEUS, a Cittio, Cypri urbe.

CITARINI, Verr. III. 43. Cluverius legendum censet: *Cetarini*, a *Cetaria*, urbe Siciliae inter Segestanorum emporium et promontorium. Et sic est ap. Plin. III. 8. *Ernesti.*

CIVARO, Fam. X. 23. locus in finibus Allobrogum, si lectio recta est. Nam Mss. quidam habent *Cuiaro*: unde Scaliger, Sirmondus, et alii legi volunt *Cularo*, quae est *Gratianopolis*, hodie Grenoble: quos bene sequitur Graevius. Vulgatam defendit, Dionysius, Salvagnius Boessius, sed ei respondit Vales. Notit. Gall. p. 165. et postea pluribus et accuratius Bimardus de originibus Cularonensibus in Muratorii Thes. Nov. Inscr. T. 1. *Ern.*

CLARIUS, Brut. 51. a Claro urbe Colophoniorum.

CLASSITIUS, Phil. V. 6. gladiator M. Antonii.

CLASTIDIUM, Tusc. Q. IV. 22. vicus Galliae Cisalpinae.

CLATERNA, Fam. XII. 5. oppidum Lingonum in Gallia Cispadana, iuxta amnem eiusdem nominis.

CLAUDIA GENS, patricia est Appiorum et Pulchrorum. De Claudia familia videatur Suetonius in Tiberio c. 1. de ea vid. Spanhem. de V. et P. N. T. II. 48. *Ern.* Claudiorum patriciorum et Marcellorum controversia apud centum viros, Orat. I. 39.

CLAUDIA, Cael. 14. Harusp. 13. Appii Caeci progenies, *navem cum sacris matris Deûm Idaeae obhaerentem Tiberino vado extraxit*, *precata propalam, ut ita demum se sequeretur si sibi pudicitia constaret*

Suet. Tiber. 2. Haec Appii Claudii Caeci dicitur *progenies*, ex quo ut recte Abramius monuit filium Appii Caeci non fuisse satis intelligas, neque enim filia ac ne neptis quidem Isidoro teste progenies apte diceretur; qui dicit *progeniem* appellari *quasi porro post genitos; nam filios et nepotes non esse progeniem, quia non sit in eis longa posteritas.* Et vero filiam non fuisse Appii Caeci hanc Q. Claudiam ex eo demonstrat Abramius, quod secundo bello Punico quinquaginta plus minus annis postquam Appius Caecus summa senectute confectus pacem cum Pyrrho dissuaserat, aetate florens in suspicionem impudicitiae vocata sit, quum matris Pessinuntiae simulacrum Romam advectum est. Vestalem non fuisse ut nonnulli tradidere vel existimavere, docet Dukerus, Liv. XXIX. 14.

CLAUDIA, Cael. 14. Vestalis, patrem Appium Claudium triumphantem de Salassis amplexa, a trib. pl. inimico de curru detrahi non sinit. Fratrem vocat Sueton. Tib. 2. *Ern.*

CLAUDIA s. CLODIA, Fam. V. 2. uxor Q. Metelli Celeris, Appii Claudii et Clodii soror de eius foeda libidine et sceleribus v. in primis Caelianam.

App. CLAUDIUS Decemvir, Fin. II. 20. cognomine Crassinus. vid. Pighius ad a. 302.

App. CLAUDIUS, Caecus, (ante caecitatem Crassus) abavus P. Clodii, Cael. 14. Tusc. V. 38. in caecitate nulli muneri publico aut privato deest. cf. Cato 6. foedus cum Pyrrho faciendum dissuadet. Cael. 14. bis consul. Censor ante primum consulatum: in qua censura sibi via Appia strata, Mil. 7. et aqua Appia in urbem ducta maximam senatus invidiam conflavit. vid. Diod. S. XX. p. 773. 774. Brut. 14. interrex comitia habens, de plebe consules non accipit. vid. infr. in M. Curius. *Ern.*

App. CLAUDIUS, Brut. 28. volubilis et fervidus orator. Cos. A. U. 610. de Salassis triumphavit.

App. CLAUDIUS maior, Orat. II. 60. 70. dicax; dicitur maior, quia fratrem eodem nomine habuit minorem, P. Clodii patrem. Filius est C. Claudii.

App. CLAUDIUS minor. P. Clodii pater, filius C. Claudii, Planc. 21. Harusp. R. 12. quum ludos fecit, servos de cavea exire iussit. A. U. C. 661 Praetor fuit,

quo Lex Plautia Papiria data est, Arch. 5. Consul fuit cum P. Servilio Isaurico, A. U. 674. Planc. 21.

App CLAUDIUS PULCHER App. F. C. N. Publ. Clodii frater praetor in a. 696. designatus; et quaestionem de repetundis sortitus. Unde eum fratris ex provincia redeuntis causa metuit Cicero, Att. III. 17. Post Ciceronis reditum dat Clodio concionem, Att. IV. 2. Adiuvat Metellum comitia aedilitia Clodii causa fieri volentem, Att. IV. 3. Habet conciones temerarias, *ib.* Proficiscitur ad Caesarem in Galliam, Q. Fr. II. 6. Eo Consule tantum frigus impendebat, ut summum periculum esset, ne ei suae aedes urerentur, quod scil. ut Manutius ait, in eius domo caminum esse oporteret, saeviente frigore luculentissimum, Q. Fr. II. 12. Negat se lege Pupia impediri, quo minus comitialibus diebus post Quirinalia habeat senatum, Q. Fr. II. 13. Confirmat se sine lege curiata Lentulo in Cilicia successurum, Fam. I. 9. Q. Fr. III. 2. Defendit Pomptinii petitionem triumphi, Att. IV. 16. Accusat Gabinium in senatu, Q. Fr. III. 2. Cum eo consule et collega Domitio pactio fit candidatorum, ob quam uterque consul infamia flagrat, Att. IV. 18. Rogatur a Cicerone, ut sibi Cilicia decedens eam provinciam quam maxime aptam et explicatam tradat, Fam. III. 2. Quod quum ille fecisset Cic. ei gratias agit, Fam. III. 5. Ab Appio congressum secum vitatum queritur, Fam. III. 4. Eius querelas diluit, Fam. III. 8. 7. Ei spem triumphi gratulatur, Fam. III. 9. Eius libri augurales, Fam III. 4. 9. 11. Eius orationes, *ibid.* III. 11. Illo imperante provincia Cilicia exhausta est sumptibus et iacturis, Att. VI. 1. Eum a Dolabella accusatum Cic. moleste fert, Fam. III. 10. Legationes Appii laudandi causa e provincia missas a se impeditas esse negat, *ibid.* Quas causas habeat benivolentiae in Appium demonstrat, *ibid.* Sperat eum censorem fore, *ibid.* III. 13. Excusat nuptias Tulliae cum Dolabella eius accusatore, Fam. III. 12. Gratias ei agit, quod suos in decernenda supplicatione adiuvisset, Fam. III. 13. De eius ingrato animo queritur Caelius Rufus, Fam. VIII. 12. Isque eum lege Scatinia accusat, *ibid.* et VIII. 14. Eius acta in censura, Fam. VIII. 14. Bruti socer, Brut. 77. 94. Fuit et satis studiosus, et valde tum doctus tum etiam exercitatus orator, et quum auguralis tum omnis publici iuris antiquitatisque Romanae bene peritus, Brut. 77. Sortibus ha-

riolationibus et psychomantia utitur, Div. I. 58. Tusc. I. 16. Ei Vatinius in auguratu successit, Fam. V. 10. Mortuus est App. Claudius in Achaia ante pugnam Pharsalicam Valer. Max. I. 8.

App. CLAUDIUS, C. filius, eius, qui P. Clodii frater fuit. Nam is duos filios eodem nomine habuit, quorum alter maior, alter minor dicitur: minoris mentio fit, Fam. VIII. 8. Ad quem locum vide quae in editione epistolarum Cic. temporis ordine dispositarum ad corrigendam Manutii animadversionem dixi. Utrum vero Appius Claudius C. F. quem Cicero, Fam. XI. 22. D. Bruto commendat maior an minor sit incertum est. Is dicitur pietate adductus propter patris restitutionem se cum Antonio coniunxisse. Sed neque de patris eius exsilio e quo eum Antonius cos. restituerit, neque de mutuis inter eum et Ciceronem officiis, quae ibi memorantur, aliquid constat.

A. CLAUDIUS, Verr. II. 57. Siculus, a Claudio quodam civitate donatus, sive a maioribus accepto nomine, qui ius civitatis per Claudium aliquem accepissent.

C. CLAUDIUS, s. CLODIUS, Caeci filius, Brut. 18. M. Tuditani collega in consulatu (A. V. 514.) Tusc. I. 1.

C. CLAUDIUS, P. Clodii avus, Appii Claudii mai. et min. pater Planc. 21. Consul fuit cum M. Perperna A. U. 661. Rabir. 7. homo potens, mediocris orator, Brut. 45.

C. CLAUDIUS, Pulcher P. Clodii patruus, App. F. Har. resp. 12. eius magnificentissima aedilitas fuit, Verr. IV. 4. 59. Off. II. 16. Praetor L. Licinio Crasso et Q. Mucio coss. Verr. II. 49. Ex honorifico senatus consulto Halesinis leges conscribit.

C. CLAUDIUS, C. F. e tribu Palatina, homo plebeius de cohorte Verrina, Verr. II. 43.

L. CLAUDIUS, de Har. res publ. 6. Rex sacrorum, qui cum ceteris pontificibus domum Ciceronis religione liberavit. Praenomen Lucii duos tantum e familia Claudia gessisse et usurpatum ab ea amplius non esse, quod de criminibus capitalibus damnati essent, tradit Suetonius in Tiberio, c. 1. Unde dubitare quis posset de hoc praenomine, sicut Drakenb. ad Liv. XLI. 21. haeret in L. Claudio Asello. Sed id non de omnibus Claudiis intelligendum, verum tantum de patriciis. *Ern.*

P. CLAUDIUS Pulcher, Div. I. 16. Appii Caeci filius, collega L. Iunii in Consulatu bello Punico primo A. U. 504. classem maximam perdidit, quum vitio navigasset. N. D. II. 3. propterea condemnatus est. Div. II. 33.

P. CLAUDIUS, Brut. 15. est collega L. Porcii cos. A. U. 569.

S. CLAUDIUS, quaere in Clodiis.

Ti. CLAUDIUS, Centumalus, Off. III. 16. iussus ab auguribus in aedibus quas in monte Caelio habebat demoliri ea, quae auspiciis officerent.

T. CLAUDIUS, Vatin. 1. P. Sextium de vi accusare voluit, communicato cum Vatinio consilio, abiecit consilium, quum M. Tullius Albinovanus accusare institueret.

CLAZOMENAE, Tusc. I. 43. urbs Ioniae.

CLEANTHES, Acad. II. 23. quasi maiorum gentium Stoicus Zenonis auditor. Fat. 7. magister Chrysippi. Div. I. 3. ea, quae Zeno in suis commentariis de Divinatione tradiderat, uberiora facit. Acad. II. 41. Solem Deum putat. Fin. II. 21. eius tabula quam verbis pingere solebat de voluptate et virtute. Fin. IV. 3. scripsit artem Rhetoricam s. potius obmutescendi. N. D. III. nihil affert quo mundum ratione uti putemus, ne cur animantem quidem esse, N. D. I. Mundum deum dicit esse, *ibid.* I. 14. quatuor de causis dixit inanimis hominum informatas deorum esse notiones. N. D. II. 9. docet, quanta vis sit caloris in omni corpore et negat ullum esse cibum tam gravem, quin is die ac nocte concoquatur. N. D. II. astra tota esse ignea duorum sensuum testimonio confirmari putat, tactus et oculorum. N. D. II. 24. locum explicat de multitudine deorum a poetis conficta.

CLEOBIS, Tusc. I. 47. eius et Bitonis fratris pietas in matrem sacerdotem Argiam, et mors.

CLEOMBROTUS, Off. I. 24. Lacedaemoniorum dux, invidiam timens, cum Epaminonda temere conflixit.

CLEOMBROTUS, Ambraciota, Tusc. I. 34. in mare se abiecit lecto Platonis Phaedone. De quo est epigramma Callimachi elegans.

CLEOMENES, Verr. II. 21. III. 14. IV. 26. Syracusanus, eius uxor. Verr. V. 12. acie eximia mulier a Verre amatur. Verr. V. 31. quam ut solutiore animo

CLODIA soror P. Clodii uxor Q. Metelli Celeris, Fam. V. 2. Eam Cicero *βοῶπιν* appellat, Att. II. 9. cf. Att. II. 1.

CLODIANUS, Att. I. 19. est Cn. Corn. Lentulus Consul A. U. 681. cum L. Gellio Poplicola, Sigon. in fastis Rom.

CLODIUS nomen exempli causa propositum, Inv. II. 9.

CLODIUS, Leg. I. 2. historicus Latinus, languidus et inscitus cognomen habuit Licini. vid. Periz. An. II. p. 549. Eius mentio fit etiam ap. Livium, ut XXIX. 22. *Ern.*

CLODIUS Patavinus, Att. XII. 44.

CLODIUS Philetaerus, Div. XIV. 4. libertus; homo Ciceroni fidelis.

A. CLODIUS, Verr. IV. 17. Drepanitanus, ante civitatis ius *Apollonius*, Niconis filius.

C. CLODIUS, Att. III. 17. frater P. Clodii, eius filius Milonem accusavit et Qu. Fratrem accusare voluit.

C. CLODIUS PHILO, Div. XIII. 32. Halesinus, civis Romanus hospes Ciceronis.

L. CLODIUS, Cluent. 14. Anconitanus pharmacopola circumforaneus; veneno necat Oppianici iunioris aviam Dineam, Cluent. 14.

L. CLODIUS, Fam. III. 4. praefectus fabrum Ciceroni, v. notata ad L. Claudium.

M. CLODIUS Archagathus, Div. XIII. 32. Halesinus, civis Romanus, hospes Ciceronis.

P. CLODIUS, Div. II. 8. Consul cum L. Iunio. vid. P. Claudius Appii Caeci filius.

P. CLODIUS *Pulcher*, Ap. F. C. N. veste muliebri deprehenditur in domo Caesaris quum pro populo fieret, i. e. in sacris Bonae Deae, Att. I. 12. 13. Eius rei mentionem in senatu facit C. Cornificius, Att. I. 17. Pontifices id nefas esse decernunt, *ibid.* Rogationem e SCto a Pisone cos. latam, ut iudicium de pollutis sacris constituatur, ipse Clodii amicitia ductus antiquare studet, *ibid.* De ea re Pompeii sententiae, Att. I. 14. Turbae in comitiis, quibus de ea re populus in suffragia missus est, *ibid.* Iis comitiis diremptis de ea re agitur in senatu, *ibid.* Clodii conciones, in quibus multos contumeliose laedit, *ibid.* Iudicibus corruptis absolvitur, Att. I. 16. Frangitur a Cicerone in senatu tum oratione perpetua tum altercatione, *ibid.*

quod caedem cum gladiatoribus in foro fecisset, Sext. 35. Incendit templum Nympharum, *ibid.* 39. Templum Libertatis ex eversa Ciceronis domo exaedificavit, Sext. 58. Domum Catuli, quia cum Ciceronis domo coniungebatur, evertit, Sext. 44. Occiditur in via Appia ad Bovillas quum Milo Lanuvium proficisceretur et Clodius Aricia rediens ei occurrisset, Mil. 10. Ambustus est, abiectus, sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exsequiis, sine lamentis, Mil. 31. Eius immania facinora et flagitia recensentur, Mil. 27. In eum Cicero invehitur, Parad. IV.

P. CLODIUS, Cael. 13. amicus Ciceronis a Clodiae fratre diversus, inter accusatores M. Caelii disertus.

SER. CLODIUS, Att. I. 20. frater Papirii Paeti. Fam. IX. 16. literatissimus criticus.

SEXT. CLODIUS, Dom. 10. eius foeditas; ei rem frumentariam P. Clodius lege frumentaria permittit. Sext. 64. leges Clodio scripsit.

SEXT. CLODIUS, Rhetor. Att. IV. 15. quo usus est Atticus, et Antonius. Phil. II. 19. de eo v. Sueton. de Illustr. Rhet. c. 5.

SEXT. CLODIUS Phormio, Caec. 10. argentarius.

CLODIUS, Att. X. 8. Caesarianus, cliens Attici.

T. CLODIUS, Rosc. Am. 23. Tarracinensis homo in oppido suo non obscurus cum duobus adolescentibus filiis in eodem conclavi dormiens mane invenitur iugulatus. Eius filiorum nomina de parricidio delata.

CLUATIUS, Att. XII. 18. 36. Manutio Architectus videtur, qui Ciceroni formam fani descripserat, quo Tullia consecraretur.

CLUENTIA, Cluent. 5. soror A. Cluentii filii; post patris mortem nupsit A. Aurio Melino; a quo propter nefarium matris Sassiae pellicatum, invita discedit.

CLUENTIA soror A. Cluentii Aviti patris uxor Oppianici ab eo veneno necata Cluent. 10.

A. CLUENTIUS Avitus pater, Cluent. 5. Larinas. Eius soror Cluentia Oppianici uxor, Cluent. 10.

A. CLUENTIUS AVITUS, Cluent. 1. Larinas pro quo est oratio. Accusatur de veneficio.

NUM. CLUENTIUS, Cluent. 60. eques Romanus.

C. CLUVIUS, Rosc. Comm. 14. 15. Iudex in causa Fannii contra Flavium. Eius testimonium.

COMENSIS, Att. V. 11. a Como s. Novocomo, colonia transpadana Galliae Cisalpinae.

P. et L. COMINII, Cluent. 36. equites Romani diserti.

P. COMINIUS, Spoletinus eques Rom. qualis orator, Brut. 78. Accusavit C. Cornelium Cicerone defendente pro C. Corn. I.

SEXT. COMINIUS, Verr. IV. 10. eques Rom.

COMMAGENE, Fam. III, 10. pars Syriae, Amano monti et Euphrati interiecta, unde *Commagenus*, rex, Antiochus, Q. Fr. II. 12. Fam. XV 3. 4.

COMMORIS, Fam. XV. 4. vicus vel castellum Ciliciae in Amano monte.

CONCORDIA dea Catil. III. 9. eius aedes.

CONNUS, Fam. IX. 22. fidicen, quo magistro usus est Socrates.

CONSENTINI, Fin. B. I. 3. cives oppidi Consentiae in mediterranea Bruttiorum.

C. CONSIDIUS, Lig. 1. Praetor Africae proximo anno ante ortum bellum civile.

L. CONSIDIUS, Agrar. II. 34. Duumvir Capuae qui se praetorem appellari volebat. *Ibid.* homo vegrandi macie torridus, Romae contemptus et abiectus Capuae Campano supercilio ac regio spiritu.

M. CONSIDIUS Nonianus, Att. VIII. 11. propraetor. Fam. XVI. 12. ei Gallia citerior obtigit. Hunc locum Manutius de Q. Considio Gallo capit, Ursinus de Caio. Sed Manutius idem Att. VIII. 11. recte ad M. refert, qui ibi diserte propraetor vocatur.

QU. CONSIDIUS Gallus, Fam. XII. 25. Verr. I. 7. reiicitur iudex in Verris iudicio, qui id, etsi familiarissimus erat, facile se pati dixit, quod eum in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosceret. Cluent. 38. eius laudes Senator. Att. II. 24. senex fortissimus timorem Senatorum de morte a Caesaris militibus tollit. Nimirum ut Plutarchus narrat, quum Caesare et Bibulo coss. aliquando pauci senatores in curiam convenirent, Considius Caesari causam dixit esse, quod milites illius et arma timerent; cui Caesar, cur tu quoque ob eandem causam domi te non contines? quia, Considius inquit senectus me intrepidum facit. Att. I. 12. fenerator, de eius facilitate et aequitate. vid. Valer. Max. IV. 8.

mius cum Lucio fratre. Corinthia vasa, Rosc. Amer. 46. Verr. II. 19. Tusc. II. 14. et Corinthium aes, Att. II. 1. factitium, e variis metallis artificiose mistum et ante Corinthum a Mummio deletam notum. vid Dukerus ad Flor. II. 16. Bochartus Hieroz. II. 6. 16. fortasse post eam dirutam primum Romae innotuit, quum in praeda Corinthia signa et vasa ex huius modi aere facta Romam perlata. *Ern.*

CORIOLANUS, MARCIUS, Brut. 11. cum Themistocle comparatur. Auxilium petit a Volscis, Att. IX. 10. cognomen habuit a devictis Coriolis urbe Latii ad viam Appiam.

CORNELIA gens. Leg. II. 22. ex ea nemo crematus, sed omnes humati sunt. Primus ex ea familia, et quidem patricia, Sulla voluit cremari.

CORNELII, pro Corn. I. tam multi fuerunt, ut etiam collegium constitutum sit.

CORNELIA, Africani maioris filia mater Gracchorum, mulier egregia, Brut. 27. 58. Filios docuit, epistolae eius, Brut. 28. Div. II. 29. Inv. I. 49.

CORNELIA, Fam. V. 6. uxor P. Sextii, Corn. Scipionis filia.

CORNELIUS pupillus Caecin. 19. est nomen exempli causa adhibitum.

CORNELIUS, Verr. III. 11. medicus C. Verris in Sicilia. Id. qui dicitur Artemidorus Cornelius. Verr. III. 28. non fuit civis Romanus sed repente Cornelius factus dicitur, *ibid.*

CORNELIUS, Verr. I. 26. lictor Verris proquaestoris.

CORNELIUS, Culleolus, Div. I. 2. eius Octaviano bello furibundam praedictionem audiendam putavit Senatus.

CORNELIUS, Q. Fr. II. 3. ad eum Nerius index, qui Sextium de ambitu postulaverat, edidit accusationis firmamenta.

CORNELIUS, Att. I. 12. negotii cuiusdam procurator.

CORNELIUS NEPOS fragm. Epp.

A. CORNELIUS, Div. I. 24. Consul cum M. Valerio in bello Samnitico, A. U. C. 410.

C. CORNELIUS, Cethegus, Brut. 18. Consul cum Q. Minutio A. U. 556.

Q. CORNELIUS, Fam. V. 6. affinis P. Sextii, frater eius uxoris, idem esse videtur, qui Terentiam convenerat de pecunia quam Cicero mutuam sumere volebat. Att. I. 12.

Q. CORNELIUS, Har. Resp. 6. pontifex minor.

CORNIADES, Fin. V. 31. Epicuri familiaris. Sic enim legendum e Davisii coniectura. Vulgo male *Carneades*. Hic enim non potuit esse inter Epicuri familiares quum hic mortuus sit Olymp. 127, 4. Carneades autem Ol. 162, 4. Corniades vero Epicuri familiaris fuit teste Plutarcho in *libro non posse suaviter vivi secundum Epicurum* Tom. II. p. 1089. C. (Vol. X. ed. Reisk p. 481.)

CORNICINUS, seu *Cornicen*, Att. IV. 2. est cognomen Cn. Oppii. Vid. *Cn. Oppius.*

CORNIFICIUS, Verr. I. 57. scriba Verris Praet. Urb.

Q. CORNIFICIUS, Act. I. Verr. 10. iudex iustissimus. *Ibid.* tribunus plebis. Att. I. 13. primus in Senatu mentionem de violatis a Clodio sacris fecit. *Ib.* 1. competitor Ciceronis in Consulatu. Fam. XII. 17. 22.

Q. CORNIFICIUS, superioris Q. Cornificii filius, Fam. XII. 25. VIII. 7. Caesaris Quaestor. Quod Fam. VIII. 7. vulgo legitur: *Cornificius adolescens Orestillae filiam sibi despondit*, Manutius adhibito Sigonii libro, sic legendum putabat; *Cornificius adolescentiorem Sullae filiam sibi despondit.* Ciceronis collega in auguratu, pro eo Cicero spopondisse dicitur. Fam. XII. 17. ei Cicero oratorem suum ad M. Brutum commendat. Fam. XII. 19. post bellum Africanum Africam provinciam obtinuit A. 708. Caesar ei Syriam provinciam attribuere voluit, quod consilium tamen exitum non habuit, Cornificius potius in Africa provincia permansit. Ad eum scriptae sunt Ciceronis epistolae, Fam. XII. 17 — 30.

C. CORNUTUS, Att. I. 14. Pseudo-Cato, h. e. imitator Catonis trib. pl. M. Pisone et Messala coss. in Sen. post Red. 9. praetor Spinthere cos.

M. CORNUTUS, Font. 15. Legatus bello sociali, homo praetorius, belli gerendi peritissimus.

M. CORNUTUS, Phil. XV. 18. Fam. X. 12. praetor urbanus Hirtio et Pansa coss.

M. et P. CORTIUS, Verr. V. 64. equites Romani in agro Tauromitano.

C. COTTA, ex Aureliis, Acad. IV. 26. Consul cum P. Servilio Gemino male vulgo M. Cotta legitur. C. bene edidit Davisius e *MSS.*

C. AURELIUS COTTA, (Marci, eius qui cum Lucullo A. 679. cos. fuit frater) natus A. U. 629. Orat. I. 7. tribunatum petit A. U. 662. Orat. I. 8. iam tum erat tantam dicendi facultatem adeptus, ut non aequalibus solum anteponeretur, sed cum maioribus compararetur, post mortem Crassi per invidiam tribunatu depulsus, paucis post mensibus reus lege Varia factus urbe cessit Orat. III. 3. rediit A. U. 671. Brut. 90. Verr. III. 7. Ei et L. Octavio consulibus A. U. C. 678. senatus permisit, ut vini et olei decumas et frugum minutarum e Sicilia Romae venderent; eas tamen contra dicente Sthenio lege Hieronica vendunt, Pis. 26. ex consulatu in Galliam profectus nullo certo hoste triumphi cupiditate flagravit; cuius spem ei mox mors ademit. N. D. III. inducitur disputans ex Academicorum sententia contra Stoicos de natura deorum. Corn. I. de suis legibus abrogandis refert. N. D. I. 6. Academicus. Brut. 49. 55 — 57. summus aetatis suae orator. Att. XII. 20. contra eum Cicero adolescens Arretinae mulieris libertatem defendit Caecin. 33.

L. AURELIUS COTTA, Caecil. 21. Brut. 21. accusatur a P. Africano minori, defensus a Q. Metello Macedonico, absolvitur, veterator habitus est, h. e. callidus in causis agendis. Tribunus plebis fuit A. U. 599. consul A. U. 609. Exemplum calliditatis in tribunatu habet Valer. M. VI. 5. cf. Font. 13. in Q. Caecil. 21.

L. AURELIUS COTTA, L. F. L. N. Orat. II. 47. Trib. pl. A. U. 658. cum T. Didio et C. Norbano quo rogationem in Caepionem ferente, quum una cum Didio intercedere vellet, vi e templo pulsus est. Orat. III. 11. Q. Catuli sodalis, gaudebat gravitate linguae et sono vocis agresti. Brut. 36. mediocris Orator quum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico imitabatur antiquitatem. Brut. 74. valde se dilatandis literis a similitudine Graecae locutionis abstraxerat, sonabatque subagreste quiddam planeque subrusticum. Orat. III. 12. messores videbatur imitari.

L. COTTA, M. frater. Auctor legis Aureliae iudiciariae, Catil. III. 8. Agrar. II. 17. L. Torquati collega in consulatu, A. U. 688. Catil. III. 8. iis consuli-

bus complures res in Capitolio de caelo percussae. Fam. I. 12. eo et Torquato Consulibus Iupiter Capitolium petiit et ignes iniecit. Div. XII. 2. desperatione in Senatum non venit. Dom. 26. negavit legem de Ciceronis reditu ferendam esse quod lex Clodia iure lata non esset. Div. II. 21. Att. XII. 23.

M. COTTA, (C. Aurelii Cottae oratoris et Academici frater) Verr. V. 13. L. Luculli collega in consulatu, A. U. 679.

M. COTTA, Att. X. 16. XII. 22. Praetor Sardiniam tenet Marcello et Lentulo Coss. ex SCto in bello civili.

COTTUS, Pis. 31. rex Bessorum, L. Pisonem Macedoniae proconsulem pecunia corrumpit, ut legatos Bessorum interficiat.

L. VARIUS COTYLA, Phil V. 2. ad Antonium Mutinam obsidentem se confert. Phil. VIII. 10.

COUS, Verr. IV. 60. ab insula Co, inter Asiaticas sita ad oram occidentalem, in qua urbs eodem nomine.

CRABRA AQUA, Agrar. III. 2. aquae ductus Romae ex agro Tusculano ad urbem deductus: sed postea Tusculanis aqua Crabra relicta sub Augusto. vid. de ea Frontin. de Aquaeduct. n. 9. pro aqua Crabra Cicero Tusculanis vectigal pendit. Agr. III. 2. *Ern.*

CRANNON, Orat. II. 86. urbs Thessaliae: melior scriptura est Cranon, ut docet Drakenb. ad Liv. XXXVI. 10. qui et h. l. sic scribi tradit in Cod. Traiectino. *Ern.*

CRANTOR, Orat. III. 18. Acad. I. 10. Academicus e vetere Academia, nil ab Aristotele dissentit. Acad. IV. 44. Tusc. I. 48. Eius consolatio est liber eius de luctu, qui laudatur, cf. Att. XII. 21.

CRASSIPES, Fam. I. 7. Att. IV. 5. Ciceronis filiam ducit. cf. Q. Fr. II. 5. 6. Div. XIII. 9. Bithyniae quaestor. Att. IX. 11. Caesarianus, Crassipes est cognomen gentis Furiae. M. Furius Crassipes, Praetor est ap. Liv. XXXVIII. 42. etc. quod etiam docet Manut. ad Cic. Div. I. 7. ubi negat, se praenomen huius Crassipedis reperire potuisse. Desponsa ei est Tullia ante profectionem in Ciliciam, sed dimissa mox. Cicero tamen cum eo postea amicitiam coluisse videtur. vid. Tunstalli Epistola ad Midlet, p. 187. 188. *Ern.*

CRASSICIUS, Phil. XIII. 2.

L. LICINIUS CRASSUS, Orator ad Her. IV. 2. 3. Orat. I. 7. Rab. 7. Inv. II. 37. natus A. U. 613. Brut. 43. cos. A. U. 658. cum Q. Mucio Scaevola, Brut. 64. mortuus A. U. 662. Brut. 88. Orat. III 1. 2. Her. IV. 2. eius facultas dicendi. Her. IV. 3. locus ex eius oratione. Orat. II. 11. locus ex oratione quam contra collegam censor habuit. Orat. II. 40. alius ex oratione contra Carbonem. Rab. Perd. 9. Orat. I. 9. is et Antonius omnes superiores oratores eloquentia superavit. Orat. II. 66. eius in concione dictum in Memmium, *ibid.* II. 70. facetissimum eius dictum quo testem Silum ridendum praebuit. Orat. II 74. 81. eius responsum de oratoribus qui aliquid mali facerent dicendo obessentque ei quem defenderent. Pis. 26. triumphi e Gallia nimis cupidus. Orat. II. 1. putabatur non praeter puerilis aetatis modum doctus, Brut. 36. 39. 43. 50. 86. 87. summus orator; eius eloquentiae laudes. Verr. III. 1. eum poenituit C. Carbonem in iudicium vocasse. Font. 7. etsi summus in eo pudor fuit, summum ingenium, summa auctoritas, tamen is, cuius etiam sermo testimonii auctoritatem habebat, testimonio ipso quae in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. Dom. 19. de pluribus rebus simul ferre ausus est contra legem Didiam et Caeciliam. Cluent. 51. Orat. II. 54. 55. L. Plancium defendit contra M. Brutum eumque facetissime ludit. Fam. IX. 21. accusat C. Carbonem eum, qui Africano vim attulisse existimatus est. Off. I. 30. in eo multus lepos erat, I. 37. uberior eius oratio nec minus faceta, II. 13. 14. maximam sibi peperit gloriam ex illa accusatione Carbonis. Orat. II. 47. 48. defendit C. Norbanum contra accusatorem Sulpicium, *ibid.* 55. eius orationes de colonia Narbonensi et de lege Servilia. II. 18. orationem scripsit, in qua est de redimendis captivis et de locupletandis tenuioribus, III. 11. II. 64. legem tulit, ne esset pro cive, qui civis non sit Orat. I. 55. ius civile didicerat, II. 55. M. Brutum ulciscitur 56. oratio contra Cethegum in Censura dicta laudatur. III. 1. eius mors. Verr. IV. 50. Off. II. 16 magnificentissima aedilitate cum Q. Mucio Scaevola functus est. Orat. I. 39. 56. 57. II. 32. Caecin. 24. defendit causam Curianam apud centumviros. Orat. I. 7. Philippo consule A. U. 662. ludorum Romanorum diebus contulit se in Tusculanum; ibique fingitur habuisse dialogos de

Oratore. *ibid.* sermone de rei publicae periculis quae imminebant confecto tanta in eo humanitas fuit ut omnis illa superioris tristitia sermonis tolleretur. Orat. I. 13. cum philosophis Athenis disserit. Orat. I. 17. dicit se ante ad agendum in foro, quam ad cognoscendam artem dicendi venisse. Orat I. 20. eius ingenium laudatur a Charmada, cui visus est perpugnax in disputando. Orat. I. 27. mirificus in eo pudor fuit. *ibid.* 35. in oratione eius divitiae atque ornamenta. Orat. I. 52. locus ex eius concione, quem Antonius divinitus, P. Rutilius turpiter et flagitiose dictum censebat. Orat. II. 1. opinio fuit eum non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima institutione puerili potuisset. *ibid.* Graece sic locutus est, ut nullam aliam linguam nosse videretur. *ibid.* Graecis Romanorum prudentiam in omni genere antetulit. Orat. II. 33. in animo habuit ius civile in certa genera cogere et ad artem redigere. Verr. II. 78. „in eiusmodi causa (qualis erat Verrina) quid facerent omnes Crassi et Antonii? Tantum opinor; ad causam non accederent, ne in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. Liberi enim ad causas solutique veniebant neque committebant, ut si impudentes in defendendo esse noluissent, ingrati in deserendo existimarentur."

L. CRASSUS, Brut. 58. P Nasicae et Liciniae, C. Laelii neptis, filius, a L. Crasso, avo materno, testamento adoptatus. cf. Plin. XXXIV. 3.

L. Papirius CRASSUS, Div. IX. 21. vide in Papirius.

M. CRASSUS, Orat. I. 36. praetor A. U. 648. Fin. V. 30. ἀγέλαστος, quia semel in vita risit, auctore Lucilio, Plin. H. N. VII. 19. nunquam risisse, ait.

M. LICINIUS CRASSUS, P. fil. M. ἀγελάστου nepos. Cos. cum Cn. Pompeio A. U. 683. iterum cos. A. U. 698. Fam. I. 1. Brut. 64. 65 sq. qualis orator. Verr. V. 2. contra fugitivos in Italia mittitur: impediit, ne fugitivi Messanam transire possent. Facc. 14. classe L. Flacci ab Aeno in Asiam navigavit. Balb. 7. Balbum defendit. Muren. 23. L. Murenam defendit. Har. resp. 6. pontifex. Phil. II. 3. cum eo multae Ciceronis contentiones fuere. Att. I. 14. laudat in Senatu Ciceronis consulatum. 17. impellit publicanos Asianos, ut locationem induci postularent. IV. 13. nulla dignitate paludatus abit in Syriam. Tusc. V. 39. surdaster fuit.

Div. I. 16. quid ei acciderit dirarum obnunciatione neglecta. II. 9. trans Euphratem cum ignominia et dedecore perit. *ibid.* 40. omen, quod ei Brundisii oblatum est. Off. I. 30. Sullae deservit, ut quod velit consequatur. *ibid.* 8. eam demum pecuniam magnam iudicat, cuius fructibus exercitus ali possit.

M. CRASSUS, Balb. 23. eum Mamertini ex lege Papia repetere instituunt; quia ex Mamertino aut civis factus erat Rom. aut se pro cive gerebat.

P. CRASSUS, Brut. 19. cum Africano mai. consul fuit, A. U. 548. idem Pontifex Max. cognomine Dives dictus. Liv. XXXI. 1. ubi eius insigne elogium.

P. CRASSUS, Mucianus Dives, Brut. 26. Orator valde probatus, adoptatus a P. Crasso Divite, P. Mucii filius naturalis, et P. Scaevolae frater, domi ius civile cognoverat. Orat I. 37. multis rebus elegans homo et ornatus. *ibid.* eius de eloquentia et iuris studio coniungendo sententia. Orat. I. 50. idem fuit eloquens et iuris peritus. Orat. I. 56. aedilitatem petit. *ibid.* ab homine quodam rusticano consultus ei sic respondet ut de eo responso Galba disputandi occasio veniret. *ibid.* 57. ICtus cf. I. 13. Rupert. ad Enchir. Pompon. III. 6. Perizon. Animadv. c. 9. etc. Phil. XI. 8. Pontifex M. multam dicit Collegae Consuli L. Valerio Flacco flamini Martiali, si a sacris discessisset, A. U. 622. quod nolebat eum ad bellum cum Aristonico proficisci, ad quod ipse profectus foede periit, Vell. II. 4. Eius gener C. Galba, Brut. 33. *Ern.*

P. CRASSUS, Font. 15. Legatus L. Caesaris in bello sociali. cf. Appian. B. C. I. p. 635. Orat. III. 3. in seditione Mariana se ipse sua manu interficit. Arch. 5. Censor cum L. Iulio Caesare nullam populi partem censet, A. U. 664. Consul fuit A. 656. cum Cn. Lentulo Clodiano. Est M. Crassi qui cum Caesare et Pompeio coitionem fecit pater. In inscriptione antiqua ap. Muratorium ad h. a. est praenomen M. *Ern.*

P. CRASSUS, Att. XII. 24. Venuleiae filius, utrum vivo adhuc patre, P. Crasso, an mortuo interierit.

P. CRASSUS. M. Crassi, qui cum Caesare et Pompeio coitionem fecit fil. Q. Fr. II. 9. Ciceronis studiosissimus, Fam. V. 8. laudatur. Brut. 81. fuit optime institutus, perfecte planeque eruditus; ineratque ingenium satis acre et orationis non inelegans copia. Cae-

sari miles operam navavit, deinde in bellum Parthicum patri auxilio missus est, ibique hostem cupidius persequens, vulneratus, ne in hostium manus veniret armigeri sui gladio se occidendum praebuit. Plutarch in Crasso, c. 26.

P. CRASSUS, Sen. p. Red. 9. praetor P. Lentulo Spinthere Consule.

CRASSUS IUNIANUS, Q. Fr. III. 8. homo Ciceroni deditus. Manutium qui legendum putabat: *Crassus Licinianus* refutavit Lambinus auctoritate duorum nummorum, in quibus nomen Crassi Iuniani occurrit.

CRATER. Sinus ad Baios inter Misenum et Athenaeum s. Minervae promontorium, Att. II. 8.

CRATERUS, Att. XII. 13. 14. medicus Ciceronis aetate.

CRATES, Acad. I. 9. Academicus, nil mutat in veteri disciplina a Platone tradita.

CRATIPPUS, Off. I. 1. Fam. XII. 16. M. Ciceronis filii praeceptor. Div. I. 3. familiaris Ciceronis, par summis Peripateticis, somniorum et furoris divinationi fidem tribuit, reliqua reiicit. *Ibid.* 32. statuit animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos; reddit rationem vaticinationum et somniorum.

CRATIPPUS Tyndaritanus, Verr. IV. 12. ei phaleras Verres aufert.

C[illegible]BRIUS. Eum Romae esse Q. fratri Cicero nuntiat, Q. Fr. [illegible]. 6.

M. CREPEREIUS, Act. I. Verr. 10. Trib. militaris factus, A. U. 685. iudex in causa Verrina ex acerrima illa equestri familia et disciplina.

CRESPHONTES, Her. II. 24. Aristomachi filius ex Herculis genere, Rex Messeniae fraudibus factus, duxit uxorem Meropem Cypseli Arcadis filiam etc. vid. Pausanias p. 151. 285. sqq. ed. Kuhn. Hygin. fab. 148. de eo est *Cresphontes* Euripidis fabula, quae laudatur Tusc. I. 48. Item Ennii Her. II. 25. *Ern.*

CRETA, insula Graeca inter Aegaeum et Cyrenaicum mare. Inde *Cretenses.* Iis Pompeius spem deditionis haud ademit, obsidesque imperavit. Manil. 12. 16. Fla[illegible] [illegible]se, *ibid.* 13. Creta Metelli virtute Romanis subiecta.

CRETES, Tusc. II. 15. incolae. Cretae, Mur. 35. eorum nemo gustavit umquam cubans.

Q. CRISPUS, e Marciis, Fam. XII. 11. 12. Imperator et Proconsul Asiae, eius dignitas commendatur.

CRISPUS coheres Mustelae, Att. XII. 5. XIII. 3.

CRITIAS, Tusc. I. 39. de XXX. Tyrannis, Theramenem ad mortem adigit. Orat. II. 22. eius scripta extitere Ciceronis tempore.

CRITO, Tusc. I. 43. Socratis discipulus. Div. I. 53. non paret Socratis monito. I. 25. ei Socrates suam mortem praedicit.

CRITONIUS, Att. XIII. 21. Caesarianus.

CRITOLAUS, N. D. III. 38. Dux Achaeorum, evertit Corinthum. Fuit enim causa belli Achaici, quo Corinthus eversa est. v. Flor. II. 16. Polyb. Excerpt. legat, c. 144.

CRITOLAUS, Fin. V. 5. Aristotelicus. Orat. I. 11. Orat. II. 37. 38. cum Carneade et Diogene Stoico Romam legatus Atheniensium venit, mulctae propter Oropum irrogatae deprecandae causa. Tusc. V. 17. eius libra.

CRITOLAUS, Verr. IV. 26. Ennensis.

CRITONIUS Caesarianus, Att. XIII. 21.

CRODUNUM, Font. 5. pro quo alii *Crodimum* legunt; locus fuit obscurus in provincia Gallia, fortasse non procul Tolosa.

CROESUS, Fin. II. 27. III. 14. IV. 12. Div. I. 19. 53. II. 56. eius filius, quum esset infans, loquitur.

CROMMIU - ACRA, Fam. XII. 13. promontorium Cypri, Κρομμυου ἄκρα Graec. contra Anemurium, promontorium Ciliciae. vid. Victor, ad h. l. *Ern.*

Q. CROTO, Rabir. perd. 11. eius servus Scaeva occidit Saturninum.

CROTON, Att. IX. 19. urbs in Brutiis: unde *Crotoniatae.* Inv. II. 1. ubi narratur Zeuxin pictorem ab iis adhibitum, qui templum Iunonis egregiis picturis locupletaret.

CRUSTUMINA tribus Planc. 16.

CTESIPHON, Orat. III. 56. Atheniensis, pro quo extat Demosthenis oratio.

CULARO, Fam. X. 23. oppidum in finibus Allobrogum. Vid. *Civaro.*

CULEO, Att. III. 15. VIII. 12. familiarissimus Pompeii, ut Theophanes; per eum Atticus Ciceroni consilia dat tempore Clodiano.

vet. Fam. I. 4. vir Consularis. Pison. 19. de Dardanis triumphat e Macedonia rediens. Verr. Att. I. 7. nuntiat Verri, eum comitiis Hortensii consularibus absolutum esse; h. e. quia Hortensius consul designatus sit, nihil ei ab accusatione metuendum. Orat II. 25. Cossos fratres defendit contra M. Antonium Oratorem. Att. I. 14. P. Clodium in Senatu iuvare frustra studet. Har. Resp. 6. Pontifex. Fam. VIII. 11. negat se permissurum ut Ciceroni supplicatio decernatur. Vat. 10. laudatur; ei insidiatur Vatinius. Orat. 32. Brut. 60. memoria destituitur subito. Off. II. 17. dicebat se omnia, quae haberentur amplissima, sine ullo munere adeptum esse. Fam. II. 2. moritur Calvino et Messala coss. Brut. 58. 59 60. orator Latine non pessime loquebatur, sed erat indoctus, memoria nulla, actione ridiculus. Eius filius est qui sequitur.

C. SCRIBONIUS CURIO C. fil. (ad quem sunt Ciceronis epistolae lib. II. ad Fam.) ob impudicam cum M. Antonio consuetudinem *filiola* Curionis dicitur. Att. I. 14. item scortum Antonii, Phil. II. 18. coniicit lites futuras esse inter Clodium et Caesarem ac Pompeium, Att. II. 7. odit hos tamquam reges superbos, Att. II. 8. narrat Ciceroni Clodium tribunatum plebis petere. Att. II. 12. ei plausus, salutatio aliaque signa benivolentiae a bonis impertiuntur, quia Caesari et Pompeio adversatur, Att. II. 18 adducitur in suspicionem facinoris, quo nonnulli Vettium induxisse dicebantur ad necem Pompeio inferendam. Att. II. 24 Eius merita in Ciceronem tempore Clodiano, Fam. II. 1. ei pater decedit, Fam. II 2. eius libertus Rupa excusatur, quod in funere patris ludos non promiserit, Fam. II. 3. eum Cicero ad studium summae laudis cohortatur, Fam. II. 4. ei ex provincia in Italiam adventanti Milonis causa consulatum petentis commendatur, Fam. II. 6. eius theatrum in funebri patris munere exstructum, Fam. VIII. 1. tribunatum petit, Fam. VIII. 4. nihil consilio facit, *ibid.* videtur in tribunatu bonos et senatum secuturus, *ibid.* tribunus fit A. U. 702. exeunte, Fam. VIII. 5. videtur initio Pompeio contra Caesarem facere, Fam. VIII. 8. 10. dat Caelio pantheras Africanas, Fam. VIII. 8. ei Cic. tribunatum plebis gratulatur, Fam. II. 7. petit pontificatum, *ibid.* eius auxilium Cic. exposcit, ne sibi provincia prorogetur, *ibid.* ei tribunatum conglaciare Caelius scribit, Fam. VIII. 6. ferventissime

concerpitur, *ibid.* pro Caesare loqui coepit, *ibid.* cogitat de Memmio exsule restituendo, Att. VI. 1. eius constantia in senatu omnia potius in senatu actum iri sperat Cicero quam de provinciis, Att. VI. 2. eius lex viaria et alimentaria, Fam. VIII. 6. Att. VI. 1. eius inconstantiam iactat Cicero se praevidisse, Fam. II. 13. Fam. 10. trib. pl. de agro Campano ante Caesaris adventum e Gallia dividendo ex eius lege laborat, ne Caesar dividere possit, Fam. VIII. 10. Brut. 81. naturam habuit admirabilem ad dicendum, plane eruditus; temeritate in bello civili periit, A. U. 705. Caes. de bello civ. II. 23 — 42. cur negaverit se pati posse ut supplicationes (etiam Ciceroni) decernerentur, Fam. VIII. 11. tamen de actionum suarum cursu Ciceronis causa deflectit, *ibid.* eius sententia in discordiis Pompeii et Caesaris, *ibid.* et VIII. 13. proficiscitur ad Caesarem, Fam. XVI. 11. praesidia quae in Umbris et Tuscis erant contrahit, Att. VIII. 12. Caesar dixisse fertur nihil Curionem se duce facere, quod non hic Sulla duce fecisset, Att. IX. 14. concionatur Puteolis, inde ad Ciceronem venit, Att. X. 4. ei Caesar provinciam Siciliam assignat, et sex fasces laureatos concedit. *ibid.* fretense mare tuetur, Att. X. 7. eius bona voluntate utitur Cicero, Att. X. 8. 10. 12. et tamen eum suspectum habet, *ibid.*

C. CURIUS, pater Rabirii Posthumi, Rab. Post. 2. 17.

M. CURIUS DENTATUS, Brut. 14. trib. pl. interrege Appio Caeco, coegit patres ante comitia auctores fieri. Qua de re vid. Pighium ad A. 455. Gronov. Obs. I. 25. Drakenb. ad Liv. X. 11. Muren. 8. homo novus ad Consulatum pervenit, *ibid.* 14. de rege Pyrrho triumphat, Att. IV 15. emittit lacum Velinum. Planc. 25. Sull. 7. Fin. II. 10. *Ern.*

M' CURIUS, Brut. 53. controversiam cum M. Coponio habet, in qua Crassus eius causam egit, Scaevola vero Coponio affuit, Brut. 39. 53. 73. Orat. I. 39. 56. 57. II. 32.

M' CURIUS, Fam. II. 19. consobrinus C. Caelii Quaestoris, Flacc. 13. Quaestor urbanus Silano et Murena coss. Sen. post. Red. 8. trib. pl. P. Lentulo Spinthere cos. Eius patri quaestor fuit Cicero. Fuit autem Quaestor Sex. Peducaei in Sicilia. Ad eum Cic. scripsit

Epistolam, Fam. XIII. 49. quum proconsulari imperio provinciam regeret, incertum quam.

M. CURIUS, Phil. V. 5. M. Antonii familiaris, dissolutus.

M. CURIUS, Fam. XIII. 17. negotiator Patrensis, cuius est epistola VII. 29. Attici et Ciceronis amicissimus. Ei Tiro aegrotans commendatur. Fam. XVI. 4. 5. 9. eius testamentum Cicero deportat Romam. Att. VII. 2. eum Cicero Sulpicio commendat. Fam. XIII. 17. item Acilio Graeciae procos. Fam. VII. 50. XIII. 50.

Q. CURIUS, in Tog. Cand. homo quaestorius. Petit Cons. 3. Socius Catilinae. Eius mentio etiam est ap. Sallustium inter Catilinarios, B. C. 23.

CURSOR, Fam. IX. 21. cognomen L. Papirii.

CURTILIUS Att. XIV. 6. 10. Sextilii fundum possidet.

CURTIUS, Rosc. Am. 32. accusator, bello civili Sullano interfectus.

CURTIUS, Q Fr. I. 4. 1. trib. pl. Gabinio et Pisone coss.

C. CURTIUS, Rabir. Perd. 3. propinquus Rabirii quamquam alii aliter legunt. Vulgatam defendit Turneb. Adv. X. 23. *Ern.*

C. CURTIUS Peducaeanus, Fam. XIII. 59. praetor, A. U. 703.

M. CURTIUS Postumus, Q. Fr. II. 15. III. 1. ei Cicero a Caesare tribunatum militum petit, Att. X. 13. ab eo Atticus impediri videtur, ne initio belli civilis Italia exeat, Att. XIV. 9. interfectores Caesaris severe accusat quod eius interfecti morte laetentur, cuius facta defendantur. Att. IX. 2. Caesarianis partibus favet. Fam. II. 16. dibaphum cogitat h. e. augur fieri cupit. Att. XII. 49. dubitat an consulatum petat nec ne.

C CURTIUS MITHRES, Fam. XIII. 69 libertus Posthumi.

C. CURTIUS, Fam. XIII. 5. Ciceronis familiaris. a Caesare in Senatum legitur. *Ibid.* Valerio Orcae propraetori commendatur.

P. CURTIUS, Fam. VI. 18. frater Q. Salassi, iussu Pompeii fil. interficitur.

Q. CURTIUS bonus et eruditus adolescens Memmium de ambitu postulat. Q. Fr. III. 2.

Q. CURTIUS, Verr. I. 61. iudex quaestorius in causa Verrina, sed quod sodalis eius esset, vi populi et convitio reiectus est.

CN. POSTUMIUS CURTIUS, Verr. I. 39. civis Romanus, qui cum fratre Quinto Verris pecunias extraordinarias curabat. Vulgo ibi legebatur *Q. et Cn. Postumiis, Curtiis;* sed Manutius recte legendum censuit *Quinto et Cnaeo Postumiis Curtiis.*

Q. POSTUMIUS CURTIUS, Verr. I. 39. vid. *Cn. Postumius Curtius.*

P. CUSPIUS, Fam. XIII. 6. XVI. 17. eques Rom. magister societatis in Africa. Ciceronis familiaris, cuius necessarios Valerio Procos. Cic. commendat.

CUSINIUS, Att. XII. 38. 41.

L. CUSTIDIUS, Fam. XIII. 57. Arpinas, tribulis et municeps et familiaris Ciceronis.

CYBEA, Verr. IV. 8. V. 19. 23 navis oneraria.

CYBISTRA, Fam. XV. 2. 4. oppidum Cappadociae; ibi Cic. castra locat.

CYCLOPS, Verr. V. 56. Verres dicitur Cyclops alter multo importunior.

CYDAS Cretensis, Phil. V. 5. homo audax, M. Antonii familiaris. Phil. VIII. 9.

CYDNUS, flumen, Phil. II. 11. in Cilicia.

CYLONIUM SCELUS, Leg. II. 11. est, quod Athenienses commiserunt, Cylonis sociis supplicibus interfectis ad aram, de quo vid. Thucyd. L. I. sect. 126. add. Scalig. ad Euseb. Graeca p. 427. Suidas: Κυλώνειον ἄγος. *Ern.*

CYMAEUS FUNDUS, Flac. 20. ad Cymen, Aeoliae oppidum. *Ibid.* 7. Cymaeus Athenagoras virgis caesus.

CYNICI, Off. I. 35. reprehendunt eos, qui ea, quae re turpia non sunt, nominibus ac verbis flagitiosa ducant. *Ibid.* 41. eorum ratio est reiicienda. Orat. III. 17. eorum scholae auctor Antisthenes.

CYPRUS, insula Asiatica e regione Ciliciae asperae, unde Ciceronis provinciae Ciliciae attributa erat, Att. VI. 2. Ex ea Cicero iubet equites a Scaptio ad cogendam pecuniam missos discedere. Fam. XIII. 48. Cyprios Cicero Sextilio Rufo quaestori commendat. Flacc. 13. Cyprus per Ptolemaeum regem nihil audet.

CYPSELUS, Tusc. V. 37. Corinthi tyrannus, Demarati Tarquinii patris temporibus, add. Fat. 7.

CYRE-

CYRENAE, Planc. 5. urbs Cyrenaicae regionis in Africa, unde Cyrenaeus, Tusc. I. 42. et Cyrenaicus, Acad. IV. 42. Agr. II. agri Cyrenenses.

CYRENAICI, philosophi, Orat. I. 17. eorum scholae auctor Aristippus. Tusc. III. 12. eorum de origine doloris sententia refellitur. Acad. IV. 7. in solo tactu doloris et voluptatis iudicium veri esse dicunt. *Ibid.* 46 nihil putant esse iudicii praeter permotiones intimas. add. 24.

CYRRHESTICA, Att. V. 18. pars Syriae confinis Ciliciae nomen habet a Cyrrho urbe. Plin. V. 23. quae non confundenda est cum Cyrrho Macedoniae a qua Cyrrhestica Minerva dicitur, quod in ea urbe templum Minervae Alexandri M. iussu exstructum est. vid. Diodor. Sic. L. XVIII. p. 584. sed ibi pro ἐν Κύρνῳ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς sc. templum exstrui iussit, legendum, auctore Wesselingo ad Itiner. Hieros. p. 606. ἐν Κύῤῥῳ. Inde autem, ut hoc addamus, cultus migravit in Syriam, ubi templum Cyrrhesticae Minervae memorat Strabo L. XVI. p. 1090. Ipsa urbs Cyrrhus Syriae ab altera Macedoniae nomen traxisse videtur, ut plures aliae urbes Syriae cognomines urbibus Macedoniae et Thessaliae invenias, quod iis Thessali et Macedones suarum urbium nomina tribuere. vid. Vossius ad Melam. p. 448. *Ern.*

CYRSILUS, Off. III. 11. suadens, ut Athenienses in urbe manerent, et Xerxem reciperent, lapidibus obruitur.

CYRUS, maior, Q. Fr. I. 1. eius in summo imperio nemo umquam verbum asperius audivit. Brut. 29. Cyri vita et disciplina, dicitur Xenophontis Κύρου παιδεία. Sen. 9. negat se umquam sensisse senectutem suam imbecilliorem factam, quam adolescentia fuisset. Div. I. 23. Ei dormienti sol ad pedes visus. Leg. II. 22. eius sepultura. Q. Fr. I. 8. Xenophon de eo non ad fidem historiae scripsit.

CYRUS minor, Div. I. 25. cum eo militia perfungitur Xenophon.

CYRUS, Att. II. 3. architectus; eius sententia de fenestris iocose dicitur Κύρου παιδεία. Q. Fr. II. 2. eum Cic. urget de fratris aedificatione. Mil. 17. eum mortuum esse Clodio nuntiatur. Ab eo dicuntur Cyrea, Att. IV. 10. Ab eo dicta est *area Cyri*, ut legendum arbitramur Q. Fr. II. 10. pro vulg. *area Syria*.

est. Rem narrant Suid. in Δαφιδης. Valer. M. I. 8. sed paullo discrepat a ceteris Strabo, qui et Gramma icum vocat et in crucem actum dicit in Thorace, loco quodam, iussumque ab oraculo, ut sibi a thorace caveret. Utrum Daphitas an Daphidas scribendum, vid. Torren. ad Valer. l. c. *Ern.*

DARDANI, Sext. 43. incolae Dardaniae, quae est pars Moesiae superioris, Illyrico et Macedoniae finitima.

DARDANUS, Acad. IV. 22. Stoicus tempore Antiochi Academici.

DARDANUS, Fam. X. 25. libertus Furnii.

DARIUS Codomannus, Fam II. 10 apud Issum ab Alexandro M. superatus. Att. V. 20. ibi Cicero castra habuit, quae Alexander habuit. Tusc. V. 32. in fuga aquam turbidam suaviter bibit.

DECIANUS testis contra L. Flaccum, Flacc. 21. 29.

C. DECIANUS, Rabir. 9. condemnatus est, quod in concione de morte Saturnini questus est. vid. Valer. VIII. 1.

DECIDIUS Saxa. Phil. XIII. 12. vid. in Saxa.

DECIMUS, Att. VI. 6.

DECIMUS, designator, Dom. 19. Att. IV. 3. socius et assecla P. Clodii et suasor legum illius.

DECIUS, Pis. 11. Campanus.

DECIUS, Fam. V. 6. librarius, P. Sextii quaestoris.

CN. DECIUS Samnis, Cluent. 59. proscriptus a Sulla.

P. DECIUS, Qu. fil. Div. I. 24. Fin. II. 19. primus e Deciis consul fuit, et primus e Deciis se devovit. Herenn. IV. 44.

P. DECIUS, P. F. item, ut pater, se devovit: utriusque devotionis saepe fit mentio apud Ciceronem, N. D. III. 2. Sext. 21. Postum. 1. Sen. post redit. 24. Off. I. 18. III. 4. Duobus autem in locis etiam Nepotis Decii pro patria se devoventis mentio est, in Tusc. Qu. I. 37. Fin. II. 19. pater, inquit, decertans cum Latinis, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecerunt. Parad. I. 3. patrem et filium tantum nominat.

P. DECIUS Mus, Brut. 28. vita et oratione turbulentus. M. Fulvii Flacci aemulus. Orat. II. 30. Trib.

Verr. I. 18. Apollinis Delii signa ex fano eius a Verre ablata et a Dolabella reposita.

DELPHI, urbs Phocidis, Font. 10. eo usque Galli ad Apollinem Pythium atque ad oraculum urbis terrae vexandum ac spoliandum profecti.

DELPHICAE MENSAE, Verr. IV. 59. genus abaci, vel mensae e marmore, quod primum Delphis factum et inventum. Plin. XXXIV. 5. ubi v. Harduin. add. Ruben. Elect. I. ult. Salmas. ad ius R. et A. c. 23. *Ern.*

DEMADES, Brut. 9. Orator Atheniensis, Demosthenis temporibus. Orat. 26. praeter ceteros Atticos oratores facetus, nulla scripta reliquit.

DEMARATUS, Tusc. V. 38. pater Tarquinii Prisci, Corintho fugit Tarquinios.

DEMEA, Att. XIII. 30. servus.

DEMETRIUS, Att. IV. 11. Pompeii M. libertus.

DEMETRIUS, Fam. XVI. 17. homo improbus, servus Ciceronis. De eo Fam. XVI. 22. *Demetrius iste numquam omnino* Phalereus *fuit, sed nunc plane* Bilienus *est*, in quo Ernestius putat verum cognomen Bellienus a Cicerone mutatum esse levi παρονομασία *in* Bilienus ad malitiam hominis perstringendam. VIII. 15. etc.

DEMETRIUS, Poliorcetes, Off. II. eum Macedones reliquerunt, et se omnes ad Pyrrhum contulerunt.

DEMETRIUS Magnes, aequalis Ciceronis et amicus Attici Att. IV. 11. VIII. 11. 12. IX. 9. liber eius περὶ ὁμονοίας sive de concordia; hunc librum cave confundas cum altero Demetrii Magnetis περὶ ὁμωνύμων, cuius saepe mentio ap. Laërtium. v. c. I. 38. ubi vid. Menag. *Ern.*

DEMETRIUS Megas, Fam. XIII. 36. Siculus hospes Ciceronis commendatur. vid. *P. Cornelius.*

DEMETRIUS Phalereus, Atheniensis, Brut. 9. Fin. V. 9. Theophrasti discipulus. Orat. II. 23. omnium oratorum suae aetatis politissimus. Brut. 9. orator suavis sed parum vehemens. *Ibid.* 82. ex eius orationibus ipsae Athenae redolere videntur; *ibid.* est floridior Hyperide. Orat. 27. in mediocri genere princeps Graeciae; eius oratio sedate, placideque labitur. Off. I. 1. disputator subtilis, orator parum vehemens, sed dulcis. Leg. III. 6. de rep. et legibus scripsit. Fin. V. 19. patria pul-

sus ad Ptolemaeum se confert, multa in otio scripsit. R. Postum. 9. in Aegypto, aspide ad corpus admota, necatus est.

DEMETRIUS, Syrus. Brut. 91. non ignobilis dicendi magister, quo Cicero Athenis usus est.

DEMOCHARES, Orat. II. 23. Orator Atheniensis, filius sororis Demosthenis, genere dicendi molli et remissiore usus est. Brut. 83. scripsit orationes aliquot et earum rerum historiam, quae suis temporibus Athenis erant gestae, oratorio genere, non historico.

DEMOCRITUS Physicus, Tusc. V. 39. patrimonium suum relinquit discendi studio. *Ibid.* caecus fit, caecitatem utilem esse dixit. Orat. I. 12. ornate locutus est. Orat. 20. eius locutio, quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur poëma potius videtur nonnullis, quam comicorum poetarum. Orat. II. 46. Div. I. 37. negat, sine furore quemquam poetam magnum esse posse. Orat. 20. eius dictio, cur non nullis poëma videatur. Acad. I. 2. eius Physica recepit Epicurus. Fam. XV. 16. ante Epicurum φαντασίας εἴδωλα dixit. Acad. I. 13. confitetur ignorantiam, ut Socrates, Acad. IV. 17. innumerabiles mundos statuit, et quidem multos absolute pares; item homines; quae sententia cap. 18. a politioribus physicis refellitur. Acad. IV. 37. de pleno et inani omnia gigni. Fin. I. 6. sententia eius de sole et atomis. N. D. I. 12. imagines Deos facit, et naturam eas fundentem et intelligentiam nostram, *ibid.* 43. incertus in toto loco est. *ibid.* 24. atomi reprehenduntur. Div. I. 3. II. 13. praesensionem rerum futurarum comprobat, in quo non inscite nugatur. Fat. 10. auctor atomorum statuit necessitate omnia fieri.

DEMOCRITUS, Gymnasiarcha, Verr. IV. 42. Tyndaritanus.

DEMOCRITUS, Att. VI. 1. servus Attici.

DEMOCRITUS, Sicyonius, Fam. XIII. 78. hospes Ciceronis et familiaris.

DEMONICUS, Att. XV. 3. homo obscurus, eius tabula auctionaria

DEMOSTHENES, Orat. 4. Platonis frequens auditor. 26. minus facetus. Tusc. III. 26. ab Aeschine reprehenditur, quod nimis filiam luxerit. V. 36. mulierculae laudibus capitur. Div. II. 46. Rho dicere cum nequiret, exercitatione effecit ut planissime diceret, II. 57. Pythiam dixit φιλιππίζειν etc. Orat. I. 13. Brut. 9.

perfectus in dicendo et perpolitus. Orat. I. 19. ex eius orationibus Menedemus multa praeclare scripta pronuntians dicebat illum in animis vel iudicum vel populi promovendis non fuisse ignarum quibus ea rebus consequeretur. Orat. III. 4. comparatur cum Isocrate, Lysia, Hyperide, Aeschine. Orat. III. 19. Pericle familiarior Romanis propter scriptorum multitudinem. Orat. III. 56. Brut. 38. Orat. 17. in eloquentia actioni primas partes itemque secundas et tertias assignat. *Ibid.* eius oratio pro Ctesiphonte Aeschines rogatus a Rhodiis iis legit. Brut. 31. Platonem studiose lectitavit et audivit. *Ibid.* 84. maximo hominum concursu et admiratione auditur. Orat. 2. admirabile est quantum inter omnes excellat. *Ibid.* 8. Aeschini ne Demosthenes quidem videtur Attice dicere, quum ei portenta quaedam verborum obiiciat. Orat. 18. uterque alteri obiicit vocis flexiones. Orat. 26. minus facetus habetur a nonnullis; Ciceroni urbanissimus videtur, sed non tam dicax, quam facetus. *Ibid.* 29. Cicero ait eum non semper sibi satis facere. Orat. 31. nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeschini et splendore verborum. *Ibid.* eius imago ex aere in Bruti Tusculano. *Ibid.* eius orationes aliae subtiles aliae graves, multae variae. Orat. 38. eius oratio pro Ctesiphonte, exemplum generis dicendi παθητικοῦ Orat. 39. sententiarum ornamentis frequentissime utitur. Orat. 70. eius non tam vibrarent fulmina nisi numeris contorta ferrentur. Opt. gen. Or. 5. eius et Aeschinis orationes contrarias de corona latine vertit Cicero. *Ib.* eius orationis de corona s. pro Ctesiphonte argumentum exponitur. Att. II. 1. Attici civis dicitur. *Ibid.* eius orationes Philippicae. *Ibid.* seiunxit se a genere iudiciali, ut grandior et πολιτικώτερος videretur.

DEMOSTRATUS, Fam. XIII. 32. libertus Cn. Octavii Nasonis.

DENSELETAE, Pis. 34. Thraciae populi; etiam Denteletae dicuntur.

DERTONA, Fam. XI. 10. urbs Liguriae, inter Genuam et Placentiam sita, Colonia Romanorum.

DESIPPUS vel DEXIPPUS, Fam. XIV. 3. servus Ciceronis.

DEXIO, Tyndaritanus, Verr. V. 42. 49. in eius filium Verris crudelitas.

DEXIUS, Fam. VII. 23. Liciniae maritus.

L. DIADEMATUS, ad Quir. p. redit 3. Qu. Metelli Macedonici filius, vid. in Metellis.

DIAGONDAS, Thebanus, Leg. II. 15. omnia sacra nocturna sustulit.

DIAGORAS, Melius, N. D. I. 1. 13. Deos tollit, ideoque Atheus dicitur.

DIANA, Inv. II. 31. apud quosdam lex erat, ne quis Dianae vitulum immolaret. Nautae imprudentes legis ei vitulum immolant et accusantur. Verr. I. 20. eius fanum fuit Pergae antiquissimum et sanctissimum a Verre spoliatum. Verr. III. 21. Verr. I. 33. eius templum Ephesi, asylum. Verr. IV. 53. Dianae templum in Insula, parte urbis Syracusarum. Harusp. 15. eius maximum et sanctissimum sacellum in Caeliculo a L. Pisone sublatum. N. D. III. 23. Dianae plures. Orat. 62. Diana Segestana. Verr. IV. 34. 35. eius signum a Verre ablatum.

DIANIUM, Verr. I. 34. V. 36. 59. Oppidum in Hispania Baetica maritima, dictum a Diana, praecipue ibi culta.

DICAEARCHUS, Peripateticus, Aristotelis discipulus, Att. II. 2. eius libros diligenter legit et admiratur Cicero. Πελληναίων liber Dicaearchi de populis Pellanaeis. Item Κορινθίων et Αθηναίων. Libros Geographicos in multis reprehendit Polybius, auctore Strabone, Geogr II p. 107 qui et ipse ei non semper fidendum monet, inprimis in occidentalibus et septentrionalibus Europae partibus, Att II. 16. vitam practicam theoreticae anteponit. Att. VI. 2. eius tabulae Geographicae laudantur. Scripsit, περι της εις Τροφονίου καταβάσεως, in quo Chaeron quidam inducitur, narrans, quae in Trophonio viderit. Utrum liber singularis fuerit, an pars libri maioris, quem Αναγραφὴν Ελλάδος inscripsit, disputant: hoc tamen probabilius videtur Hemsterhusio V Cel. ad Lucian. T. I. 339. quod mihi non est probabile, quia e loco Ciceronis patet, in dialogo scriptum fuisse illum libellum, quod Αναγραφη Graeciae non convenire videtur. Att. XIII. 31. 32. libri περι ψυχης et καταβασεως et τριπολιτικος et epistola ad Aristoxenum. Acad. IV. 39. Tusc. I. 10. tres libros de animo scripsit, in quibus animum nihil esse disputatur. Tusc. I. 31. tres libros scripsit contra immortalitatem animi, qui Lesbiaci dicuntur, quod Mitylenis sermo habetur. Div. I. 3. 50. cetera divinationis genera sustu-

lit, probat somnia et vaticinia per furorem. II. 51. eius magnus liber est, nescire ea, quae eventura sint, melius esse, quam scire. Off. II. 5. magnum et copiosum librum de hominum interitu scripsit etc. De eo vid. Reines. V. L. III. 3. *Ern.*

P. DIDIUS, Font. 15. legatus L. Caesaris in bello sociali. Appian B. C. L. I. p. 655. De eius rebus gestis in bello sociali, v. Vell. II. 16. sed ibi praenomen est T. quod e fastis Capitolinis etiam in loco Ciceronis reposuit P. Manutius. Recte. *Ern.*

T. DIDIUS, Planc. 25. Pis. 25. ex Macedonia triumphat, scilicet, de Scordiscis, ex Praetura. Fuit Praetor Illyrici, sed victo Macedoniae. Proc. Catone, propter viciniam aggressus est Macedoniam. vid. Pigh. ad a 639. 640. Est is, qui consul cum Q. Metello legem Caeciliam Didiam tulit. A. U. 655. *Ern.*

T. DIDIUS, fortasse filius superioris. Orat. II. 47. Trib. pl. cum L. Cotta. A. U. 659. vide in L. Cotta. *Ibid.* vi pulsus ex templo quum intercedere vellet rogationi Norbani in Caepionem.

DIGITI IDAEI. N. D. III. 16. sive Dactyli, sunt sacerdotes matris Deum.

DINARCHUS orator Atheniensis Demosthenis aequalis. Brut. 9.

DINEA, Larinas, Cluent. 5. 12. socrus Oppianici; eius filii M. et N m. Aurii et Cn. Magius et filia Magia veneno necatur ab Oppianico patre *ibid.* 14.

DINON, Div. I. 23. Persica scripsit. Est is, quem laudat et fide dignum iudicat Cornelius Nepos in Canone. Fuit pater Clitarchi, qui Alexandri M. tempore floruit. vid. Voss. de St. Gr. L. IV. c. 8. ubi recte ostendit, Dinonem appellandum esse, non Dionem. *Ern.*

DINOMACHUS, Tusc. V. 30. Fin. V. 8. Off. III. 33. de summo bono Calliphonem sequitur, et ita controversiam componi posse putat.

DIO, Syracusius, Orat. III. 34. Platonis discipulus. Tusc. V. 35. Platonis ad eius propinquos epistola. Est septima inter Platonicas, post mortem Dionis, patriae liberatoris, scripta. De eius rebus praeter Nepotem leg. Diodor. S XVI. *Ern.*

DIO, Stoicus, Leg. III. 5. de magistratibus subtiliter scripsit. Ante Panaetium scripsit, ut ex h. l. colligo. *Ern.*

DIODOTUS, Q. Fr. I. 2. 4. libertus Luculli.

DIODOTUS, Stoicus, Brut. 90. Div. XIII. 16. praeceptor Ciceronis in dialecticis domi Ciceronis mortuus est, cf. Att. II. 20. Acad. IV. 36. Antiochea contemnit. Tusc. V. 39 caecus factus, non modo literis utitur, sed etiam geometriam docet. Fidibus utitur Pythagoreorum more. Div. IX. 4. Diodori περὶ δυνατῶν opinionem non concoquebat.

DIOGENES, Apolloniates. N. D. I. 12. Aëra Deum facit. de eo Laert. IX. 57. Patria fuit Apollonia Cretae, ut e Stephano de Urb. ad eum locum docet Menagius. Vixit Anaxagorae temporibus. Physicus dictus est, et eloquentia non minus quam philosophia valuit.

DIOGENES, Cynicus, Tusc. I. 43. inhumatum se proiici iubet. Memoratur etiam Tusc. III. 23. V. 32. Mur. 36. N. D. III. 34. ect.

DIOGENES, Babylonius, Stoicus, Acad. IV. 30. Carneadis in Dialectica praeceptor. Fin. II. 8. eum Laelius audivit. III. 10. eius definitio boni probatur. Orat. II. 37. Tusc. III. 3. Senect. 7. Romam legatus mittitur. N. D. I. 15. eius liber de Minerva, in quo partum Iovis ad physiologiam traducit. Div. I. 3. Chrysippi auditor, unum librum edidit de Divinatione. II. 43. praedictionem eam concedit, qualis quisque natura et ad quam quisque rem maxime aptus futurus sit. Orat. II. 38. dixit se artem tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi h. e. διαλεκτικὴν

DIOGENES, Graecus, Div. II. 12. it. VIII. M. Caelii Rufi amicus.

DIOGENES, Cluent. 16. 19. servi nomen, quem Fabricius ad venenum Avito dandum spe et pretio sollicitavit.

DIOGNOTUS, Venerius, dicitur novum genus publicani, Verr. III. 37. qui decumas Tissensium a Verre emerat.

DIONA, N. D. III. 23. mater Veneris.

DIONYSIARCHUS, Verr. IV. 22. proagorus Catinensis.

DIONYSIA, Q. Rosc. 8. saltatrix, vid. Gell. I. 5.

DIONYSIPOLITAE, Q. Fr. I. 2. 2. pro quo Ursinus: Dionysopolitae, a Dionysopoli Phrygiae urbe, quae ad Ciceronis provinciam Ciliciam pertinuit, de qua loquitur Cicero.

DIONYSIUS, N. D. III. 21. filius Iovis et Proserpinae. vid. Anaces.

DIONYSIUS, Syracusanorum tyrannus. Div. I. 20. eius mater, quum praegnans eum alvo contineret, somniavit, se peperisse Satyriscum, etc. Verr. V. 55. 56. eius lautumiae. Div. IX. 18. dicitur ludum Corinthi aperuisse. N. D. III. 34. sacrilegus. Div. I. 33. II. 31. ostentum equi eius. Off. II. 7. Tusc. V. 19. eius tyrannis, uxores, crudelitas, miseria.

DIONYSIUS, Heracleotes, Acad. IV. 22. Zenonis Citiei discipulus. Fin. V. 31. propter oculorum dolorem a Stoicis desciscit, et fit Epicureus s. Cyrenaicus, unde μεταθέμενος dictus est.

DIONYSIUS, Stoicus. Tusc. II. 10. Ciceronis aequalis, versus orationi nullo dilectu admiscebat. Dionysium Stoicum laudat, Laërt. VI. 43.

DIONYSIUS, Magnes, Brut. 91. rhetor temporibus Ciceronis, qui cum eo in Asia adolescens multum fuit.

DIONYSIUS, Div. V. 10. servus Ciceronis, anagnostes. Div. XIII. 77. qui bibliothecam Ciceronis tractavit, fugit. Att. IX. 12. Ciceronem bello civili deseerit, quamvis valde apud eum honoratus fuerat.

DIONYSIUS, toto nomine M. Pomponius Dionysius, Att. IV. 7. 11. 15. Div. XII. 24. servus aut libertus Attici, quo Cicero usus est in instruenda bibliotheca.

DIONYSODORUS, Verr. II. 21. Syracusanus.

DIONYSUS, i. e. Bacchus, N. D. III. 23. multi Dionysi.

DIOPHANES Mitylenaeus, Brut. 27. rhetor suo tempore Graecorum disertissimus, Tib. Gracchi fil. praeceptor.

DIOSCURI, N. D. III. 21. quot modis apud Graecos nominentur.

DIPHILUS, Orat. I. 30. Crassi scriptor et lector.

DIVITIACUS, Div. I. 41. unus e Druidis.

DOCIMUS, Verr. III. 34. Siculus. Tertiam Isidori mimi filiam ad Verrem deducit.

DODONA, urbs Epiri, in cuius querceto templum Iovis et oraculum, quod dicitur Dodonaeum, Div. I. 1.

CN. DOLABELLA, Pis. 19. triumphat ex Macedonia rediens. Consul fuit cum M. Tullio Decula a

672. Brut. 92. accusatur a *C. Caesare* adolescente, defendentibus C. Cotta et Hortensio.

CN. DOLABELLA, Quinct. 8. praetor urbanus Cn. Dolabella et M. Tullio Coss. ab eo Naevius, postulat ut sibi Quintius iudicatum solvi satisdet. *Ibid.* iniquum eius decretum reprehenditur. Verr. I. 4. Verr. I. 15. sq. 36. 57. 58. praetor Ciliciae, Verre legato quem ille Malleolo occiso, pro quaestore habuit, a quo deinde, quum a M. Scauro de repetundis accusaretur Verr. I. 58. oppugnatus est, condemnatur. Verr. I. 18. iubet signa Deli e fano Apollinis a Verre ablata, reponi. Verr. I. 29. eius summa iniuria Verris gratia in causa Philodemi admissa. *Ibid.* 30. propter eam negat Cicero neque Dolabellae neque eius liberum quos miseros in egestate et solitudine reliquerit misereri posse. Hos duos Dolabellas confundunt Asconius ad Div. in Caecil. c. 7. et Corradus in Quaestura, propterea reprehensi a Perizonio. Animadv. Hist. c. 2. p. 54. *Ern.*

CN. DOLABELLA, Fam. II. 15. 16. Ciceronis gener, libertate sua molestias sibi contrahit. VII. 33. declamat apud Ciceronem. II. 13. Appium Pulchrum accusat. Att. VII. 8. haeres fit Liviae cuiusdam. Phil. II. 30. in bello civili Caesarem secutus, omnibus pugnis interfuit, in Hispaniensi vulnus accepit. Phil. II. 32. eius consulatum impedire studet Antonius. Fam. IX. 14. eius consulatus laudatur, ob eversam columnam Caesarianorum in foro, et seditiones compressas. Phil. I. 2. 12. acta in consulatu post Caesaris mortem. Phil. XI. 1. proconsul Syriae crudelissime C. Trebonium interficit. Phil. XI. 6. hostis iudicatur. *Ibid.* 7. eum Cic. bello persequendum censet. *Ibid.* 12. idque bellum C. Cassio committendum. Fam. XII. 14. ab Antiochia exclusus Laodiceam se contulit. *Ibid.* 12. cum exercitu suo ex Syria in Ciliciam transit. Brut. 92.

P. DOLABELLA, Caecin. 8. Praetor urbanus, apud quem est acta causa Caecinae.

P. DOLABELLA, Div. VIII. 4. Quindecimvir fit. Nescio an idem.

DOLOPES populi Epiri. Pis. 37. 40.

DOMITIA VIA, Font. 4. in Gallia provincia, quam nomen tulisse putat Hotomanus a Cn. Domitio, qui pro Cos. cum Gallis et Allobrogibus bellum gessit.

DOMITIUS, Her. III. 21. a Regibus Marcis loris caesus.

Vatin. 10. laudatur. Brut. 77. latine multaque cum libertate, sed sine arte dicebat. Phil. II. 11. 29. bello civili interiit. v. Caesar B. C. III. 99. memoratur etiam sqq. locis. Verr. I. 3. Fam. VI. 21. VIII. 1. VIII. 12. etc.

DOMITIUS, Appulus, Phil. XI. 6. Septemvir Antonianus. Div. VIII. 15. hospes Caesaris Intemelii

DORES, populi Graeciae, in Aetolia, a Doro filio Hellenis, qui terram illam primus occupavit. Flacc. 27.

DORIS, Locrensis, Tusc. V. 20. uxor Dionysii Tyranni.

DOROTHEUS, Verr. II. 36. Thermitanus, a Verre diligitur; Sthenii inimicus.

DORYLAEUM, oppidum in Phrygia. Flacc. 11. ibi falsarum et corruptarum literarum poena gravior; inde *Dorylenses*, eius incolae.

DORYLAUS, Deiot. 15. legatus Deiotari ad Caesarem.

DORYPHORI statua. Orat. 2.

DOTERIO, Att. I. 6. histrio.

DRACO, Orat. I. 44. primus Atheniensium legislator.

DREPANITANUS, Verr. II. 57. a Drepano Siciliae oppido et promontorio.

DRUIDAE, Div. I. 41. vates et augures in Gallia de quibus vid. Caesar. B. Gall. V. 13. 14.

C. LIVIUS DRUSUS, Brut. 28 eius filii duo C. et M. Pronepos est Drusi, qui primus cognomen hoc ab interfecto Drauso Gallorum duce tulit, ad quem Popma refert locum. Att. VII. 2. Sed Pighius A. U. 637. refert ad M. Drusum C. F. qui Her. II. 13. praetor dicitur, de quo, totaque familia v. Sueton, in Tiber. 3. *Ern.*

C. LIVIUS DRUSUS, C. Fil. Brut. 28. qualis orator fuerit. Tusc. V. 38. ICtus, qui etiam, quum caecus factus esset, de iure diligenter respondit, et a multis consultus est. Hunc Drusum vulgo in veterum ICtorum commemoratione praetermittunt, etiam Pomponius.

M. LIVIUS DRUSUS, C. fil. Brut. 28. tribunus pl. A. U. 631. C. Gracchum iterum trib. pl. fregit. Nam ita legendum esse, non *fecit*, viri docti ad unum omnes censent, et res postulat, eius tribunatus pro senatus auctoritate susceptus. Orat. I. 7. Hic est ille Drusus, qui hanc ipsam ob rem, quod senatus causam contra Gracchum egit, Patronus Senatus appellatus est. Sueton. l. c. Ad hunc Drusum referunt etiam illud de Off.

I. 30. In M. Druso adolescente magna fuit severitas. Sed mihi ad eius filium referendum videtur. Ipsa verba Ciceronis id docent. Primo ponuntur L. Crassus et L. Philippus, quo Consule dein tribunus M. Drusus fil. fuit, deinde C. Caesar, L. F. Iisdem temporibus dicitur multa severitas fuisse in M. Scauro et in M. Druso adolescente. Orat. 63. eum mortuum in concione C. Carbo alloquitur eiusque dictum laudat. Pater autem illis temporibus adolescens non fuit. Item M. Drusus filius et M. Scaurus, ut hic iunguntur, Dom. 19. Her. II. 13. praetor urbanus iudicium reddidit, quod cum herede mandati ageretur. Hunc M. Drusum Pighius refert ad A. U. 637. hoc argumento ut opinor, quod tribus annis post consul factus est, quo ille saepe in digerendis Praetorum annis usus est. Si recte: est ille ipse Patronus Senatus. Nam tribunatus Gracchi secundus cadit in A. U. 631. etc. Obtinuit aliquot annis post Macedoniam ex Consulatu A. U. 641. gesto, et Scordiscos vicit. vid. Flor. III. 4. et Valentem, Num. Fam. R. T. I. p. 51. 52. *Ern.*

M. LIVIUS DRUSUS, M. fil. Dom. 46. trib. pl. A. U. 662. et Pontifex, Q. Caepionis inimicus, unde inimicitiae ortae docet Plin. XXXIII. 1. Mil. 7. M. Catonis Uticensis avunculus. Brut. 49. 62. M. Bruti avunculus magnus. Orator gravis cum de rep. diceret. Off. I. 30. severitas in eo adolescente fuit. vid. in M. Drusus. C. F. Cluent. 56. Postum. 7. eos, qui res iudicarunt, equites, tentavit quaestionibus constitutis in iudicium vocare. Her. IV. 34. *ut si quis Drusum Gracchi nitorem obsoletum dicat.* Eae reiiciuntur. Mil. 7. Senatus propugnator ac paene patronus. Orat. III. 1. refert ad Senatum de conviciis L. Philippi Consulis, quibus in concione in Senatum usus erat, etc. Dom. 16. 19. de pluribus rebus simul ferre ausus est contra legem Caeciliam et Didiam. Senatus decernit, ne eae leges valeant. vid. Leges Liviae. Planc. 14. Eum faceto responso perstringit Granius. Rabir. Perd. 7. Consulibus adest contra Saturninum. Mil. 7. domi suae interficitur in tribunatu. Her. IV. 22. Mil. 7. N. D. III. 33. eius percussor fuit Q. Varius, de eo v. inpr. Vellei. II. 13. 2. eius consuetudine devinctus Archias poeta. Arch. 3.

DRUSUS, Div. VIII. 14. homo turpibus libidinibus deditus, iudex est inter reos de lege Scatinia. Ad eum referenda fortasse sunt etiam haec. Att. II. 7. ubi Pisau-

Pisaurensis vocatur. Div. XI. 19. Att. IV. 15. 16. a Cicerone defenditur, accusatus a Lucretio.

Caeso s. K. DUILLIUS, Div. IX. 21. Consul. A. U. 417.

C. DUILLIUS, M. F. Orat. 45. dicitur et Duellius et Bellius. Item Billius. v. Ciacconium ad Columnam Rostratam et Pighium ad A. U. 493. Senect. 13. Poenos primus classe vicit. Planc. 25. in verbis: *quis nostrum se dicit — C. Duellio parere*, vulgo legebatur *P. Duellio*. Sed quia ex contexto intelligitur, de hoc Duellio esse sermonem, qui bello Punico I. primus mari Carthaginienses vicit, recte viri docti censuerunt, legendum esse C. Duellio. *Ern.*

DURIS Samius, Att. VI. 1. homo in historia diligens. Vixit Ptolemaei Philadelphi temporibus. De eius scriptis consule Voss. de Hist. Gr. I. 15. quem compilavit Harduinus in Indic. Auct. Plinian. add. Diodor. S. XV. p. 373. 374 *Ern.*

C. DURONIUS, Att. V. 8.

M. DURONIUS, Orat. II. 16. accusat M. Antonium oratorem censorem de ambitu. Hic Duronius post a Censore M. Antonio et collega L. Flacco de Senatu motus est, quod in tribunatu legem de coercendis conviviorum sumptibus latam abrogaverat. vid. Valer. M. II. 9. 5. *Ern.*

DYMAEI, Att. XVI. 1. a Dyma urbe Achaiae, in quam Pompeius bello piratico magnum numerum piratarum locaverat, ut, quoniam ea urbs mediterranea esset, a rapinis maritimis abstraherentur.

DYRRHACHIUM, celebris urbs in Illyrico, ad mare, unde in Italiam traiectus erat. Planc. 41. Eo Cicero exsul venit. Sext. 67. in litore Dyrrhachino Opimii sepulcrum desertum. Pis. 38. ibi Piso obsidetur a militibus

DYRRHACHINI, Sext. 43. Prov. Cons. 3. Pis. 40. ab iis L. Piso maximas pecunias cogit.

E.

ECBATANA, L. Manil. 4. Mediae caput, quod Tigranes Rex Armeniae tenebat. Armenii enim Medis aliquot provincias eripuerant, atque cum his etiam Ecbatana, totius Mediae caput. vid. Graev. ad h. l. Multa de hac urbe lectu digna habet Bochart. Geogr. S.

P. I. L. III. 14. ubi inter alia docet, nomen habere a diversicoloribus pinnis septem murorum, quibus cincta fuit. *Ern.*

ECHECRATES, Fin. V. 29. Pythagoreus, Locrensis, Platonis aequalis. Eum etiam Iamblichus, aliosque duos eiusdem nominis, commemorat inter Pythagoreos c. ult. Vit. Pyth. et Laërt. VIII. 48. *Ern.*

ECHION, pictor, Brut. 19. Parad. V. 2. cf. Plin. hist. nat. XXXV. 7.

EDISSA, Verr. lib. V. 34. urbs Siciliae cum portu, cuius nemo praeter Ciceronem mentionem fecit. Sed Cluverius ex coniectura legit, Graevius autem e Codd. Mss. Franc. et Reg. restituit: *Odysseae*, quae urbs fuit ad promontorium Odysseum post Pachynum in australi latere. Sed Bochartus Geogr. S. P. II. L. I. c. 29. ostendit, Edissam esse Phoenicum coloniam, idque nomen a Graecis mutatum in Odysseam, non intelligentibus vim nominis, quod locum myrtis frequentem significat, et putantibus, ab Ulysse dictam, qui prope eam Hecubae cenotaphium erexit. *Ern.*

EDUI, vid. Aedui.

EGERIA, Leg. I. 1. Nympha, quacum Numa collocutus est

EGESINUS, Acad. IV. 6. Evandri auditor, Academicus. Pergamenus, in quo media Academia desiit. Laërt. IV. 60.

EGGYNA, sc. civitas, in Verr. III. 40. male pro Engyna, quod vide. cf. Cluveri Sic Antiq. II. 11. *Ern.*

EGILIUS, Orat. II. 68. Hunc locum laudat Nonius in v. *Colus.* Sed ibi edd. vett. omnes pro *Egilia* habent *Decilla.* „Quum Q. Opimius consularis qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egilio qui videretur mollior nec esset, dixisset: *Quid tu Egilia mea? quando ad me venis cum tua colu et lana.* — *Non pol* inquit *audeo. Nam me ad famosas vetuit pater accedere*, unde Turnebus coniicit *Decium* intelligi, a quo postea tribuno plebis vocatus est in iudicium Opimius.

CN. EGNATIUS, Cluent. 48. Senator. Filium Cn. Egnatium exheredat, quod in iudicio Iuniano pecunias cepisset.

EGNATIUS MAXIMUS, Att. XIII. 34.

EGNATIUS, Sidicinus, Att. VI. 1. debitor Ciceronis.

L. EGNATIUS, Att. X. 15. foenerator. VIII. 18. IV. 12. hic forte idem cum seq.

L. EGNATIUS RUFUS, Fam. XIII. 43. etc. eques Romanus, negotiator. Viri docti, quantum ex observationibus ad h. l. et alibi intelligo, hos omnes pro eodem habent. Ego ad minimum tres distinctos homines puto; unum *Sidicinum*, qui debebat Ciceroni, nomen, neque optimum neque pessimum, quod in illum Rufum non convenit, hominem divitem et in provinciis negotia magna habentem, alterum, qui *Rufi*, tertium, qui *Maximi* cognomen habeat. Nam utrumque cognomen eiusdem esse non putem. *Ern.*

L. EGNATULEIUS, Phil. III. 3. Quaestor legionem Martiam ab Antonio avertit ad Octavium Caesarem.

EGRITOMARUS, Caecil. 21. Gallus, Cn. Domitii hospes etc.

ELEATICI philosophi, Ac. pr. II. 42. ab *Elea* N. D. III. 33.

ELECTRA Sophoclis tragoedia, Fin. I. 2. eadem ab Attilio latine conversa.

ELESIODOLUS, Font. 5. videtur de cohorte M. Fonteii fuisse. Nomen Romanum non videtur. *Ern.*

ELEUSIS, s. Eleusin, N. D. I. 42. Att. III. 1. oppidum Atticae Megaram versus, ad dextram ripam Cephisi, celeberrimum initiis s. mysteriis. N. D. I. 42. Libri quidam scripti et edd. habent Eleusinam, ut aliis veterum scriptorum locis: sed eam terminationem Ciceronis aevo iam usitatam fuisse merito dubitat Drakenb. ad Liv. XXX. 25. *Ern.*

ELEUTHEROCILICES, Att. V. 20. Div. XV. 4. populi Ciliciae liberi, Graecis etiam ἐλευθερῖται dicti, de quibus vid Spanh. in Orbe Rom. Exerc. II. c. 11. p. m. 231. s. de Usu et Pr. Num. p. 785. ubi de toto hoc genere populorum Imp. Rom. liberorum agit.

ELIS, Div. XIII. 26. urbs Peloponnesi, a qua et ipsa regio Elis dicitur, unde Elii, Div. II. 12.

ELISIUS, Terinaeus, Tusc. I. 48. filium nimis lugens, in psychomantio quid responsi acceperit, e Crantoris consolatione.

ELORINI, Verr. III. 43. ab oppido Eloro Siciliae, iuxta fluvium cognominem.

EMATHIUS, Leg. II. 3. ab Emathia, quae Macedonia est antiquo nomine.

EMPEDOCLES, Orat. I. 50. Agrigentinus, physicus dictus, egregium poëma fecit. Acad. pr. II. 5. 23. Empedocles ut interdum furere videatur exclamat abstrusa esse omnia, nihil nos sentire etc. Acad. II. 37. quatuor pervulgata elementa rerum statuit. N. D. I. 12. elementa Deos facit. Acad II. 13. confitetur ignorantiam, ut Socrates. Pythagorae discipulus, de cuius scriptis vid. praeter Fabric. B G. II. 12. *Sturzium* in *Empedocleis.*

EMPIRICI, Acad. II. 39. Genus medicorum, quod opponitur λογικοῖς ἰατροῖς ap. Sextum Emp. adv. Logic. §. 156. 191. Nihil anatomiae, nihil semioticae tribuit, omnia in usu et experimentis ponit. vid. Celsus L. I. praef. ubi primum Serapionem se Empiricum professum esse dicit. *Ern.*

EMPLATORIUS, Fam. I. 8. nomen hominis obscuri; non videtur Romanum esse.

ENDYMION, Fin. V. 20. eius somnus. Tusc. I. 30.

ENGYNI, Verr. III. 43. IV. 44. it. V. 72. incolae oppidi Engyi in Sicilia mediterranea. Dicitur et scribitur etiam Enguium et Enguini.

ENGONASIS, N. D. II. 42. sidus.

ENNA, in Verrinis saepe, oppidum Siciliae celeberrimum, prope quod nemus est, ex quo rapta Proserpina dicitur. vid. III. 48. Ovid. Metam. V. 385. unde Ceres ibi praecipua religione colitur. Verr. III. 49. quae propterea Ennensis Ceres dicitur. Eius mentio ap. Callimachum in Cererem, ad quem locum Spanhem. de scribendi ratione, num adspiratione scribendum sit, nec ne, tum de ipsa urbe multis disserit. cf. Heins. et Burm. ad Ovid. l. c. Ab Enna dicuntur Ennenses in Verrinis et Ennensis ager. *Ern.*

M. ENNIUS, Att. XV. 26. sed suspectum est Corrado hoc nomen.

Q. ENNIUS, natus A. U. 515. Brut. 18. ad Her. II. 22. Rudius e Calabria, poeta sua tempore praestans, Scipionique Africano propterea dilectus. Or. p. Archia 9. Fulvium contra Aetolos bellum gerentem comitatus est. Acad. IV. 27. somniat se esse Homerum. Brut. 20. a Fulvii Nobilioris filio civitate donatur. Brut. 20. Ac. pr. II. 16. non dixit, quum in hortis cum Ser. Galba vicino suo ambulavisset, visus sum mihi cum Galba ambulare. *Ibid.* eius locus ex Epichar-

mo. Ac. pr. II. 17. II. 28. Fin. IV. 23. Orat. 45. Tusc. IV. 8. versus ex eius tragoedia Alcmaeone. Eius Medea. Fin. I. 2. ex ea versiculi laudantur. Her. II. 22. Tusc. I. 20. Tusc. III. 26. Fat. 15. Fin. I. 3. transfert quaedam ab Homero. Tusc. I. 12. priscos homines *cuscos* appellat. *Ibid.* eius versiculus ex I. Annali a Cicerone paullum immutatus affertur qui sic est ap. Servium in VI. Aen. *Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum degit.* Div. II. 56. alii versiculi e V Annali. Off. I. 24. Sen. 6. Sen. 4. ex XII Annali Tusc. I. 15. 49. Sen. 20. epitaphium ab ipsomet sibi scriptum. *Ibid.* I. 16. versiculi ex eius Hecuba. Tusc. I. 21. 35. ex eius Andromacha. *Ibid.* I. 44. N. D. II. 25. ex Thyeste; qua ex fabula etiam illi deprompti esse videntur qui Tusc. III. 12. afferuntur. Tusc. II. 1. alius eius versiculus Neoptolemo tributus *philosophandum est sed paucis, nam omnino haud placet*, depromptus ex tragoedia Neoptolemo, quam Ennius scripsisse videtur. Tusc. III. 3. eius versiculi de animo aegro, ex incerta tragoedia. *Ibid.* III. 28. alii eius versiculi ex incerta tragoedia, qui graece leguntur ap. Galenum de Dogm. Hippocr. et Plat. lib. IV. c. 7. N. D. III. 32. Div. II. 50. eius versiculi ex Telamone de diis humanum genus non curantibus. Tusc. V. 17. distichon eius ex epigrammate in Scipionem Africanum. N. D. II. 25. eius versiculus ex incerta tragoedia. *Ibid.* 37. eius annales non possent ex formis literarum aureis in terram excussis effici. Div. I. 13. Sus rostro si humi literam A impresserit, propterea nemo suspicari potest Andromacham Ennii ab ea posse describi. Leg. II. 22. initium distichi de Scipione Africano plenius e Seneca Epp. 19. ita constituti: *Heic est illo situs qui nemo civi' nec hostis Quibit pro factis reddere operae pretium.* Off. I. 8. eius versiculus de regni infida societate. Off. I. 16. alii eius versus de homine erranti viam monstrante. *Ibid.* II. 7. alius de odio. *Ibid.* III. 15. Fam. VII. 6. versus ex altera Medea. Sen. 1. 5. alii ex incerto libro. Lael. 6. 17.

ENTELLINI, Verr. III. 43. incolae oppidi Entellae in Sicilia ad Crimissum.

EPAMINONDAS, Tusc. I. 49. V. 17. Fam. V. 12. Thebanus imperator celeberrimus. Tusc. V. 17. versiculus de eo ex epigrammate, quod graece exstat ap. Pausan. in Boeoticis.

fere odisse solent qui ab eo dissentiunt. Fin. I. 6. eius physica sunt Democritea, in quibus perpauca mutat, sed ita, ut quae corrigere vult depravare videatur. Fin. I. 7. in logicis est plane inermis ac nudus. *Ibid.* in ethicis voluptatem summum bonum dicit, in quo primum ipse parum vidit, deinde hoc quoque alienum. Brut. 85. εἰρωνείαν Socratis reprehendit. Acad. pr. II. 42. cum Cyrenaicis de voluptate non consentit. *Ibid.* 30. Dialecticos contemnit et ridet. N. D. I. 16. eius liber de regula et iudicio, eius prolepsis. Totus locus de diis ex eius sententia explicatur, c. 16. sqq. et refellitur eodem libro I. 30. videtur nonnullis nullos deos credere. II. 23. monogrammos deos facit. Div. I. 3. balbutit de natura deorum. N. D. I. 24. de atomis quomodo a Democrito dissentiat. Ac. I. 1. N. D. I. 26. in Physicis omnia a Democrito habet. Div. XV. 16. eius εἴδωλα salse ridentur. Fin. I. 9. sqq. eius doctrina de summo bono in voluptate ponendo a Torquato defenditur. *Ibid.* 17. clamat Epicurus non posse iucunde vivi, nisi sapienter, honeste, iusteque vivatur. *Ibid.* 19. dicit exiguam fortunam intervenire sapienti. Fin. V. 27. dicit semper beatum esse sapientem. Fin. I. 19. in dialectica nullam vim esse existimavit, nec ad melius vivendum nec ad commodius disserendum. *Ibid.* 20. omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse maius dicit amicitia, nihil uberius, nihil iucundius. *Ibid.* habuit angusta domo magnos amicorum greges. *Ibid.* 21. nullam esse conditionem duxit, nisi quae beatae vitae iucunditatem servaret. Fin. II. 2. in omni disputatione censet praescribendum esse, quid sit id de quo disseratur, negat tamen rem definiri oportere. *Ibid.* 2 — 4. utrum quid sit voluptas ignoraverit. *Ibid.* 9. Tusc. V. 33. tria fecit genera cupiditatum, naturales et necessarias; naturales non necessarias; nec naturales, nec necessarias. *Ibid.* 10. voluptatem quam dicit stantem, et illam in motu voluptatem, quae duo sunt, unum facit. *Ibid.* 12. sensibus ipsis ait iudicari voluptatem bonum esse, dolorem malum. *Ibid.* 15. ait eos qui ad honestatem omnia referant, neque ea voluptatem dicant inesse inani voce sonare. *Ibid.* 22. omnibus ex rebus voluptatem quasi mercedem exigit. *Ibid.* 24. docetur Epicuri rationem funditus tollere amicitiam. *Ibid.* 27. negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beate vivendum aliquid afferre. *Ibid.* 28. non

quas deinde C. Memmius emit, repetente Patrono Epicureo.

EPIDAURUS, urbs Argolidis. N. D. III. 34.

EPIGONI, opt. 9. d. 6. Tragoedia Aeschyli et Accii in qua tractabatur argumentum secundi belli Thebani. Tusc. II. 24. Off. I. 31.

EPIMENIDES, Cres, Div. I. 18. concitatione quadam animi et soluto liberoque animo futura praesentit. Leg. II. 11. eo suadente Athenienses fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. De eius aetate non consentiunt veteres. Tempore septem sapientum vixisse, plerique consentiunt. De eo vid. Laërt. I. 109 sqq. et ibi Viros doctos. Scriptores de eo multos laudat Fabric. B. G. I. 6. *Ern.*

EPIPHANEA, Fam. XV. 4. oppidum Ciliciae ad Amanum montem, diversum ab eo, quod inter Arethusam et Larissam Syriae fuit. Plin. V. 23.

EPIRUS, regio Graeciae, ad mare Ionium, unde *Epiroticus*, Att. I. 5. et *Epirotes* Thyamis fluvius, Leg. II. 3.

EPOREDIA, Fam. XI. 20. colonia Romanorum in Transpadana Gallia, Sibyllinis libris a pop. Rom. condi iussa, in faucibus Salassorum vallis inter Vercellas et Vitricium. De diversa scribendi ratione v. viros doctos ad Anton. Itin. p. 345. *Ern.*

M. EPPIUS, Att. VIII. 11. Pompeianus, laudatur. cf. Hirt. B. Afr. 89.

EPPULEIA, Fam. VI. 12. uxor T. Ampii Balbi. Eppuleia est etiam in inscriptione ap. Fabritt. p. 310. Eppuleius ap. Murator. Inscr. p. 315. n. 2. Inter Appuleius et Eppuleius variant libri in Servio ad Virg. Aen. VIII. 275. ap. P. Burmannum. *Ern.*

EQUUS, stella, N. D. II. 43. 44.

EQUUS Troianus, Fam. VII. 14. Fabula Livii.

EQUUSTUTICUS, Att. VI. 1. urbs exigua Apuliae in colle sita, dicitur etiam Aequum Tuticum, item Tuticum simpliciter. vid. Wesseling. ad Itin. Anton. p. 103. *Ern.*

ERANA, Fam. XV. 4. vicus Ciliciae in Amano.

ERATOSTHENES, Att. VI. 1. negat Eupolin ab Alcibiade in mare deiectum. Att. II. 6. Geographica scripsit. Ea sibi Cicero praeposuerat, cum Geographica scribere susciperet; valde reprehendebatur a Serapione et Hipparcho, de cuius disputatione adversus

Ryckiano, Begerus ita etiam edidit. Sed reiiciunt eam lectionem N. Heinsius et Cel. Dukerus. Defendit contra I. Gron. ap. Tacit. A. IV 43. ubi eadem scriptura. Et sunt alia quoque nomina diversae scripturae ut Arabs et Arabus. Virg Aen. VII. 605. Ovid. Her. XV. 76. ubi v. Intt. *Ern.*

ERYMANTHIA bellua, Tusc. II. 8. ab Erymantho monte Arcadiae, Erymanthius aper. Tusc. IV. 22. Verr. IV 43.

ERYTHRAE, Verr. I. 19. oppidum Ioniae.

ESERNIA, s. Aesernia, Att. VIII. 11. oppidum Samnitium ad laevam Vulturni.

C. ESERNUS, Cael. 30. qui cum M. Camurtio est condemnatus propter facinus quoddam in Veitium commissum.

ESQUILIAE, N. D. III. 25. Leg. II. 11. mons, in quo Romae pars posita, a quo dicebatur Esquilina porta. Cluent. 13. Pis. 23. 25. Phil. IX 7.

ETEOCLES, Off. III. 21. Oedipi regis Thebanorum filius, et Polynices frater, quorum nota est fabula

ETRURIA, Div. I. 2. II 4. Har. resp. 12. ex ea haruspices. Div. I. 41. perita monstrorum. Mil. 9. vexatur a Clodio. Cat. I. 2. eius fauces.

ETRUSCA castra, Mil. 21. cum Etruscis bellum gessit Decius filius. Tusc. I. 37. Fam. VI. 6. Harusp. 9. Etrusca disciplina. Div. I. 33. Etruscorum haruspicini et fulgurales et rituales libri.

EVANDER, v. Avianus.

EVANDRUS, Acad. IV. 6. Lacydis auditor, Egesini doctor. Academicus, et quidem de media Academia.

EUBULEUS, N. D. III. 21. filius Iovis et Proserpinae. vid. in Anaces.

EUBULIDA, Verr. V. 42 Herbitensis.

EUBULIDES Grosphus, Verr. III. 23. Centuripinus.

EUCHADIA, Pis. 36. nomen foeminae Macedonicae.

EUCLIDES, Megarensis, Acad. pr. II. 42. discipulus Socratis, a quo Megarici et Dialectici orti sunt. Solum bonum dicit, quod esset unum et simile et idem semper.

EUPHRATES, Q. Fr. II. 12. N. D. II 52. fluvius Asiae, terminus imperii Rom. ultra quem Parthi habitabant. Fam. VIII. 10. eum Parthi transisse dicebantur.

EUPOLEMUS, Calactinus, Verr. IV. 22.

EUPOLIS, Brut. 9. veteris comoediae poeta. Att. VII. 1. an ab Alcibiade in mare deiectus sit. Brut. 15. Periclem laudat.

EURIPIDES, tragicus celeberrimus, Inv. I. 50. Orat. III. 7. Opt. gen. or. 6. Tusc. III. 13. Anaxagorae discipulus, Tusc. IV. 29. tres primos versus Orestis eius valde probat Socrates, Acad. post. I. 3. Fin. I. 2. eius tragoediae Medea et Antiopa, Tusc I. 48. versus ex eius tragoedia Cresphonte afferuntur secundum Ennii ut videtur versionem, Tusc. III. 13. versus ex eius tragoedia Theseo a Cicerone latine versi. Graeca leguntur apud Plutarchum cons. ad Apollon. T. VII. p. 344. ed. Hutten. et Galenum lib. IV. de dogm. Hipp. et Plat. c. 7. Tusc. III. 25. versiculi ex eius tragoedia Hypsipyle, qui Graece leguntur apud Stobaeum CVI. et ap. Plutarchum Consol. ad Apollon. p. 341. Tusc. IV. 32. versus ex eius Medea Iasoni tributus. *Ibid.* 33. eius tragoedia Chrysippus in qua Laius inducitur Chrysippum Pelopis filium amans. N. D. II. 25. eius versiculi de Aethere summo deorum. Off. III. 21. eius versiculi de Phoenissis a Cicerone latine redditi. Fam. XIII. 15. eius versiculus ex incerta tragoedia; item alius. Fam. XVI. 8.

EURIPUS, Muren. 15. dicitur in genere pro freto longiori et tenuiori, quale Euboicum est, Taurominitanum in Sicilia etc. de Euboico vid. Chalcidicus Euripus.

EUROPA, Verr. IV. 60. in tauro sedens Tarenti.

EUROTAS, Inv. II. 31. fluvius Laconiae prope Spartam, nobilis certaminibus et exercitationibus, quae a Spartanis ad eum habebantur; Tusc. II. 15. V. 34. ubi memoratur, cursus ab Eurota. Ad fluvii ripam sedebant spectatores, hinc proverbii vim habere dicunt, ad Eurotam sedere, ut sit, aliorum miserias et labores otiosum spectare. Sed Att XV. 9. *Eurotam* Brutus appellabat rivum, qui villam Lanuvinam rigabat. Itaque *ad Eurotam sedere* est in villa otiosum versari.

EURYCLEA nutrix Ulyssis eius pedes abluens; in Pacuvii Niptris laudat lenitudinem orationis, mollitudinem corporis. Tusc. V. 16.

C. FABIUS PICTOR, Tusc. I. 2. Ei laudi fuit, quod pingere potuit. Unde et primus Pictoris cognomen tulit. Pinxit aedem Salutis. vid. Plin. H. N. XXXV. 7. add. Voss. de Hist. lat. I. 3. *Ern.*

C. FABIUS, Att. VII. 5. VIII. 5. Caesaris legatus.

C. FABIUS, Q. Fr. I. 2. quantum colligere licet, fuit praefectus, aut minister quidam Q Ciceronis in provincia.

M. FABIUS, Font. 12. subscriptor M. Plaetorii contra M. Fonteium.

M. FABIUS GALLUS, familiaris Ciceronis, Fam. XV. 14. commendatur, Fam. II. 14. IX. 25. XIII. 59. Fam. VII. 24. Epicureus, librum scripsit de M. Catone. Eius mentio fit, Att. VIII. 12. XIII. 49. Ad eum est epistola de Tigellii iracundia, Fam. III. 24.

Q. FABIUS GALLUS, Marci frater, Fam. IX. 25.

Numerius FABIUS PICTOR, C. Pictoris f. Div. I. 21. Graecos Annales scripsit. Hunc consulem exhibent Fasti Capit. a. 487. ad quem a. v. Pighium, add. Voss. l. c. qui filium eius, C. nepotem mavult intelligi ap. Ciceronem, sed sine argumento. De Praenomine Num. in denariis antiquis v. Spanhem. de V. et Pr. N. T. II p. 26. quem Ciceronis locus fugiebat, add. Duker ad Liv. XXXVII. 47. bene disputantem adversus Spanhemium de loco Liviano. *Ern.*

Q. FABIUS, Agrar. II. 33. Consul (quartum) cum Fulvio, quibus Coss. Capua capta est, i. e. A. 544. v. infr. Q. Maximus

Q. FABIUS PICTOR, C. F. C. N. historicus, annalium scriptor. Leg. I. 2. Orat. II. 12. Div. I. 26. Vixisse tempore belli Pun. II. e Livio clarum est XXI. v. Voss l. c. Eius fidem in rebus Rom. nos adversus Polybium peculiari libello defendimus. *Ern.*

Q. FABIUS Maximus Allobrogicus, vid. Plin. XXXIII. 11. Orat. II. 66. Act. I. Verr. 7. eius fornix. Fornix Fabianus saepe commemoratur, Verr. I. 7. Orat. II. 66. Planc. 7. extructus a Q. Fabio Maximo Censore, qui Consul cum L. Opimio A. U. 632 Allobroges vicit, v. Plin. VII. 50. e quorum manubiis fornix exstructus est. vid. Ascon. ad l. c. Sigonius A. U. 632. disputat, hunc Fabium non esse Aemilianum, quod plerisque persuasum est. Sed Vellei. II. 10. diserte appellat Pauli nepotem. Plin. XXXIII. 11. fratrem

Africani min. vocat. quod esse non potest, si est Paulli nepos. Velleii auctoritas fastis firmatur. *Ern.*

Q. FABIUS MAXIMUS Verrucosus, Ovicula, *Cunctator* vid. *Maximus.*

Q. FABIUS Virgilianus, Fam. III. 3. 4. legatus Appii Pulchri in Cilicia. Att. VIII. 11. Pompeianus.

Q. FABIUS LABEO, Cunctatoris nepos, Brut. 21. iuris et antiquitatis peritus. Consul A. U. 620. cum Marco Marcello. Off. I. 10. arbiter Nolanis et Neapolitanis de finibus a Senatu datus est.

Q. FABIUS Saguntinus, Balb. 22. a Metello Pio civitate donatur.

SER. FABIUS PICTOR, Brut. 21. Iuris et antiquitatis peritus. De hoc vid. Voss. Hist. Lat. I. 3. qui refellit Corradum, qui pro Servio malebat Servilianus. Bene. Nam Servilianus genus duxit non a Pictore, sed a Gurgite. *Ern*

FABRATERIA, Fam. IX. 24. oppidum Volscorum ad amnem Trerum, hodie *Falvatera.*

C. FABRICIUS, Brut. 14. ad Pyrrhum legatus missus de recuperandis captivis. Balb. 22. Consul Pyrrhi tempore cum Heracleensibus foedus facit. Orat. II. 66. 71. eius facetum dictum in P. Cornelium. III. 15. refertur inter eos qui cum Lycurgo Pittaco et Solone comparantur. Off. I. 13. perfugam, qui regi venenum se daturum promiserat, Pyrrho dedidit, 4. iustus nominatur. Tusc. III. 23. paupertatis tolerans. Leg. II. 23. in urbe sepultus est, quod in tabulis XII. prohibetur, add. Orat. II. 66. III. 15. Planc. 25.

C. et L. FABRICII, Cluent. 16. Aletrinates, Oppianici familiares.

Q. FABRICIUS, Q. Fr. I. 4. Sext. 35. trib. pl. primus VIII. Kal. Febr. P. Lentulo Spinthere Cos. rogationem fert de Cicerone revocando. cf. post Red. in Sen. 8.

FADIA uxor Antonii Phil. XIII. 10.

FADIUS, Fam. X. 32. miles, quidam Pompeianus, a Balbo minore crudeliter tractatus.

L. FADIUS, Att. XV. 15. aedilis Arpini.

Q. FADIUS, Phil. II. 2. libertinus, cuius filiam duxit M. Antonius Triumvir. Att. XVI. 11.

Q. FADIUS GALLUS, Fin. II. 17.

SEX. FADIUS, Fam. VII. 20. Niconis Medici discipulus.

T. FA-

T. FADIUS, Att. III. 23. ei scribit Visellius legis de Cicerone restituendo formulam. Trib. pl. Lentulo Spinthere Cos. post Red. t. in Sen. 8. Quaestor Cicerone Cos fuit. Fam. V. 18. exul.

FALCIDIUS, Flacc. 37 civis Rom. de plebe.

C. FALCIDIUS, Manil. 19. trib. pl. et anno post legatus.

FALERNUM, Phil. XIII. 5. praedium in agro Falerno.

FALERNUS, ager ad radices montis Massici in Campania, vino nobilis. v. Gaurus mons

FALISCUS sc. ager, circa Falerios Etruriae oppidum, cuius incolae Falisci, de eo v. Heins. ad Ovid. Am. III. 13. init. *Ern.*

C. FANNIUS, C. F. Brut. 26. Oratio de sociis et nomine Latino contra Gracchum an eius sit? Consul cum Domitio fuit A. U. 631. cf. Orat. III. 47.

C. FANNIUS, M. F. Brut. 26. Laelii gener, historiam non inelegantem scripsit. Brut. 21. Orat. II. 67. Att. XII. 5. scripsit annales, cf. Tusc. IV. 17. Leg. I. 2. Brut. 87. Att. IV. 16. de compendio historiae Fannianae, quod M. Brutus, percussor Caesaris, fecit, vide in Bruto. De Fannio vid. Vossium de Historicis Latinis, I. 7.

C. FANNIUS, C. F. Sext. 53. trib. pl. Caesare et Bibulo Coss. quo usus Bibulus in impedienda Agraria Caesaris. Har. Resp. 6. pontifex. Att. II. 24. subscriptor accusationis in P. Clodium. VII. 15. in Siciliam post Fuffanum mittitur, initio belli civilis. VIII. 15. praetor Siciliae. Phil. XIII. 6. Pompeium Cn. F. hortatur, ut cum suis copiis ad Mutinam eat. Ap. Ioseph. A. XIV. 10. 15. ὕπατος i. e. cos. dicitur: cuius rei nuspiam alibi vestigium; nec verum puto. *Ern.*

C. FANNIUS, Verr. I. 49. eques Rom. fortassis idem.

C. FANNIUS CHAEREA, Rosc. Com. 1. homo Graecus, ut Chaereae nomen indicat, sed civitate donatus, aut e servo libertinus factus, a Fannio quodam.

M. FANNIUS, Brut. 26. Orator bonus

M. FANNIUS, Rosc. Am. 5. Praetor A. U. 673. et Quaesitor in causa Roscii.

M. FAUCIUS, M. F. Fam. XIII. 11. eques Rom. decurio Arpinatium; est inter legatos Arpinatium causa in Galliam missos.

FICULENSE, Att. XII. 34. praedium prope viam Ficulensem, quae nomen habuit a veteri urbe Ficulea s. Ficulnea (unde et *Ficulnense* scribitur,) in Sabinis, ultra sacrum montem.

FIDENAE, Agrar. II. 35. oppidum Sabinorum.

FIDES dea, N. D. II. 23. 31 III. 36. eius delubra. Off. III. 29. vicina Iovis in Capitolio.

C. FIDICULANUS FALCULA, Caecin. 10. Senator. Cluent. 37. Miror Cl. Gorium familiam Fidiculaniam, quae in lapidibus Donianis occurrit, inter eas referre de quibus Antiquariis nondum ante constiterit. *Ernesti*.

C. FIDULUS, Vat. 13. videtur Senator fuisse, aut eques certe.

C. Marcius FIGULUS, N. D. II. 4. A. U. 591. P. Scipionis Nasica collega in consulatu a Ti. Graccho vitiose creatus, abdicat se consulatu. Div. II. 35. Deinde Brut. 20. cum L. Lentulo Consul fuit A. U. 597.

C. Marcius FIGULUS, Att. I. 2. Consul cum L. Caesare designatur, in A. U. 689. Leg. II. 25. sepulcrum eius sumtuosissimum. Att. XII. 21. eius sententia in causa coniuratorum Catilinae.

P. Nigidius FIGULUS, v. in Nigidius.

C. Flavius FIMBRIA, Brut. 45. accusatus a M. Gratidio de repetundis. Font. 7. Scauri testimonium in eum nil valuit. Orat. II. 22. qualis Orator fuerit. Brut. 34. Off. III. 19. bonus auctor in Senatu, tolerabilis patronus, nec rudis in iure civili. Planc. 21. in petitione Tribunatus pl. repulsam tulit. Rabir. 7. cum C. Mario Cos. fuit A. U. 649. Idem memoratur Verr. V. 70. ubi olim falso legebatur *L. Fimbria.*

C. Flavius FIMBRIA, Brut. 66. M. Crassi aequalis et inimicus, qualis orator. Rosc. Am. 12. homo insanus, Q. Scaevolam in funere Marii vulnerari curat. add. Corrad. l. c.

FIRMANI, fratres, Att. IV. 7. vide L. Gavius.

FIRMIDIUS, Sext. 52. Clodianarum operarum dux.

FIRMUM, Att. VIII. 12. oppidum in agro Piceno. Unde *Firmani*, Phil. VII. 8.

C. FLACCUS, e Valeriis, Quint. 7. Imperator et Praetor Galliae Scipione et Norbano Coss. h. e. A. U. 670.

C. FLACCUS, L fil. Fam. III. 4. fuit de cohorte Appii Pulchri in Cilicia, certe summus eius amicus et familiaris. Itaque ep. 11. dicitur curasse, ut testes mercenarii in Appium a suis civitatibus notarentur.

C. et M. FLACCUS Aviani, fratres, Fam. VIII. 32. 78.

L. FLACCUS e Valeriis. Phil. XI. 8. Consul A. U. 622. cum P. Licinio Muciano, Flamen Martialis. Itaque in eius numis Mars et apex cernuntur. Ei Licinius multam dixit si a sacris discederet ad bellum cum Aristonico in Asia gerendum. Populus multam remisit; sed Pontifici Licinio parere iussit. Etiam Div. I. 46. commemoratur flamen Martialis L. Flaccus, sed is a collega Muciani diversus sit necesse est, quod ex eo se audisse dicit Quintus frater, quae commemorat. De hoc Flacco accipio locum in Caecil. 19. ubi quaestori eius M. Scauro accusatio eius non concessa esse dicitur. Ad eum locum nil interpretes, praeter unum Menardum, qui de L. Flacco, pro quo est oratio, accepisse videtur, quod est absurdum, quando Divinatio in Caecilium longe ante scripta est, quam hic Flaccus in Gallia fuit. M. Scaurus est pater, qui A. U. 630. aedilis fuit post quaesturam, et L. Flacci aut ex praetura aut ex consulatu quaestor fuit. *Ern.*

L. Valerius FLACCUS, Brut. 62. Consul cum C. Mario VI. Cos. Planc. 36. Saturninum opprimit cum Collega Mario A. U. 653. quarto anno post Censor cum M. Antonio oratore. v. Valer. M. II. 9. 5. Att. III 7. in bello Mariano arma capere noluit. Flacc. 25. ei Consuli tota Asia portas claudit, quum Mithridatem reciperent; nempe quum suffectus a Cinna Mario mortuo A. U. 667. et in Asiam missus esset, ubi periit, auctore Appiano de B. C. L. I. p. 664. add. Vell. II. 23. 24. Hunc a Fimbria Consulem, non Consularem, ut Velleius tradidit, interfectum contendit Contarenus Var. Lect. 7 *Ern.*

L. Valerius FLACCUS, Att. VIII. 3. in bello Mariano arma capere noluit. Agr. III. 2. Interrex A. U. 671. legem tulit, ut rata essent, quae L. Sulla fecisset. v. Valeria lex. Eadem rogatione, iussu Sullae facta, etiam dictator perpetuus factus est Sulla. v. Appian. de B. C. L. I. p. 686. ed Toll. *Ern.*

L. FLACCUS, L. Censoris fil. Flacc. 26. Planc. 11. Q. Metelli Cretici legatus etc. Cat. III. 2. Flacc 1. etc. Praetor Cicerone Consule, qui eius opera in de-

prehendendis Allobrogum legatis usus est. Att. I. 19. mittitur ad Galliae civitates, ne se cum Helvetiis coniungant. Ceterum de eo plura disce ex oratione Ciceronis pro eo, a D. Laelio de repetundis ex Praetura Asiae accusato, ex qua intelligitur, eum cum P. Servilio trib. mil. in Cilicia, cum M. Pisone quaestorem in Hispania fuisse. v. Pison. c. 23. etc. *Ern.*

M FLACCUS, Orat. II. 70. Nasicam accusavit, quod Ti. Gracchum perculisset. Dom. 38. add. M. FulviusFl.

P. FLACCUS, Fam. IX. 21. accusat M. Carbonem.

Q. Fulvius FLACCUS, vid. Q. Fulvius.

Q. FLACCUS, Att. IV. 3. Clodianos quosdam, Ciceronem persequentes interfecit. *Ibid.* conviciatur Q. Metello Nepoti.

FLAMINIA VIA, antiquissima, et celeberrima, Roma ferebat per Etruriam Ariminum usque: straverat C. Flaminius Censor A. U. 533. unde nomen sortita. Strabo L. V. 333. ed. nov. et Bergierius de Viis Rom. publ. III. 21. qui Strabonem sequitur. Liv. XXXIX. 2. dicit a Bononia ad Arretium ad L. Flaminio stratam esse viam, sed ea alia via est. Nam illa a Censore, haec, ut Livius diserte tradit, a Consule Flaminio strata est. *Ern.* Att. I. 1. eius curator Thermus.

FLAMINIUS Circus, in Sen. p. Red. 6. 7 etc. fuit extra portam Carmentalem prope aedem Apollinis, et forum olitorium. Ascon. ad Cic. Or. in Tog. cand.

C. Quintius FLAMINIUS, Brut. 14. 19. is, qui trib. pl. A. U. 525. de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit, et Consul A. U. 536, ad Trasimenum interfectus est, ad populum dicendo valuit. Ab alio C. Flaminio Cicero hunc distingui voluit, nempe ab eo, qui A. U. 516. Consul fuit. De Inv. II. 17. quum legem fert, a patre de templo deducitur, de Leg. III. 9. seditiosis tribunis annumeratur. N. D. II. 3. Div. I. 35. II. 33. bis Consul fuit A. U. 530. cum P. Furio Philo et A. 536. cum Cn. Servilio Gemino. Acad. pr. II. 5. in secundo Consulatu neglectis auspiciis periit.

C. FLAMINIUS, Cluent. 45. 53. Aedilis Curulis cum M. Plaetorio, et Praetor cum Cicerone, et quidem quaesitor inter sicarios.

L. Quintius FLAMINIUS, Titi frater. Sen. 12. ob libidines a Catone Censore e senatu eiectus septem

annis post, quam Consul fuisset. Consul fuit A. U. 561. de libidine eius et nota censoria add. Liv. XXXIX. 42. *Ernest.*

T. FLAMINIUS Flamma, Att. XII. 52. Etiam Fam. XVI. 24. nominatur Flamma, debitor Ciceronis. Nomen hoc est etiam ap. Sallust. in Bell. Cat. 36. *Ernest.*

T. Quintius FLAMININUS, Verr. I. 20. Muren. 14. Philippum Macedoniae regem vincit et de eo triumphat. De eius rebus late Livius.

T. Quintius FLAMININUS, Cos. A. U. 603. cum M' Acilio Balbo, Att. XII. 5. Sen. 5.

T. FLAMININUS, Brut. 28. 74. is qui cum Q. Metello Consul fuit, A. U. 630. quem puer Cicero vidit, bene Latine locutus est, literas nesciit.

C. FLAVIUS, Fam. XIII. 31. eques Rom. familiaris Ciceronis.

C. FLAVIUS, Planc. 42. quaesitor in causa Plancii ab accusatore, Laterense, editus. Sed hic pro Flavius Ursinus reponi volebat *C. Alfius*, qui c. 17. quaesitor in ea causa dicitur, et eo anno praetor fuit. Ant. Augustinus autem et Manutius ibi potius *C. Flavius* pro *Alfius* legi volebant. Quod Manutius putat C. Alfium non commode legi, quod is Praetor esset, et suam iam haberet provinciam; saepe constat extra ordinem datas esse praetoribus provincias praeter eam, quam sortiti essent. Cicero appellat hunc quaesitorem, consiliorum suorum in Consulatu socium, periculorum participem, rerum gestarum adiutorem. Haec utrum in *C. Alfium*, an in *C. Flavium* quendam rectius conveniant, videndum, si qua ratione ex historia erui possit. Mihi nil certi succurrit. Hoc ex multis locis Ciceronis disco, Flavios non nullos ei coniunctissimos fuisse. Si coniecturae locus, optime videntur in *C. Flavium* convenire, Bruti et Attici, amicissimum, totiusque causae optimatium vid. Nepos in Attic. 8. Plutarch. in Brut. extr. ubi quam graviter eius interitum tulerit Brutus, commemoratur *Ern.*

C. FLAVIUS Pusio, Cluent. 56. eques Romanus, qui M. Druso trib. pl. restitit, equites legibus suis, de quaestionibus habendis in eos, qui ob rem iudicandam pecuniam cepissent, in periculum vocanti.

CN. FLAVIUS, Cn. an M. fil.? vid. Graev. Cn. est ap. Plin. H. N. XXXIII. 1. qui inprimis videndus.

Vocatur ibi etiam Annii filius: uti ap. Gell. VI. 9. Liv. X. ult. vocat. Cnei fil. v. inpr. Drakenb. ad Liv. l. c. qui et praenomen Cn. praefert. Att. VI. 1. scriba, aedilis Appii, sc. Caeci, qui fastos publicavit, et actiones primum edidit. vid. Orat. I. 41. Muren. 11. Att. VI. 1. ab eo *Ius Flavianum* dictum est. Ea re meruit, ut usque ad aedilitatem proveheretur studio populi. vid. Liv. IX. ult. *Ern.*

L. FLAVIUS, eques Romanus, Verr. I. 5. V. 7. 59.

L. FLAVIUS, C. Flavii frater. Fam. XIII. 31.

L. FLAVIUS, Att. I. 18. 19. trib. pl. Metello et Afranio Coss. rogationem Agrariam fert, sed non perfert. vid. Dio. XXXVII. 52. Q. Fr. II. 2. 2. Praetor designatus Caesare et Bibulo Coss. Att. X. 1. ei a Caesare legio et Sicilia destinatur. *Ern.*

Q. FLAVIUS, Tarquiniensis. Rosc. Com. 11.

FLORA, Mater. Verr. V. 14. eius ludi Romae.

FLORIUS, Cluent. 59. Larinas.

FLUMENTANA PORTA. Romae, Att. VII. 4. eam Caelius occupat i. e. praedium emit prope istum campum.

FOENICULARIUS campus in Hispania Terraconem versus, Strab. III. 4. ait *Φέρεται δὲ ἐπὶ Ταῤῥακῶνος — διὰ τοῦ Ἰουγγαρίου πεδίου καὶ Βετέρων καὶ τοῦ Μαραθῶνος πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ φύοντος πολὺ τὸ μάραθον,* h. e. fert autem haec via Tarraconem versus — per campum Iuncarium et Vetera, et per eum qui Latina lingua foenicularius campus dicitur a copia foeniculi (Fenchel) quem gignit. Itaque Cicero XII. 8. quum dicit *Scribe quid Celer referat egisse Caesarem cum candidatis, utrum ipse in Foenicularium an in Martium campum cogitet,* hoc dicit: utrum in campum Martium cogitet ad comitia, an in Foenicularium in Hispania et ad reliquias belli. Sic recte Lips. Elect. II. 21.

FONS, dea Leg. II. 22. eius ara prope Romam. N. D. III. 20. eius delubrum ex Corsica.

FONTEIA GENS, Dom. 44. plebeia, in quam adoptatus est Clodius.

FONTEIA, Font. 17. soror M' Fonteii, virgo Vestalis.

C. FONTEIUS, pro Font. 4. legatus M' Fonteii.

M' FONTEIUS, C. F. M' N. CAPITO, Att. I. 6. emit Rabirianam domum Neapoli. Font. 1. sqq. quaestor A. U. 664. aedilis pl. A. 671. legatus in Macedonia et Hispania, A. 673. sq. praetor urbanus, A. 675. quo praetore

Galliam Narbonensem A. 676 — 678. rexit. Repetundarum reus accusante M. Plaetorio defenditur a Cicerone oratione quae exstat.

P. FONTEIUS, Dom. 13, 29. homo plebeius, qui P. Clodium adoptavit.

M. FONTINUS, Att. I. 6. pro quo Graevius recte *Fonteius*.

FORMIAE, municipium Latii in Auruncis, Fam. VIII. 16. XIV. 18. XVI. 12. Att. VII. 8. Laestrygonia τηλέπυλος. Att. II. 13.

FORMIANUM, Att. I. 4. praedium Ciceronis in agro Formiano prope Caietam, ibi Cicero est. Att. II. 4. 8. 9. II. 13. a Clodio dirutum aestimatur HS ducentis quinquaginta millibus. Att. IV. 12. magna molestia reficitur, *ibid.* Fam. XVI. 10.

FORMIANUM, Att. XV. 13. praedium Dolabellae prope Formias.

FORMIANUS fundus P. Rutilii, N. D. III. 35.

FORTUNA, Div. II. 41. eius templum Praeneste, eius oraculum. Leg. II. 11. est vel *huiusce* diei, vel *respiciens*, vel *fors*, vel *primigenia*. N. D. III. 25. Fortunae malae ara. Verr. IV. 53. eius fanum Syracusis. Verr. IV. 3. Fortuna Bona.

FORUM APPII, Att. I. 10. oppidum Latii veteris, prope tres Tabernas. De hoc genere oppidorum, quae *Fora* dicuntur, agit Sigonius Ant. Ind. Ital. II. 15. *Ern.*

FORUM CORNELIUM, Fam. XII. 5. seu Cornelii, oppidum Lingonum ad viam Flaminiam, dictum a L. Cornelio Sulla.

FORUM GALLORUM, Fam. X. 30. oppidum in Gallia Cispadana in via Aemilia.

FORUM IULII, Fam. X. 17. colonia Iulii Caesaris in Gallia Narbonensi.

FORUM VOCONTIUM, Fam. X. 17. 34. oppidum Galliae Narbonensis prope flumen Argenteum.

FRANGONES, Att. XIV. 10. nomen militis veterani in plurali. Olim in libris nonnullis erat *Francones*, et de populo quodam capiebatur, v. c. Rhenano Rer. Germ. L. II. p. m. 186. s. qui e Cod. Laurishemensis vestigiis corrigebat Vangiones. *Ern.*

FREGELLAE, oppidum Volscorum in Latio ad ripam Liris. Perfidiosae, Her. IV. 15. 9. 27. Inde Inv. I. 8. Fam. XV. 76. *Fregellani.*

FREGELLANI et FREGELLANUS ager et Fregellanum bellum, Agr. II. 33.

FRENTANI, Cluent. 69. Vulgo legitur *Ferentani* qui creduntur esse incolae oppidi Ferentii in Apulia, vicini Venusiae. Sed Graevius bene censet legendum Frentani, qui sunt vicini Marucinis, quibuscum l. c. iunguntur. Nam, non modo nullum est Ferentium aut Ferentum in Apulia, quod vulgo putant, sed ne Ferentani quidam, ut mea fert opinio, ulli sunt. Apud Horat. Carm. III. 4. pro Ferenti e Mss. et Edd. quibusdam cum Cuningamis Forenti; et Ferentani Apuliae, apud Livium, depravati sunt, ut vidit I. Fr. Gronovius, legendumque Forentani e Mss. IX. 15. et alio loco Forentum pro Ferentum, *ib.* c. 20. ut etiam Dukero et Drakenb. placet. Ferentini sunt in Latio et Etruria. Aliter tamen statuit Cellar. G. A. T. I. p. 714.

FRETENSE MARE, Att. X. 7. est fretum inter Italiam et Siciliam, v. Turneb. Adversar. XVIII. 10. Nam fretum κατ' ἐξοχὴν dicitur pro Siculo, ap. Flor. I. 26. extr. Cic. ad Att. II. 1. ad q. l. v. Graevium, item Interpr. ad Caes. B. C. I 26. *Ern.*

FRONTONES, N D. I. 29.

FRUSINAS, Att. XI. 4. 13. praedium non procul a Frusino, Latii oppido; a Cicerone venditum cum conditione redemptionis.

FUFFANUS, Att. VII. 15. praetor Siciliae, pro quo alii volunt: Furfanus.

C. FUFICIUS, Verr. II. 12.

L. FUFIDIUS, Brut. 30. in aliquo patronorum numero fuit. *Ibid.* 29. ad eum sunt tres M. Scauri de vita ipsius acta scripti libri.

Q. FUFIDIUS, Pis. 35. eques Rom. negotiator in Macedonia L. Pisone proconsule.

Q. FUFIDIUS, Q. Fr. III. 1. ab eo fundus Q. Ciceroni emitur. Att. XI. 13. 15. Fufidiani coheredes Ciceronis.

Q. FUFIDIUS, Q F. Fam. XIII. 11. proficiscitur legatus in Galliam ad vectigalia Arpinatium exigenda. Fam. XIII. 12. commendatur M. Bruto.

A. FUFIUS, Fam. XIII. 2 Ciceronis intimus, homo eruditus.

L FUFIUS, Brut. 49 62. Off. II. 14. qualis Orator. Manium Aquilium accusat, cf. Orat. III. 13. II. 22. Sed his locis plerisque est *Fusius*. Recte autem post

alios monuit Pearcius ad de Orat. II. 22. Ciceronis temporibus nullos *Fusios* fuisse, sed invaluisse, ut *Furii* dicerentur, ut nemo Valesius dicebat, aut Papisius, sed Valerius et Papirius. *Fufius* autem et *Fusius* in libris Ciceronis saepe confundi, sciunt omnes, qui vel leviter Ciceronem tractarunt. *Ern.*

Q. FUFIUS Calenus, Fam. V. 6. trib. pl. M. Pisone et M. Messala Coss. Phil. VIII. 3. pacem cum Antonio suadet, Patre eius Cicero usus est adolescens, reprehenditur. Att. I. 6. legem de religione fert pro Clodio. vid. Lex Fufia. *Ibid.* IX. 2. Pompeium et Senatum accusat.

C. FULCINIUS, Phil. IX. 2. legatus Romanorum a Larte Tolumnio Fidenis interfectus.

M. FULCINIUS, Caecin. 4. Tarquiniensis.

FULGINAS, Fragm. Orat. II. pro L. Vareno a Fulgino oppidulo in Umbria ad Tiniam amnem.

FULVIA, M. Antonii triumviri uxor, Att. XIV. 12.

FULVINIASTER, Att. XII. 44. imitator Fulvinii, sed rectius esset fortasse: Fulviaster, a Fulvio Postumio Caesariano.

FULVII, Maximi, Marcelli iunguntur, Arch. 10.

FULVII, Planc. 8. originem ducunt e municipio Tusculano. Primus fuit L. Fulvius, de quo est locus difficilis ap. Plin. H. N. VII. 43. de quo vid. Duker ad Liv. VIII. 37. Stemma Fulviorum est ap. Sigon. ad Liv. XL. 41. *Ern.*

M. FULVIUS Nobilior, cos. A. U. 564. Muren. 14. de Aetolis triumphat. Provinc. C. 9. censor cum M. Lepido A. U. 574. Brut. 20. Tusc. V. 2. In Aetoliam Ennium secum duxit, quod ei exprobratum est a Catone. Arch. 11. Musis et Herculi templum dedicat e manubiis. Musas pinxerat Zeuxis, quas ille ademerat Ambraciensibus. vid. Plin. H. N. XXXV. 10. de ipso templo v. Harduin. ad Plin. l. c. *Ern.*

M. FULVIUS Flaccus, cos. A. U. 628. Catil. I. 11. consularis, interficitur cum liberis, quod a C. Graccho triumvir in locum Ti. fratris nominatus erat. Dom. 38. de senatus sententia interficitur, domus evertitur et publicatur, et in area porticus Catuli exstruitur. Brut. 28. in aliquo numero oratorum fuit; eius scripta extitere, sed ut studiosi literarum; aemulum P. Decium habuit. Add. in M. Flaccus.

M. FULVIUS Nobilior. Att. IV. 16. condemnatur, App. Claudio Pulchro L. Domitio Ahenobarbo Coss.

P. FULVIUS Veratius, Flacc. 20.

Q. FULVIUS Flaccus, Agrar. II. 33. Consul IV. cum Q. Fabio A. U. 544. quibus Coss. Capua capta est. Verr. I. 41. Censor cum A. Postumio A. U. 579.

Q. FULVIUS Nobilior, Filius Marci, qui Aetolos vicit, consul cum T Annio Lusco A. U. 600. Ennium civitate donavit, quum Triumvir coloniam deduxisset. Brut. 20.

SER. FULVIUS Flacc. Brut. 21. mediocris orator. Brut. 32. de incestu reus, a C. Curione defensus. Ex huius oratione. Inv. I. 43. ista verba afferuntur: *Nemo potest uno adspectu, neque praeteriens in amorem incidere.*

C. FUNDANIUS, Q. Fr. I. 2. 3. amicus Ciceronis. Socer Varronis, qui inducitur R. R. I. 2.

M. FUNDANIUS, Fr. Orat. pr. M. Fund. Petit. Cons 5.

FUNDANUS, ager Or. de leg. Agrar. II. 25. ager circum Fundos, Att. XIV. 6. oppidum Latii novi, inter Tarracinam et Formias situm. Ab eo est lacus Fundanus.

FUNISULANUS, Att. V. 4. X. 15. debitor Ciceronis.

T. FURFANIUS, Milon. 27. iudex in causa Milonis, laudatur. Fam. VI. 8. commemoratur T. Furfanus Postumus, praetor Siciliae post bellum civile Caesarianum, nescio an idem. Furfanus quidem aut idem esse quod Furfanius, aut hoc illi substituendum esse non dubito. Sic *Fidiculanus* et *Fidiculanius* invenitur. Est tamen alterum usitatius. *Ern.*

FURIAE deae N. D. III. 18. Rosc. Am. 24. in fabulis Pis. 20. earum taedae ardentes. Leg. I. 14. non ardentibus taedis sed angore conscientiae fraudisque cruciatu insectantur. Sull. 27. incitant ad poenas, Vat. 13. atratae.

FURINA, N. D. III. 18. lucus eius. Q. Fr. III. 12. templum, App. Victorem in reg. XIV. ponitur templum et lucus Furinarum cum insula. Est etiam apud Gruter. Inscript. C. C. C. XXXIII. 1. ara Forinarum pro Furinarum ad q. l. v. notulam in Graev. ed. adiectam. *Ernest.*

A. FURIUS, Poeta, Brut. 35. familiaris Q. Catuli patris, qui ei librum inscripsit de Consulatu et de rebus gestis suis. Absurde hic a Prustio laudatur Macrob. VI. 1. ubi de Furio quodam sermo, qui diu post Virgilium vixit. *Ern.*

C. FURIUS, Balb. 8. legem de testamentis tulit, de qua vid. Sex Furia s. Fusia.

L. FURIUS, Orat. II. 22. furit in re publica, vid. L. Fufius.

L. FURIUS, *Philus*, Lael. 26. Att. II. 18. Laelii sapientis aequalis et amicus. Off. III. 34. rogationem fert cum S. Atilio de foedere Numantino et C. Mancino. Brut. 28. perbene Latine locutus est et literatius quam ceteri. Orat. II. 37. eruditissimos homines ex Graecia palam semper secum habuit. Idem est, qui memoratur Arch. 7. Amic. 4. Consul fuit cum Sext. Attilio Serrano A. U. 617. Att. XII. 5. dicitur P. Furius. Et hoc praenomine etiam laudat Cassiodorus. vid. Sigon. ad h. a. *Ern.* Idem respicitur Agrar. II. 24. ubi vulgo pro nomine *Phili* perperam legebatur *Philippi.*

M. FURIUS Camillus, Dom. 31. in exilium mittitur; is, qui postea Dictator Gallos vicit, ab urbe deleta venientes, et tunc solus primusque hoc nomen obtinuit, ut ostendit contra Sigonium Perizonius Animadv. Hist. c. 1. Valens citat etiam M. Furium Camillum ex ep. ad Fam. VII. 5. sed in melioribus edd. est *M. Orfius.*

M. FURIUS Flaccus, Q. Fr. II. 3. eques, homo nequam, a Capitolinis et Mercurialibus collegio eiectus.

Num. FURIUS, Orat. III. 41. eques Rom. cantandi artis peritus.

P. FURIUS, Rabir. Perd. 9. a C. Deciano accusatur et condemnatur, homo turpissimus. Tribunus pl. factus est ex libertino, de quo v. Appian. de B. C. L. I. p. 629. Ceterum in hac historia videntur inter se pugnare Cicero et Valerius M. VIII. 1. Nam Cicero damnatum dicit, Valerius a Deciano non damnatum; scil. antequam condemnari posset, a plebe discerptus est, ut proprie quidem non damnatus sit iudicum sententiis, sed poenam tamen dederit, tamquam damnatus v. Pighius ad A. U. 654. *Ern.*

P. FURIUS, Cat. III. 6. socius Catilinae e colonia Fesulana, quo Catilina usus est in sollicitandis Allobrogum legatis.

Q. FURIUS, s. Fufius, Phil. II. 16. eques Rom. hereditate a M. Antonio eversus.

FURIUS, Balb. 20. praediator, cui tantum tribuit Q. Scaevola, ut quum de iure praediatorio consuleretur, ad hunc amicos suos reiiceret. Eius nullam fere mentionem faciunt historiae Iuris scriptores, quum tamen Cascellio hic iungatur. *Ern.*

FURIUS, Verr. V. 43. Heracliensis navarchus.

C. FURNIUS, Fam. X. 1. 3. 10. 11. amicus Ciceronis. VIII. 11. de Ciceronis supplicatione laborat. Att. V. 18. Fam. VIII. 15. trib. pl. L. Paulli cos. des. cupiditati provinciae, occurrere se velle minatur. Att. IX. 6. 11. a Caesare venit ad Ciceronem. X. 25. eius praepropera festinatio ad praeturam, antequam sc. aedilis fuisset, reprehenditur. Fam. X. 6. 8. legatus Planci. Fam. X. 5. 6. 10. convenit Ciceronem.

G.

GABINA vicinitas, pro Plancio 9. a Gabiis oppido Latii, fere medio inter Romam et Praeneste loco.

A. GABINIUS, pr. Corn. I. in tribunatu collegae abrogavit tribunatum, is fuit L. Trebellius, qui legi Gabiniae de bello Piratico Pompeio committendo, intercedebat. Manil. 17. legem de Pompeio ferenti resistit Qu. Hortensius. Cos. cum L. Calpurnio Pisone Caesonino A. U. 695. Dom. 9. lege Clodia Syriae procos. Att. II. 5. literas quum misisset ad Senatum, quibus ut sibi supplicatio decerneretur postularat, quod in Palaestina contra Aristobuli filium Alexandrum, ipsumque Aristobulum rem bene gessisset, magna cum ignominia Senatus ei supplicationem denegavit. Prov. cons. 4. Phil. XIV. 8. In eum Cicero acerbissime invehitur. Q. Fr. III. 2. urgetur a Memmio apud populum. Q. Fr. III. 3. eum ambitus reum facit P. Sulla. Fam. I. 1. a Crasso defenditur. Att. IV. 16. eum apud timidos iudices sermo de dictatura Pompeii adiuvit, ut absolveretur. Q. Fr. III. 4. 7. 9. Prov. Cons. 4. sqq. eius facinora in provincia et in ipso itinere. Pis. 17. gurges atque heluo natus abdomini suo. Rab. Post. 8. eum Cicero ex summis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defendit.

C. GABINIUS, Prov. cons. 5.

P. GABINIUS, Caecil. 20 accusatur a L. Pisone de repetundis post administratam Achaiam.

P. GABINIUS, Cimber. Catil. III. 3. Catilinarius.

Q. GABINIUS, esse videtur, Arch. 5. auctor legis tabellariae.

GADES, Insula cum oppido eiusdem nominis, in Hispania Baetica, ad ostium fluvii Baetis, quod oppidum celebrem portum habet, hodie Cadix: inde Gaditanus. Balb. 2. Dom. 30. Fam. X. 31. Sen. 19.

GALATAE, populi Phrygiae confines, cuius olim pars fuit Galatia. A Gallis postea occupata est, quibus dein et Graeci admisti sunt, unde et Gallo-Graeci dicuntur. Att. VI. 5.

C. GALBA, Serv. Galbae Oratoris filius, Orat. I. 56. Brut. 26. 32. 34. P. Crassi Muciani gener, rogatione Mamilia oppressus est, pro se ipse dixit. Eius epilogus puero Cicerone tanto in honore fuit, ut edisceretur. Primus post V. C. e collegio sacerdotum damnatus est iudicio publico.

P. GALBA, Verr. I. 7. Senator. Har. resp. 6. pontifex. Att. I. 1. Mur. 8. petit Consulatum cum Cicerone sine spe.

SERV. SULPICIUS GALBA, Orat. II. 56. Rabir. 7. Orator consul A. U. 609. cum L. Aurelio Cotta. Orat. I. 56. eius colloquium cum P. Crasso, de eo quod hic rusticano consulenti responderat. Brut. 21. 33. 86. eloquentia praestitit. Brut. 22. 23. 24. eius vis et vehementia in dicendo. *Ib* 24. scriptae tamen orationes exiliores. Orat. I. 53. II. 2. valde laudatur eius dicendi ratio. Primus ex Latinis rem augere, ornare, movere, delectare coepit. III. 7. aliquid asperitatis in dicendo habuit. Orat. I. 53. post praeturam Hispaniam obtinuit. In eum post reditum quaestionem tulit L. Scribonius Libo quam rogationem suasit M. Cato censorius senex. Mur. 28. Orat. I. 53. Brut. 23. quam minus graviter deprecatus a populo et sic liberatus est. Brut. 23. Orat. II. 65. eius facete dictum. Brut 22. eius oratio pro publicanis A. U. 615. habita. Orat. I. 53. vid. Sueton. Galb. 3. et ibi Interpr. Idem est qui nominatur. Her. IV. 5.

SERV. SULPICIUS GALBA, proavus Imperatoris, Fam. VI. 18. sponsor fit pro Pompeio filio. Phil. XIII. 15. Fam. X. 30. de percussoribus Caesaris. Eius

epistola ad Ciceronem de pugna Mutinensi. Fam. XI. 18. vid. Sueton. l. c. et Intt.

GALEO, Att. XI. 12. haeredem Ciceronem facit.

GALEOTAE, Div. I. 20. interpretes portentorum in Sicilia. Pearcius putat esse ex hebr. verbo גלה revelavit, explicavit. *Ern.*

GALLI, Font. 10. Capitolium obsident. Caec. 30. Phil. III. 8. per cuniculum aggressi. *Ibid.* a Capitolio deiecti. Font. 9. bella suscipiunt contra religiones. *Ibid.* 10. humanis hostiis deorum aras ac templa funestant. *Ibid.* ad Apollinem Pythium atque ad oraculum orbis terrae vexandum ac spoliandum profecti sunt. *Ibid.* 9. religione non commoventur nec metu deorum in testimoniis dicendis. *Ibid.* 17. eorum periuria. Har. Resp. 9. Gallos robore Romani non superant. Prov. cons. 13. Gallorum nationes imperatores Romani refutandas potius bello, quam lacessendas putaverunt.

GALLIA, Font. 1. civium Romanorum negotiantium plenissima. *Ibid.* 8. Galliae amplissimus in testimoniis dicendis ne cum infimo quidem cive Romano comparandus. Prov. cons. 13. Gallia maxime timenda imperio Romano. Cael. 28. Galliae loca, quae regione orbem terrarum rebus Caesaris gestis imperium populi Romani definiunt. Phil. V. 13. provincia Gallia, quae semper praesidet atque praesedit imperio Romano libertatique communi.

GALLIA Cisalpina, Att. I. 1. in suffragiis multam potest.

GALLIA Transalpina Poeno fuit auxilio, Her. IV, 33.

GALLICANUS saltus, Orat. pro Quint. 25.

GALLICUS ager, Brut. 14. Varr. I. de R. R. c. 2. Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Arminium datus est, ultra agrum Picenum. Sic autem dictus est ager iste, quod inde expulsi sunt Galli Senones. Atque sic capiendum vocabulum, ubi Gallicus Picenusque iunguntur, ut sit Catil. II. aliquoties. Itaque ep. Caes. B. C. I. 29. ubi Gallia Picenumque iunguntur, eodem modo intelligendum Galliae nomen. Dicitur etiam Gallia quaestoria. De qua vid. ad Sueton. Claud. 24. *Ern.*

GALLINARIA Sylva, Div. IX. 23. in Campania inter ostia Vulturni et Literni iuxta littus.

C. GALLIUS, Verr. III. 65. Senator.

M. GALLIUS, Q. F. Phil. XIII. 12. praetorius, Antonianus. Att. XI. 20. X. 15. vid. Interpr. ad Sueton. Tib. 6.

Q. GALLIUS, Brut. 79. a M. Calidio reus fit de ambitu, defenditur a Cicerone. vid. Torr. ad Aug. 27.

P. GALLONIUS Praeco, Quinct. 30. Fin. II. 8. homo luxuriosissimus, cuius mensa omni genere deliciarum, in primis acipensere infamis, propterea notatus Lucilio poetae. Eiusdem rei mentionem facit Horatius Serm. II. 2. 47.

GALLUS Herennius. vid. Herennius.

GALLUS Cornelius, Fam. X. 32. familiaris Asinii Pollionis poeta est nobilis sub Augusto, ut putat Manutius. Nec video, quid abstet. vid. Burmann. ad Suet. Aug. 66. et Ovid. A. III. 9. 64. *Ern.*

C. GALLUS, Brut. 23. Top. 12. Mur. 37. est C. Sulpicius Gallus. Vid. infra in *Sulpicius.*

GALLI duo sunt, Fam. VIII. 4. quamquam alii habent *Galii.*

GAMALA, Att. XII. 23. filia Liguris cuiusdam, mortua. Sed incerta est nominis scriptura in Mss. quum legatur in aliis *Megala*, in aliis *Magala*, vel *Megilia.*

GAMELEON, mensis graeci nomen. Fin. II. 31.

GARGETTIUS, Fam. XV. 16. a Gargetto δήμῳ s. pago Atheniensi.

GAURUS mons, Agrar. II 14. in Campania, vino nobilis. Montes continui sunt, quorum occidentalis pars Gaurus, orientalis Massicus, septentrionalis Falernus dicitur. vid. Flor. I. 16. et ibi Intt. Gaurani saltus memorantur ap. Flor. II. 6. 28. ad q. l. a. Graevium. *Ern.*

L. GAVIUS Firmanus, Att. VI. 1. negotiator, ei praefecturam rogatu Bruti Cicero detulit. *Ibid.* 3. contumeliosus est in Ciceronem. P. Clodi canis. Fratrem habuisse colligo, quod Att. IV. 8. appellatur Firmanus, et Att. IV. 7. commemorantur Firmani fratres.

P. GAVIUS Cosanus, Verr. V. 61.

T. GAVIUS Caepio, Att. V. 20. locuples et splendidus homo. Alii praenomen faciunt Sext. quod probat Perizon. Anim. H. cap. 1. *Ern.*

GAVIUS

GAVIUS Olelus, Sext 33. Hoc nomen varie tentarunt viri docti. Maxime autem probatur doctis viris, v. c. Graevio, coniectura Perizonii, qui legebat: Gavius Caepio. vid. Animadv. Hist. c. I. p. 30. *Ern.*

GEDUSANUS ager, Agrar. II. 19. memoratur inter loca a P. Servilio Isaurico sub imperium Rom. redacta. Graevio corrupta vox videtur. *Ern.*

GELENSES, Verr. IV. 33. III. 43. ab oppido Gela Siciliae, iuxta fluvium, qui Gelas dicitur.

L. GELLIUS, A. U. 683. consul, non tam vendibilis ora or, quam ut nescires quid ei deesset.

L. GELLIUS, Balb. 8. legem de civitate tulit ex Senatus consulto, vid. Ind. Legg. Cluent. 42. censor cum Cn. Lentulo tempore iudicii Cluentiani, biennio post consulatum, quem cum Cn. Lentulo gessit A U. 681. ad Quir. n. redit, 7. a Cicerone remp. conservatam in concione dixit. Pis. 3. Ciceroni civicam deberi dicit. Eius mentio fit etiam Verr. I. 48. Verr. II. 38. fortasse etiam Fam. X. 17. Leg. I. 20. ex praetura Athenas veniens, pacem inter philosophos facere suscipit et propterea ridetur.

GELLIUS, Harusp. resp. 27. Att. IV. 3. Clodianus. Sext. 51. Vatin 2. homo seditiosus et popularis.

GELLII, Cn. et Sext. Div. I. 26. Leg. I. 2. historici Latini languidi et insciti, de quibus vid. Vossium de histor. lat. I. 8. alii de uno Cn. capiunt. Fabric. in B. Lat. Indice, citat L. Gellium e. Cic. de Legg.

GELO, N. D. III. 34. Tyrannus Syracusanus.

GEMINUS, Tusc. I. 37. cognomen Serviliorum.

L GENUCILIUS Curvus, Fam. XIII. 53. in Hellesponto negotiator. Eius negotia Thermo commendantur.

GERMALUS, Att. IV. 3. mons et pars urbis Romae; ubi Milo domum habuit.

G. GETA, Cluent. 42. e Senatu eiectus a L. Metello et Cn Domitio Coss. censor ipse post factus est.

GETAE, Att. IX. 10. populi Thraciae Dacis vicinae.

GIGANTES, Har. Resp. 10. quos poetae ferunt bellum diis intulisse. N. D. II. 28. Sen. 2.

M. GLABRIO, ex Aciliis, filius auctoris legis Aciliae, Brut. 68. avum habuit Scaevolam, tardus ingenio, Act. I. in Verr. 2. praetor et quaesitor in causa

C. Verris. cos. A. U. 686. Manil. 9. partem exercitus a Murena accipit. Har. Resp. 6. pontifex. De praenomine Glabrionum vid. H. Reland. praefat. ad P. Relandi Fastos Cons. not. 2. *Ern.*

GLAUCE, N. D. III. 23. uxor Upis, mater Dianae.

C. Servilius GLAUCIA, Orat. III. 41. II. 61. 65. eius dictum in Calvinum et Metellum Har. resp. 24. Marium alio tempore laudat, alio vituperat, Rab. 7. praetor seditiosus Coss. Mario et L. Valerio. Catil. III. 6. praetor interficitur. Verr. I. 9. legem de repetundis tulit, de qua vid. Ind. Legg. Brut. 62. homo improbissimus sed peracutus et callidus, cum primisque ridiculus h. e. facetus in iocis.

GLAUCIPPUS, Agr. I. 6. exceptus lege Papia, quo peregrini eiiciebantur.

P. GLOBULUS, Flacc. 32. 34. praetor Asiae, e gente Servilia.

GNATHO parasitus, persona apud Terentium, Lael. 25. Phil. II. 6.

GORGIAS Leontinus, Inv. I. 5. antiquissimus fere rhetor. Or. I. 22. III. 32. Fin. II. 1. se ad omnia de quibus quisque audire vellet esse paratum denuntiabat, ei Delphis a tota Graecia non inaurata, sed aurea statua posita est. Brut. 8. 12. 85. rerum singularum laudationes vituperationesque scripsit, locos communes. Orat. 12. 49. 52. concinnitatem in orationibus consectatur. *Ibid.* 13. concisus Isocrati videtur minutis numeris. *Ibid.* 52. eum iam senem Isocrates adolescens audivit. Ab hoc nomen habet Platonis dialogus contra sophistas. Orat. I. 11. Tusc. V. 12.

GORGIAS, Her. IV. 52. pedissequi nomen, in narratione ficta.

GORGIAS, Fam. XVI. rhetor, quo M. Cicero fil. Athenis initio usus est, sed paulo post, iussu patris dimissus.

GORGO, Verr. IV. 56. Medusa, eius os crinitum anguibus.

C. GORGANIUS, Brut. 48. eques Rom. orator plane indoctus sed in dicendo solutus et acutus.

GORTYNIUS, Phil. III. 5. a Gortyna, Cretae urbe.

GRACCHI, Her. IV. 54. sunt Ti. et C. Gracchi fratres ob seditiones interfecti.

Ti. Sempronius GRACCHUS, P. F. Inv. I. 30. Pater. Lael. 27. Scipionis Afr. min. gener. Brut. 20. bis Consul et Censor. Eius oratio Graeca apud Rhodios; vir disertus. Prov. Cons. 8. (Liv. 38. 57) in tribunatu L. Scipioni Asiatico, etsi inimico, tamen solus auxilio est. N. D. II. 4. Div. I. 17. Q. Fr. II. 2. augur in designatione consulum (P. Scipionis et C. Figuli A. U. 591.) non recte a se tabernaculum captum esse recordatus, de ea re quum ad augurum collegium misisset augures ad senatum retulerunt; consules abdicarunt. Ex Consulatu Sardiniam obtinet. Orat. I. 9 Censor libertinos et reliquam fecem populi in urbanos tribus coniicit. Aliter Liv. XLV, 15. Ciceroni consentit Auctor de Viris illustr. Oratio apud Censores. Orat. 70. Inv. I. 30. iterum Consul fit, quod in Censura nil fecit insciente collega. Div. I. 18. II. 29. prodigium anguium, quod ei oblatum est.

Ti. Sempronius GRACCHUS, Ti. fil P. N. Africani ex filia nepos, Brut. 27. praeceptorem habuit Diophanem Mitylenaeum. Causa tribunatus seditiosi, de qua vid. Vell. II. 2. Brut. 25. a M. Octavio patientia frangitur. Brut. 25. adolescens ingeniosissimus. Brut. 27. eloquentia eius, et orationes. Off. I. 22. a P. Nasica interemptus est. Eius caedes rhetorice descripta. Her. IV. 55. Gracchi nitorem obsoletum possit aliquis Drusum appellare. Her. IV. 34.

C Sempronius GRACCHUS, *Ti. F. P. N.* Tib. Gracchi frater natu minor. Brut 58. 27. optime a matre educatus. *ibid.* 26. Menelao Marathено rhetori Graeco operam dat. Brut. 33. eius eloquentiae laudes. Har. Resp. 20. morte fratris Tiberii excitatur ad seditiones. Div I. 26. Quaesturam petentis somnium. Cluent. 54. lex, ne quis iudicio circumveniatur. Off II. 21. largitionibus aerarium exhaurit. Tusc. III. 20. patronus aerarii haberi vult. Dom. 9. lex de provinciis, de legibus eius et fratris v. Ind. Legum. Orat. II. 66. pro eius capite aurum repensum est Septumuleio, add. Plin. H. N. XXXIII. 3. Brut. 26. orationem contra eum habuit C. Fannius. Or. III. 60. in dicendo usus est homine, qui eburnea fistula inflaret sonum, quo illum aut revocaret a nimia contentione, aut remissum excitaret.

GRACCHUS, Rabir. Perd. 7. servus, postea libertinus, qui, quia se pro Ti. Gracchi filio gerebat,

artibus Saturni tribunus pl. cum ipso factus est, et cum eo Capitolium occupavit.

GRAECEIUS, Fam. XI. 7. 12. videtur in exercitu Bruti aliquem locum tenuisse.

GRAECI, Orat. I. 44, iis Romanorum prudentia anteponitur. *Ibid.* 45. apud eos infimi homines qui πραγματικοὶ vocantur ministros se praebent in iudiciis oratoribus. Her. III. 23 de memoria scripserunt. Her. I. 1. multa supervacua scripserunt. N. D. I. 4. Tusc. II. 15. eorum lingua copiosior Latina. Lael. 4. nonnullorum inter eos doctorum consuetudo, de posita quaestione quamvis subito dicendi. Off. I. 1. eorum nemini contigit et forense dicendi, et quietum disputandi genus. Lael. 13. Graecorum sapientum argutiae de amicitia. Flacc. 27. Graecorum tria genera. Flacc 4. iis tribuitur vanitas in testimoniis. Lig. 4. Att. VII. 18 multi sunt leves et in officio negligentes. Mur. 14. Graeca bella. Verr. V. 56. Graeca vina. Att. XVI. 5 Graeci ludi. Tusc. IV. 33. Graeca gymnasia. Verr. I. 26. Graecus mos bibendi. Tusc. I. 40. Graeci in conviviis nominant, cui poculum traditurì sint.

GRAECIA dupliciter dicitur: 1) latius, duas provincias Macedoniam ut Achaiam complexa. 2) Angustius de parte ea, quae inter Isthmum Peloponesi et Thessaliam interiacet, quae Graecia proprie dicitur.

GRAECIA MAGNA, pars inferioris Italiae, Coloniis Graecorum occupata. De eius terminis et nominis ratione vid. Cellar. G. A. T. I. p. 512.

GRAECOSTASIS, Q. Fr. II. 1 locus Romae in foro ante curiam, ubi legati externorum populorum et regum consistere solebant et exspectare, donec responsa acciperent a senatu. vid. Varro de L. L. IV. 32. Caelius Rhodigin. X. 5. aliique laudati Curtio ad Sull. Caetil. c. 40. *Ern.*

GRAECULUS, Orat. I. 22. otiosus et loquax, fortasse doctus atque eruditus. Mil. 21. Graeculi comites nugae. Orat. I. 11. Graeculi homines contentiores cupidiores quam veritatis.

GRAII, Inv. II. 23. eorum mos hostibus devictis tropaeum statuendi.

P. GRANIUS, Verr. V. 59. negotiator in Sicilia.

Q. GRANIUS, praeco, hominum summorum, Crassi, Catuli aliorumque propter dicacitatem familiaris, qui nec summis viris pepercit, sed eorum vitia

libere perstrinxit et impune. vid. Brut. 43. 46. Orat. II. 60. 70. Planc. 14. Fam. II. 60. 70. Att. VI. 3. Itaque eius nomen pro exemplo usurpatur hominis faceti et dicacis, ut Fam. IX. 15.

M. GRATIDIUS, Arpinas, Legg. III. 16. fert legem tabellariam Arpini, cui resistit Ciceronis avus. Huius soror fuit M. Ciceronis oratoris avia. Brut. 45. M. Antonii Or. familiaris et praefectus in Cilicia, ibi interfectus est. Accusavit C. Fimbriam. M. Marii Gratidiani pater naturalis. Doctus Graecis literis, factus ad dicendum.

M. GRATIDIUS, Flacc. 21. Q. Fr. I. 1. 3. legatus Q. fratris in Asia. Eum Quintus dicitur ut fratrem amasse, et ipse fraterno in Cicerones animo fuisse. Eum puto aut huius superioris Gratidii filium, Gratidiani fratrem, aut, quando temporum ratio non plane consentit, nepotem. Memoratur etiam Gratidius, trib. pl. Lentulo Spinthere et Metello Coss. ad Q. Fr. II. 4. sed quando nunquam inter eius anni tribunos a Cicerone Gratidius nominatur, Manutius *Fabricius* legi volebat, probante Lambino; Gruterus autem *Fadii* cognomen putat esse, qui eo loco proxime antecedit Gratidium. *Ern.*

M. GRATIDIANUS, M. Gratidii Arpinatis fil. adoptatus a M. Mario, eoque aut C. Marii septies consulis patruo, ut I. F. Gronovio placebat, Obs. II. 6. aut eius potius fratre, ut multis docet Perizon. Animadv. Hist. c. 3. p. 98. seqq. Legg. III. 16. homo turbulentus. Orat. II. 65. ab Aculeone accusatur, defenditur ab L. Aemilio Lamia. Off. III. 20 in praetura edictum de re numaria cum ceteris praetoribus et trib. pl. commune solus proponit callide, et ea re gratiosissimus fit. De hac re add. Senec. de Ira III. 18. Plin. XXXIII. 9. extr. Petit. Cons. 3. a Catilina crudeliter interficitur: quo respexit Lucan. II. 175. vid. Intt. et quidem iussu Sullae. Senec. l. c. *Ern.*

GRATIUS, Arch. 4. accusator Archiae. Olim legebatur Gracchus, quem P. Manutius putat esse Numerium Quintium Gracchum, qui Lentulo Spinthere Consule tribunus pl. fuit.

GUTTA, Q. Fr. III. 8. dicitur Milonis competitor in consulatu cui Pompeius omnia tribuat. Quis ille sit incertum est; Asconius enim, quod iam Manutius monuit, tres tantum candidatos nominat, T.

tota ista Asiae parte, quae est ad Hellespontum. Hinc in Verr. I. 24. Lampsacum Hellesponti oppidum dicitur. Fam. XIII. 53. Pariana civitas in Hellesponto. Inde *Hellespontius* Fam. VIII. 53.

HELMIUS MANCIA, Orat. II. 66. homo deformis, sed orator tamen. L. Caesaris dictum in eum. Hoc dictum L. Crasso tribuit Plinius XXXV. 4.

HELVETII, Prov. cons. 13. cum iis Caesar feliciter decertat. Balb. 14. foedera cum iis de recipiendis in civitatem.

P. HELVIDIUS RUFUS, Cluent. 70. eques Rom.

HEPHAESTUS, Q. Fr. I. 2. 2. Apamensis, de Q. Cicerone queritur.

HERA, Att. II. 1. urbs Siciliae, quae et *Hybla* notiori nomine dicitur.

HERACLEA, Verr. II. 50. V. 33. oppidum Siciliae, circa ostium fluvii Halyci.

HERACLEA, Arch 4. urbs Magnae Graeciae inter Metapontum et Tarentum sita.

HERACLEO, Verr. V. 36. archipirata, qui praetore Verre Siciliam vexavit.

HERACLIDES, Temnites, Flacc. 18.

HERACLIDES, Ponticus, Tusc. V. 3. Div. I. 23. vir inprimis doctus, auditor et discipulus Platonis. N D. I. 13. fabulis libros refersit, modo mundum, modo stellas, modo terram et coelum Deum facit. Leg. III. 6. de re publica scripsit, s. περὶ νόμων.

HERACLIENSES, Verr. III. 43. Balb. 8. 22.

HERACLEOTAE, Fam. XIII. 56. incolae urbis Heracleae in Caria.

HERACLIUS, Centuripinus, Verr. II. 27.

HERACLIUS Segestanus, Verr. V. 43.

HERACLIUS, Syracusanus, Verr. II. 5. 14.

HERACLIUS, Verr. III. 39. legatus Amestratinus.

HERACLITUS Ephesius, Tusc. V. 36. Physicus. Acad IV. 37. statuit, ex igni omnia gigni. Fin. II. 5. σκοτεινὸς dictus est. N. D. III. 14. eum non omnes interpretantur uno modo. Div. II. 64. valde obscurus et quidem N. D. I. 26. consulto.

HERACLITUS, Syrius, Acad. IV. 4. auditor Clitomachi et Philonis, laudatur.

HERBITA, Verr. III. 32. oppidum Siciliae mediterraneae ad Heraeos montes.

HERMACHUS Chius. vid. *Hermarchus.*

HERMACREON, Inv. I. 30. portitoris nomen; qui portoria Rhodiorum redemit.

HERMAE Pentelici, signa ab Attico Ciceroni empta, Att. I. 8. Iidem dicuntur, Att. I. 10. *Hermeraclae.*

HERMAGORAS, Inv. I. 6. 51. Brut. 76. rhetor celeberrimus. Praecepta scripsit expedite ad inveniendum, sed tenuia ad ornandum. Inv. I. 11. constitutionis translativae auctor est. De eo vid. Interp. ad Quintil. III. 1. Nam eum secutus est. Diversus est ab Hermagora Temnite, qui Carion dictus est, et Romae Augusti temporibus vixit, cuius libros commemorat Suidas in Ἑρμαγόρας. Pompeius decedens ex Asia, finito bello Mithridatico, Rhodi contra eum disputavit, περὶ τῆς καθ᾽ ὅλου ζητήσεως — quam disputationem descripsit Posidonius. Plutarch. in Pompeio p. 641. ed. Wech. *Ern.*

HERMARCHUS, Fin. II. 30. Epicureus Mitylenaeus, ad quem Epicurus epistolas scripsit eumque testamento haeredem fecit. Vulgo perperam legebatur Hermachus.

HERMARCHUS Chius, Harusp. resp. 16.

HERMATHENA, Att. I. 1. signum in una basi Mercurii et Minervae commune.

HERMERACLAE, Att. I. 10. signa Mercurii et Herculis coniuncta

HERMES auctoris librorum ad Herennium doctor, Her. I. 11. Hoc nomen Longolius et Lambinus censuerunt in *Hermagoras* mutandum. Frustra. Nam Hermes tres putavit esse in arte Rhetoricâ constitutiones, Hermagoras vero quatuor.

HERMES, i. e. Mercurius commune gymnasiorum insigne. Att. I. 4.

HERMIA, vel HERMIAS, Fam. XVI. 15. Q. Fr. II. 4. servus Ciceronis.

HERMIPPUS, Flacc. 19. legatus Temnitarum.

HERMIPPUS, Q. Fr. I. 2. 2. Dionysipolita, queritur de Q. Cicerone.

HERMO, Att. V. 21. Servus tabellarius.

HERMOBIUS, Fl. 18. Temnites.

HERMODORUS, Att. XIII. 21. qui Platonis libros solitus est divulgare, unde proverbium: λόγοισιν Ἑρμόδωρος sc. ἐμπορεύεται Suidas in hoc proverbio, qui eum auditorem Platonis appellat. Scripsit περὶ

HIERO, Herr. II. 14. III. 6. rex Syracusanus. N. D. I. 22. Simonidem interrogat de Diis. Eius stemma v. ap. Drakenb. ad Liv. XXIV. 26.

HIERO, Verr. IV. 13. 44. Cibyrata, pictor, quo una cum fratre Tlepolemo Verres usus est in pervestigandis vasis et signis, quae furari posset.

HIEROCLES Alabandeus. Orat. II. 23. Meneclis Aland. frater. Orator tota Asia celeberrimus, floruit temporibus L. Crassi oratoris et M. Ciceronis pueri. Brut. 95. argutus et sententiosus. cf. Orat. 69.

HIERONYMUS, Rhodius. Orat. 57. Peripateticus, in Isocratis libris multos versus invenit. Acad. IV. 42. vacuitatem doloris summum bonum esse dicit. cf. Fin. II. 3. 6.

HIEROSOLYMA, Flacc. 28. urbs suspiciosa et maledica dicitur.

HIEROSOLYMARIUS, Att. II. 9. per iocum Pompeius dicitur, ab Hierosolymis captis.

HILARUS, Att. XII. 37. XIII. 19. est servus et librarius, deinde libertus Ciceronis. Att. I. 12. fugi ad C. Antonium in Macedoniam.

HILARUS, Fam. XIII. 32. libertus Cn. Otacilii Nasonis.

HILARUS, Att. XVI. 4. libertus Libonis.

HIMERA, Verr. IV 33. urbs et fluvius Siciliae.

HIPPARCHUS, Att. II. 6. scripsit contra Geographica Eratosthenis; Nicenus fuit, Astrologia celeber, circa Olymp. CLX. Eius librum contra Eratosthenem commemorat Strabo. L. I. p. 14. L. II. p. 133. eum Eratostheni iniquiorem putat. L. II. p. 149. autem diserte dicit, eum non tam Geographica scripsisse, quam Eratosthenis Geographica reprehendisse. *Ern.*

HIPPIAS Eleus. Orat. III. 32. Sophista celeber Socratis temporibus. vid. Platon. Hippiam. gloriatus est, nil esse in ulla arte tum liberali, tum illiberali, quod ipse nesciret. cf. Brut. 8. 55.

HIPPIAS, Pisistrati filius. Att. IX. 10. arma contra patriam fert, in pugna Marathonia cadit.

HIPPIAS, Philoxeni filius. Fam. XIII. 37. Calactinus.

HIPPIAS, Phil. II. 25. mimus, Plutarch. in Antonio.

Q. HIPPIUS, Fam. XIII. 76. vide C. *Valgius* Hippianus.

HISPANIENSIS, N. D. III. 10. Hispanienses aestus maritimi Tog. cand. Fr. Hispaniensis pugiunculus.

HISPO, vel HIPSO, Fam. XIV. 1. centurio fuisse videtur, missus a Coss. vel Tribuno pl. Clodio, ut Ciceronem exulem persequeretur.

HISTER, fluvius, Orat. 45. Danubii ea pars, quae in Illyrico est.

HOMERUS, Brut. 18. antiquissimus; cuius scripta exstent, poëtarum, ante eum tamen fuerunt poetae. Tusc. V. 3. Lycurgi aequalis, I. 1. vixit ante Romam conditam. Ser. 15. multis seculis ante Hesiodum. Brut. 10. 13. incerta tempora. Arch. 8. de eius patria urbes inter se contendunt. Tusc. V. 39. caecus fuisse fertur. At eius picturam non poesin videmus. Fin. II. 34. non direxit artem poeticam ad voluptatem. Div. II. 2. eius sententia de fato. Tusc. I. 26. eius fabula de Ganymede. Fin. V. 18. fabula de Sirenibus. Fam. XIII. 15. Brut. 10. eius magniloquentia. Div. II. 47. ei nemo similis. Tusc. I. 16 eius νεκυία Orat. 1. non ei solus in poetis est locus. Fam. III. 11. Q. Fr. III. 7. aliquot eius versiculi. Tusc. III. 9. Div. II. 30. Fin. V. 18. eius versiculi latine conversi. *Ibid.* IV. 22. eius Aiax cum Hectore depugnans. N. D. II. 28. apud eum duo exercitus contrarios alii dii ex alia parte defendunt. Div. I. 40. narrat Polyidum Corinthium et aliis multa et filio mortem praedixisse. Off. III. 26. apud eum nulla suspicio de Ulysse eum simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse. N. D. III. 16. Herculem apud inferos conveniri facit ab Ulysse. Arch. 10. praeco virtutum Achillis. Fam. X. 13. Ulyssem appellat πτολίπορθον. Att. I. 16. Homericum est ὕστερον πρότερον. Top. 13. dicitur propter excellentiam poeta. Tusc. I. 32. Panaetius Platonem appellat Homerum philosophorum. Brut. 10. 13. eius de Ulyssis Nestoris, Menelai eloquentia testimonium. *Ibid.* 18. eius de Phaeacum et procorum epulis narratio. Orat. III. 74. eius libri a Pisistrato dispositi.

HONORIS aedes extra portam Collinam, Leg. II. 23. Eius et Virtutis templum, Verr. IV. 54. Sext. 54. Eius templum, N. D. II. 23.

HORATIA, Inv. II. 26. soror Horatiorum, de qua Livius I. 26.

HORATII, Inv. II. 26. fratres tergemini Romani, de quibus est apud Liv. L. I. 24 seq. Marcus, qui sororem interfecit, populi comitiis liberatur. Mil. 3.

M. HORATIUS Pulvillus. Dom. 53. Capitolium constanter dedicat, vid. Liv. II. 8.

HORATIUS, Fam. XII. 30.

HORATIUS, Balb. 17. nomen corruptum est, aut supervacuum. Manut

T. HORDEONIUS, Att. XIII. 46.

HORTALUS, Att. II. 25. IV. 15. cognomen est Hortensii, quo notus est inprimis nepos oratoris e Tacito. Sed e locis Ciceronis patet, etiam avum patremque huius Corneliani sic appellatum. Itaque non necesse erat Catulli epigr. 66. a Vossio aliisque ad nepotem referri: nec temporum ratio sinit credere, Catullianum Hortalum esse nepotem potius, quam nepotis avum. *Ern.*

HORTENSIUS, Att. XII. 5. argentarius.

L. HORTENSIUS, Verr. III. 16. pater Q. Hortensii.

Q. HORTENSIUS L. F. Brut. 64. natus A. U. 639. *Ibid.* undeviginti annos natus A. U. 658. primum dixit in foro Crasso et Scaevola coss. Orat. III. 61. eodem anno Africae causam in senatu dixit. *Ibid.* paullo ante Crassi mortem, quae incidit in A. U. 662. pro Bithyniae rege dixit. Brut. 89. belli Italici anno primo (U. C. 663.) miles altero tribunus militum fuit. *Ibid.* 92. aedilitatem petiit A. U. 677. eamque A. U. 678. Off. II. 16. magnificam egit. A. U. 681. praetor; A. 684. consul fuit cum Q. Caecilio Metello Cretico. Orat. III. 61. eius socer fuit Q. Catulus. Verr. II. 8. socrus Servilia femina primaria. Brut. I. Phil. II. 7. augur una cum Cn. Pompeio Ciceronem in collegium cooptat, eumque inaugurat. Verr. Act. I. 9. Act. II. lib. II. 8. Verrem cos. designatus defendit accusante Cicerone. Q Fr. I. 3. Att. III. 9. Cicero queritur se ab eo summa simulatione amicitiae, summaque assiduitate quotidiana, sceleratissime insidiosissimeque tractatum. Brut. 1. dicitur vir egregius coniunctissimusque cum Cicerone consiliorum omnium socius. Orat. III. 61. eius ingenium peracre, studium flagrans, doctrina eximia et Tusc. I. 24. Ac. pr. II 1. memoria singularis. Brut. 64. eius admodum adolescentis ingenium ut Phidiae signum simul adspectum et probatum est. *Ibid.* in patronorum numero annos quatuor et quadraginta fuit. Brut. I. 64. 94. Att. VI. 6. mortuus L. Paullo C. Marcello coss. A. U 703. aetatis anno LXIV. Brut. 88. sqq. eius eloquentiae laudes. Brut.

Brut. 96. pro Messalla dixit maxima cum Bruti admiratione, quo tamen absoluto Fam. VIII. 2. theatrum Curionis ingressus vehementissime exsibilatus est. Brut. 93. in omnium rerum abundantia vixit. Acad. IV. 3. eius Tusculanum. Acad. Pr. II. 40. eius villa ad Baulos amoenissima. Att. VII. 3. eius praedium ad portam Flumentanam a Caelio emptum. *Ibid.* eius Puteolanum. Att. XI. 6. domum eius Romae L. Lentulus cos. in bello civili sibi despondet. Caecil. 7 vehementer laborat ut in causa Verrina Caecilius accusator Ciceroni anteponatur. Manil. 11. eius sententia de lege Manilia, i. e. de Pompeio imperatore contra Mithridatem deligendo. Mur. 4. 25. defendit Murenam cos. des. Rab. 6. defendit C. Rabirium. Sext. 2. item P. Sextium. Fin. I 1. vituperat philosophiam. Fam. II. 16. numquam se bello civili interfuisse laetatur. Att. I. 16. concessit in causa Clodiana Fufio, ut iudices sorte legerentur. Att. IV. 3. A. U. 696. una cum Appio adiuvat Metellum Nepotem Clodii causa calumnia dicendi tempus eximentem.

HORTENSIUS, Div. II. 1. liber Ciceronis, in quo ad Philosophiae studium adhortatur.

Q. HORTENSIUS Q. fil. Att. VI. 3. Laodiceae fuit flagitiose et turpiter. Att. X. 4. dicitur sua natura, non patris culpa corruptus. *Ibid.* 16. 18. Ciceronem convenit. Phil. X. 5. 6. praetor Macedoniae, M. Brutum delectu iuvat.

HOSTILIA curia. Fin. V. 1.

HOSTILIANAE ACTIONES. Orat. I. 57. sunt formulae a ICto quodam Hostilio excogitatae et conceptae, quibus, qui ex legibus agere vellet, uteretur, quibusque quasi cautum erat his, qui lege agere vellent, ne in ipsa actione, quam lex daret, peccarent, atque ita sua culpa perderent litem. Ex loco autem Ciceronis intelligi videtur, formulas illas tantum certarum causarum fuisse, nominatim, quibus de hereditate agitur. Sed tamen non negaverim in isto libro etiam formulas rerum emendarum vendendarumque fuisse, item aliarum. Nam et Manilianae leges vocantur Actiones, ap. Varron. R. R. II. 5. 11. Male hic nonnulli legem Hostiliam de furtis commemorant. Nam actio non est lex, sed lex actionem, et ex lege fit actio. Simili fere modo Manilius formulas conscripsit, quibus in vendendo et emendo caveretur hominibus. *Ern.*

HYRCANIA, regio in Asia maiori, ad mare Hyrcanium s. Caspium. Tusc. I. 45.

I.

IACCHUS, Verr. IV. 60. e marmore, apud Athenienses in primis colebatur.

IALYSUS, Verr. IV. 60. Hercules filius. N. D. III. 21. Solis nepos, a quo Ialysus urbs apud Rhodios. Orat 2. Att. II. 21. pictura Rhodi, auctore Protogene, de qua v. Gell. Noct. Att. XV. ult. Plin. XXXV. 10. add. Martini Varr. L. IV. 20. *Ern.*

IAMBLICHUS, Fam. XV. 1. Sampsicerami filius, Phylarchus Arabum, amicus Romanorum. Phylarchi sunt reguli s. dynastae. Vid. quem Graevius iam laudavit, Strab XVI. p. 1092. et ibi Casaub. *Ern.*

IAMIDAE, Div. I. 41. haruspices in Peloponneso.

IANICULUM, Agr. I. 5. II. 27. Mil. 27. mons, in quo Romae pars posita.

IANUS deus princeps in sacrificando, N. D. II. 27. Vid. *Ianus* in indice Latinitatis.

IAPIDES, Balb. 14. sunt populi Iapidiae in ora Italiae maritima, quum ex Illyride in Italiam venitur.

IASON, Pheraeus, Off. I. 48. N. D. III. 28. casu sanatur, de eo vid. Diodor. Sic. XV. p. 373.

IBYCUS Rheginus, Tusc. IV. 33. eius scripta; amoribus deditissimus. Eius etiam Strabo bis mentionem facit. L. I. p. 102. L. VI. p. 417. Fuit Simonide antiquior, ex cuius libris pauca fragmenta apud veteres restant. Vide quos laudat Fabric. B. G II. 15. *Ern.*

ICADIUS, Fat. 3. praedo, qui saxo, quod ex spelunca in eius crura inciderat, periit.

M. ICCIUS, Phil. III. 10. Siciliam sortitus est, sortiente M. Antonio Consule.

ICONIUM, caput Lycaoniae, Fam. III. 5. 6. 8. XI. 3. Att. V. 20.

IDA mons Phrygiae unde Att. I. 18. *Idaeus* pastor i. e. Paris et *Idaea*, sacra, magnae matris deûm Sen. 13. Leg. II. 9. ab Ida, notissimo monte Phrygiae, Leg. II. 1. Idaeae matris famuli, *ibid.* II. 16. eius stipes. N. D. III. 16. Idaei Digiti.

IDYIA, N. D. III. 19. Aeetae uxor, Medeae mater.

ISAURICUS, Att. V. 21. Isauricum forum Laodiceae actum ab Isauria, quae est regio interiecta Pisidiae, Pamphyliae, Ciliciae et Lycaoniae.

ISARA, Fam. X. 15. flumen Galliae Transalpinae.

ISIACI, Div. I. 58. coniectores, Isidis sacerdotes.

ISIDORUS, Verr. III. 34. mimus. Att. XI. 4. autem est libertus quidam.

ISIS, N. D. III. 19.

ISOCRATES, Orat. II. 2. eloquentiae pater. Or. 17. aequalis Platonis. Orat. III. 16. abstinuit a re publica. Inv. II. 2. eius ars rhetorica quae fuerit, ignoratur. I. 9. tota eius ratio libris Ciceronis de Oratore continetur. Orat. 13. laudatur a Platone in Phaedro. Orat. II. 13. III. 9. doctor Ephori et Theopompi. Brut. 56. Att. VI. 1. in acerrimo ingenio Theopompi et lenissimo Ephori dixit alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Brut. 8. eius domus quasi ludus dicendi patuit cunctae Graeciae. *Ib.* et ipse scripsit multa praeclare, et docuit alios et quum cetera melius, quam superiores tum primus intellexit, etiam in soluta oratione dum verbum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari. Brut. 12. primo artem dicendi esse negavit, scribere autem aliis solitus orationes, quibus in iudiciis uterentur, sed quum ex eo quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumveniretur, saepe ipse in iudicium vocaretur, orationes aliis destitit scribere, totumque se ad artes componendas transtulit. Att. II. 1. μυρεψήκιον Cicero appellat eius praecepta rhetorica. Or. II. 22. magister Critiae, Lysiae et Theramenis. Orat. III. 34. Timothei.

ISSUS, Att. V. 20. urbs Ciliciae ad Pinarum amnem et sinum Issicum, qui ab ipsa urbe nomen tulit.

ITALIA, Arch. 3. plena graecarum artium. Orat. II. 37. referta Pythagoreis. Red ad Quir. 1. eius species. Man. 12. eius duo maria. Tusc. V. 35. Italicae mensae. Sen. 21. Italici philosophi.

ITALICUM bellum i. e. Marsicum. Verr. II. 2. Agr. II. 29. Arch. 4. Pis. 36. Balb. 22. Off. II. 21. Fam. XV. 12.

ITHACA, insula Ulyssis ad Leucadiam peninsulam in mari Ionio sita, Orat. I. 44. Leg. II. 1. Off. III. 26.

Ind. Auct. Harduini. Sed huius librum de Potestatibus memorat Ulpianus L. I. de Offic. quaest. Commentarii, quos Turnebus respici putabat, ad quos provocat Varro de L. Lat. p. 50. ed. Steph. aliique, historici fuere, neque huc pertinent. Quod autem *Sodalis* dicitur, id Turnebus interpretatur ita, ut sit patris Attici sodalis, aut ut a Gracchana amicitia absolute sodalis dicatur; illam autem huic explicationi praefert. Si nomen appellativum est, non dubito quin sit de amicitia cum Attici patre capiendum. Sic Mur. 27. Servius Sulpicius Sodalis filii sc. Murenae. Nisi quis forte dignitatis nomen putare velit, a collegio aliquo, cuius sodalis fuerit, tanquam Epulonum. *Ern.*

M. IUNIUS, Quint. 1. qui causam Quintii aliquoties egerat, legatione aliqua avocatur. Passeratius de illo Gracchano Iunio interpretatur; nescio qua ratione inductus. Temporis quidem rationi non repugnat. M. Iunius quidam etiam est. Verr. I. 51. sed nec de hoc dixerim, an idem sit cum Quintiano. Tertius est M. Iunius praetor Cluent. 45. cuius mentio etiam ap. Plinium XXXV. 10. *Ern.*

M. IUNIUS, pro Com. I. est Silanus, qui cum Q. Caecilio Metello Numid. Consul fuit A. U. 644. *Ern.*

P. IUNIUS, Verr. I. 50. frater M. Iunii, de quo ibidem. Praenomen P. omnes libri praeferunt. Sed tamen Dukerus ad Liv. XXXIV. 1. dubitat an sit potius D. quod P. praenomen alienum videatur a familia Iunia. *Ernest*

Q. IUNIUS, Verr. I. 7. Senator.

S. IUNIUS, L. F. tribunitius, Brut. 48. accusavit de ambitu P. Sextium praetorem designatum et vicit, laudatur.

IUNIUS, Div. VII. 23. familiaris quidam Avianii statuarii. Alius Iunius est Att. XII. 14.

IUNO, N. D. I. 28. Argia. Romana, Lanuvina, diversa figura, ad quem locum confer numum gentis Prociliae ap. Ursinum et Morellium, qui plane consentit cum descriptione Ciceroniana. Div. I. 24. *Lacinia*, columnam in eius fano vult tollere Hannibal: quod fanum erat ad promontorium Lacinium. vid. Gronov. ad Liv. XXIV. 3. Verr. I. 19. Iuno Samia. Mur. 41. N. D. II. 27. Iuno Lucina, Iuno Sospita. Div. I. 2. 44. Eius templum refecit L. Iulius. Verr. IV. 46. V. 72. Eius fa-

K.

tit Hasdrubal i. e. eius evertendae locum dedit, exorto tertio bello Punico. N. D. III. 38. eius opes quomodo conciderint. Verr. II. 1, funditus subruta. Off. I. 11.

KARTHAGO nova in Hispania. Agr. I. 2. II. 19.

KARTHAGO filia Herculis quarti Iovis et Asteriae filii. N. D. III. 16.

L.

LABEO, Q. Fr. I. 1. 14. III. 1. 6. de cohorte praetoris Q. Ciceronis in Asia, idem fortasse qui memoratur Att. III. 12

L. LABEO, Her. IV. 27.

D. LABERIUS, Fam. VII. 11. XII. 18. mimus, poeta clarus et mordax a C. Caesare iussus in scenam prodire, de quo vid. Macrob. Saturn. II. 7. ubi fragmentum eius insigne. Apud eundem aliquot eius dicteria. *Ernest.*

M. LABERIUS, Fam. XIII. 8.

LABICI, Agrar. II. 35. oppidum Latii, quod et Labicum dicitur, a qua via Labicana XV. m. p. ab urbe. Unde *Labicanum* Paradox. VI. 3. ager circa oppidum.

T. Attius LABIENUS, Rabir. Perd. 2. trib. pl. Cicerone Consule C. Rabirio perduellionis crimen intendit, quod Saturninum interfecisset. Att. VII. 11. Fam. XVI. 12. discedit a Caesare, cuius legatus fuerat, et ad Pompeianos transit. Vid. inpr. Diodor. S. XLI. p. 154. Att. VIII. 2. propterea parum dignitatis habet. Div. I. 32. e pugna Pharsalica fugit. Att VII. 7. eius divitiae, qui etiam sua pecunia Cingulum oppidum condidit Caes. B. C. 1. De eius exitu v. Vellei. II. 78. Dio. XLVIII. p. 381. *Ern.*

Q. LABIENUS, Rabir. Perd. 7. T. patruus; cum Saturnino Capitolium occupat.

LACAENAE virgines delectantur laboriosis exercitationibus. Tusc. II. 15.

LACEDAEMON, Tusc. V. 27. Att. XV. 9. Leg. II. 15. severa. Sen. 18. honestissimum domicilium senectutis. Div. I. 50. corruit terrae motu.

LACEDAEMONII, N. D. III. 38. eorum disciplina. Flacc. 26. eorum laudes. Mur. 35. auctores vitae

gere, D. Laelium volo. Ap. Plin. H. N. I. 1. Harduinus e libris scr. edidit Iunium Congum, quem vid. Emend. IV. *Ern.*

D. LAELIUS, Flacc. 1. accusat L. Flaccum de repetundis. Att. VIII. 11. a Pompeio cum mandatis ad Coss. Marcellum et Lentulum Capuam mittitur.

C. LAENAS, e Popilliis, Balb. 11. patria pulsus, Nuceriae civem se fieri curat. al. P. vid. P. Popilius.

LAENAS P. Popillius C. F. P. N. vid. in *Popillius.*

LAENAS, Att. XII. 13. 14. augur.

C. et M. LAENII. Vid. *Lenius.*

LAËRTES, pater Ulyssis, Sen. 15.

M. LAETORIUS Plancianus trib. pl. A. U. 490. N. D. III. 30. Off. III. 15. eius lex. *Vid. ind. Legg.*

LAETUS, Att. IV. 9. amicus Ciceronis, qui Neapoli domum habuit, nisi legendum: *Paetus.*

LAEVUS, Cispius. Fam. X. 18. 21. Planci legatus fuit. Nam ep. 21. dicitur omnibus Planci rebus gestis interfuisse, et discessus legatorum, non potest intelligi nisi de Laevo et Nerva.

LAIUS, Tusc. IV. 33. Fat. 13. Oedipi pater.

LAIS, Fam. IX. 26. scortum Athenis nobile, quo et Aristippus usus est. Eius dictum de ea.

LAMIA, Verr. IV. 26. femina Segestana.

L. Aelius LAMIA, Fam. XII. 29. negotia in Asia habet. Sen. p. Red. 5. Sext. 3. eques Rom. a Pisone Caesonino Cons. in exilium ire iubetur, quod, manifestata coniuratione Catilinae, inprimis senatum defenderat et in clivo Capitolino steterat. Att. XIII. 45. aedilis plebis ludos parat Romanos. Fam. XI. 16. 17. praeturam petit Antonio et Dolabella Coss. quam et sequente anno gessit: unde Praetorius dicitur Plinio VII. 52. Valer. M. I. 8.

LAMIAE habitatores mundi in Quinti Ciceronis domo in Carinis, Q. Fr. II. 3.

LAMPSACUM, Verr. I. 24. Tusc. I. 43. urbs Mysiae s. Hellesponti. Nam Ciceroni Lampsacum est urbs in Hellesponto. Hellespontus autem complectitur etiam Mysiam. vid. Hellespontus.

LANUVINUM, Div. I. 36. ager circa Lanuvium.

LANUVINUM, Att. IX. 9. praedium in agro Lanuvino.

vii correctione; i. e. dies ultimus feriarum Latinarum erat exiturus, dum haec scribebam.

LATIARIS, Milon. 31. cognomen Iovis, qui Latio praesidet, in Latio colitur, pro quo scribunt alii: *Latialis.* Sed in Gronov. refertur ad montem, quod merito reprehendit Graevius. Mons enim, de quo ibi sermo, est Albanus, non Latiaris. De scriptura v. Viros doctos ad Sueton. Cai. 22. Duker. et Drakenb. ad Liv. XXI. 60. *Ern.*

LATINI, populi Italiae, incolae Latii. Latinae mulieres, Att. 1.

LATINI populi asciverunt interdum aliquid ex iussis populi Romani, Balb. 8. Latini ad Veserim fusi, Off. III. 31. Latinum bellum, Div. I. 26.

LATINIENSES, Har. Resp. 28. iidem.

LATINUS, Fam XII. 30. Legatus C. Calvisii in Africa, qui cum duobus aliis, absente Calvisio, provinciam obtinebat.

LATIUM, Arch. 3.

LATMUS, Tusc. I. 38. mons Cariae, in quo Endymion obdormivit.

LATONA Apollinis et Dianae mater, N. D. III. 23. Soror Asteriae, *ibid.* III. 16. 18. Eius partus, Verr. I. 18.

LATRO, Q. Fr. II. 6. urbs et portus Etruriae.

LAVERNIUM, Att. VII. 8. nomen loci aut fani a Laverna Dea dicti. Sed haec est lectio Graevianae editionis, quam vulgati et codd. habent, Iunius, Popma, aliique probant. Sed in Gronoviana est *L. Avernus*, quod Bosius interpretabatur *Lacus Avernus;* si modo Lacus Avernus esset propinquus Formiis, quod sequentia verba postulant. *Ern.*

LAVICANUS, Planc. 9. a Lavico oppido Latii urbi Romae vicino, Agr. II. 25.

LAURENTUM, oppidum Latii. Orat. II. 6.

LAUS oppidum Galliae, Q. Fr. II. 15.

LEAENA meretrix Attica. Fragm. lib. de Gloria.

LEBADIA, Div. I. 33. II. 26. urbs Boeotiae; ad quam fanum et antrum Trophonii.

M. LECCA, e Porciis, Catil. I. 4. II. 6. Sull. 2. socius Catilinae.

LEDA, D. N. III. 21. mater Anacum.

LEIUS, Att. V. 20.

LEMNUS, insula Graeca in mari Aegaeo, Her. IV. 54. Fat. 16. N. D. I. 42. III. 22. Unde *Lemnium Saxum*, Fin. 13. II. 29. Lemnium furtum Promethei, Tusc. II. 10.

LEMONIA tribus, Planc. 16. Phil. IX. 7.

C. et M. LENII, fratres. Div. XIII. 63. Planc. 41. Sext. 63. Ciceronem expulsum Brundisii in hortos suos recipiunt, contemtis Clodii minis. Att. V, 20. 21. Hic est M. Lenius, qui primus ὀρνιθοτροφεῖον invenit Brundisii. vid. Varro R. R. III. 5. 8. ubi male Ursinus e Plinio X. 50. corrigi vult *Laelius*, cum ibi potius *Laenius* sit reponendum. *Ern.*

LENTIDIUS, Dom. 33. Sext. 37. plebeius e Clodianis operis.

LENTO, Caesenius, Phil. XII. 9. Antonianus VII vir.

CN. CORNELIUS LENTULUS, Clodianus, Verr. II. 38. Consul cum L. Poplicola Gellio A. U. 681, Verr. V. 7. Cluent. 42. Censor cum eodem L. Gellio, Flacc. 19. Temnitarum patronus, Dom. 47. bona eius a C. Atinio Labeone trib. pl. consecrantur, Brut. 64. 66. qualis Orator. Eius nomen est etiam pr. L. Man. 23. Vatin. 11. quum vulgo legeretur: *Cn. Lentulum et Q. Claudium*, viri docti e Mss. reposuerunt; *Cn. Lentulum Clodianum*, Ursinus, Gruterus, Fr. Fabricius, alii; quis autem sit ille Lentulus Clodianus, tacent. De hoc nostro quidem Lentulo capi non potest, qui diu ante consul fuerat, quam C. Antonius accusaretur. In altera autem lectione omnia expedita sunt. *Ern.* Nimirum A. U. 694. praetores fuerunt Cn. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus et Q. Claudius Flamininus, apud quos Pighius quoque ad h. a. reum factum esse C. Antonium existimat.

CN. CORNELIUS P. F. LENTULUS, *Marcellinus.* Patrem Claudium Marcellum plebeium habuit, Fam. XV. 10. Ascon. in Divinat. c. 4. Debebat se appellare Claudianum, sed maluit Marcellinum. Manut. ad Cic. ad Div. I. propterea fecisse putat, ut intelligeretur, e qua familia Claudiorum esset; malim, ne cum Cn. Clodiano confunderetur. Dukerus ad Liv. XXXIX. 23. e Cicerone. Fam. XV. 10. intelligi putat, eum natum A. U. 697. quo ille anno Consul fuit. Sed ibi Consulis verbum excidisse videtur, Verr. II. 42. Patronus Siciliae; quia a Marcellis fuit. Q. Fr. I. 2. 5. praetor

A. U. 694. C. Caesare et Bibulo Coss. Har. Resp. 10. Pontifex. Brut. 70. disertum inprimis in Consulatu se praestitit. Fuit autem cos. cum L Marcio Philippo A. U. 697. Har. Resp. 11. dicitur eius avia manibus accepisse matrem Deum. Sed F. Fabricius et P. Manutius ostenderunt, esse legendum: *atavi*, i. e. Nasicae. Tumultum in Megalensibus auctore Clodio ortum sedat. Idem memoratur, Fam. I. 1. 2. in causa Lentuli Spintheris, cui adversabatur; erat enim ei inimicus, in Caecil. 4. *Ern.*

CN. LENTULUS Vaccia s. Vatia. Nam idem est nomen. vid. Schott. Suppl. Annal. Pigh. T. III. p. 366. Q. Fr. II. 3. editur inter conscios corruptarum per P. Sextium tribuum.

CN. LENTULUS, L. Manil. 19. tribunus pl. et anno post legatus fuit.

L. CORNELIUS LENTULUS, Brut. 20. is, qui Consul cum C. Marcio Figulo fuit A. U. 697. disertus fuit.

L. LENTULUS, Arch. 5. praetor eo anno, quo lex Carbonis et Silvani de civitate lata est, i. e. A. U. 654.

L. LENTULUS, Har. Resp. 6. flamen martialis, Vat. 10. competitor Gabinii in Consulatu; cuius (Gabinii) iuvandi causa Vatinius eum opprimere studet, iusso sc. Vettio eum in concione nominare inter coniuratos. Hunc diversum esse a sequente L. Lentulo, inde clarum est, quod ille competitor fuit Gabinii in Consulatu, hic praetor Gabinio Consule.

L. LENTULUS Crus. Pison. 31. praetor Gabinio et Pisone Coss. Fam. VIII. 4. repulsam fert in petitione Consulatus, post Consul fit cum C. Marcello A. U. 704. Fam. XII. 14. in fuga Pharsalica a Rhodiis non recipitur. Div. VI. 21. bello civili interiit. Brut. 77. qualis orator fuerit. Multis aliis locis nomen eius invenitur. v. c. ad Div. X. 32. Att. XI. 6. etc.

L. LENTULUS, L. F. Att. IV. 16. praevaricator putatur in iudicio Vatiniano. Att. XII. 7.

P. CORNELIUS LENTULUS, Brut. 19. is, qui A. U. 517. Consul fuit. Dicitur enim grandior natu fuisse cum Catone Censoris: Cognomine *Caudinus*.

P. CORNELIUS LENTULUS princeps Senatus cos. A. U. 591. suffectus fuit cum Cn. Domitio Ahenobarbo;

ad rem publicam quod opus esset satis eloquentiae habuit. Brut. 28.

P. LENTULUS, is, qui princeps Senatus fuit, in Caecil. 21. A. U. 655. accusat Marium Aquillium. Agr. II. 30. mittitur a Senatu in Campaniam, ut agros privatos, qui in publicum incurrerent, emeret. Orat. I. 48. Catil. IV. 6. vulneratur in seditione Gracchana avus P. Lentuli Surae qui cum Catilina coniuravit Catil. III. 5.

P. LENTULUS, P. principis Senatus Nepos, cognomine *Sura*, quod unde traxerit, v. Plutarch. in Cicerone p. 868. Brut. 64. 66. qualis orator fuerit. Att. I. 16. bis absolvitur. Cat. III. 2. sollicitat Allobrogum legatos; praetor, Cicerone Consule, abdicare se praetura cogitur. Iam Consul fuerat A. U. 682. Sed, ob infamiam, quam duobus iudiciis contraxerat, e senatu motus erat a Lentulo et Gellio Censoribus. Itaque praetura petenda recuperare locum in senatu voluit, eumque, impetrata praetura, recuperavit, v. Plutarch. in Cicerone p. 868. Fuisse autem P. Lentuli principis Senatus nepotem Ciceroni credimus, Catil. III. 5. Itaque et hic, ut saepe, errat Asconius ad Div. in Caecil. c. 21. ubi filium illius Lentuli facit. Hunc etiam puto esse eum, qui quaestor urbanus cum L. Triario, fuit, Scipione et Narbone Coss. ut opinor. Verr. I. 14. Nam inter eum annum et consulatum, eius interiecti sunt anni XII. *Ern.*

P. LENTULUS Marcellinus, filius M. Marcelli, patris Aeserini. Brut. 35.

P. CORNELIUS LENTULUS *Spinther*, ita dictus ab histrione quodam propter similitudinem A. U. 690. Cicerone consule aedilis fuit, Off. II. 16. Fam. I. 7. Magnificentia munerum superavit omnes. Praetor fuit A. U. 693. urbanam iurisdictionem sortitus; et ludis Apollinaribus teste Plinio H. N. XIX. 5. primus Carbasina vela in theatro duxit. A. U. 694. propraetor Hispaniae citerioris. Fam. I. 9. Caes. de B. G. I. c. 22. Consul designatus A. U. 695. de eius amicitia fratris sui causa bene sperat Cicero exsul. Q. Fr. I. 4. Consul A. U. 696. ad Senatum de Cicerone revocando refert, P. Red. in Sen. 4. 9. ad Quir. 5. Sext. 69. Fam. I. 1. 9. Att. III. 22. 24. proconsul Ciliciae. A. U. 697. 698. 699. Ptolemaeum Auletem Aegypti regem a suis expulsum reducere cupit; qua de reductione diversis senatorum sententiis

tentiis agitata narratur Fam. I. 1 — 7. Cato trib. pl. legem promulgat de imperio Lentulo abrogando. Fam. I. 5. Q. Fr. II. 3. ei ex consularibus nemo amicus est praeter Hortensium et Lucullum. Fam. I. 5. 7. Pompeium literis ad eum scriptis retinet. Fam. I. 7. Ei Cic. Valerii nomine gratias agit. Fam. I. 10. eum Cic. sibi anteponit. Fam. III. 7. Eius triumphus. Att. V. 21. Tusculanum suum proscripsisse dicitur. Att. VI. I. laborat de supplicatione Ciceroni decernenda. Fam. VIII. 11 initio belli civilis, ubi sit, Cic. ignorat. Att. IX. 1. in columis Corfinii a Caesare dimittitur. cf. Caes. de B. C. I. 15. 22. Att. IX. 11. est Puteolis. Att. IX. 11 sollicitus quid agat. Att. IX. 13. Rhodi esse dicitur. Att. XI. 13. Post pugnam Pharsalicam, cui interfuit, fugiens a Rhodiis receptus non est. Fam. XII. 14. Caes. de B. C. III. 102. orator quicquid habuit totum habuit ex disciplina, instrumenta naturae deerant. Brut. 77.

P. LENTULUS Spinther, superioris filius, Fam. I. 7. laudatur, VII. 26. augur, Sext. 69. augur fit eodem anno, quo togam virilem accepit, XII. 14. 15. quae sunt ipsius epistolae; ex quibus intelligitur, eum proquaestorem Trebonii in Asia fuisse. Post eius mortem se Propraetorem appellat, praeturam Asiae a Senatu petit, et de rebus gestis suis exponit. In eadem epistola significat, se participem caedis Caesarianae fuisse. Att. XII. 52. divortium facit cum Metella. Adoptatum esse a Manlio Torquato, e Dione XXXVIII. p. 99. docet Manutius ad Fam. I. 7. extr. *Ern.*

LENTULUS, Har. Resp. 17. orator gravis et disertus: P. Clodium accusat de religionibus violatis. Quis sit intelligendus, nescio. Freinshemius Suppl. Liv. CIII. 30. P. Lentulum Spintherem trib. pl. vocat; quod recte Crevierius refellit ex eo, quod Spintheres patricii tribuni plebis esse non potuere. Tribunum pl. accusatorem fuisse diserte tradit Plutarch. in Caesare, sed nomen non addit, igitur Lentulus aliquis eo anno tribunus fuerit necesse est, quod non vidit Pighius. *Ernest.*

LENTULUS, puer Att. XII. 28. 30. Cn. Lentuli Dolabellae ex Tullia filius. Tunstallus ep. ad Midleton, pag. 184. putat esse filium Tulliae ex ultimo marito P. Lentulo, quem ei tribuit Ascon. ad Orat. in Pison. init. Plutarchus dicit, eam mortuam παρὰ Λέντλῳ, quod

Tunstallus de marito intelligit, non de domo, mortua enim est in Tusculano patris.

LEOCORION, N. D. III. 19. templum Athenis. vid. Suidas in λεωκόριον, in primis Aelian. V. H. XII. 28.

LEON, Verr. V. 6. Megarensis.

LEON, Tusc. V. 3. Phliasiorum princeps, tempore Pythagorae. Huius cum eo de philosophia sermo.

LEONATICUM, N. D. III. 19. videtur a Cicerone factum vocabulum, ut λεωκόριον exprimeret; pro quo Leopardus et Lambinus: *Leo natarum*, coniiciebant, probante Bohierio. *Ern.* Heindorfio voc. glossatori deberi visum.

LEONIDAS, is, qui pro pátria occubuit ad Thermopylas, Tusc. I. 42. 49. Fin. II. 19. 30.

LEONIDAS, Verr. V. 5. Lilybaetanus.

LEONIDES, Fam. XV. 21. princeps Atheniensium tempore Ciceronis. Att. XV. 16. 18. XVI. 16. de Cicerone fil. ad patrem scribit, eumque mediocriter laudat.

LEONTINI, Verr. II. 66. urbs Siciliae in ora maris Siculi inter Catanam et Syracusas; dicitur et Leontium, a qua dicitur

LEONTINUS CAMPUS, Phil. II. 17. publicus populi Romani, mire fertilis, qui propterea aeque ac Campanus a Cicerone inter patrimonia reip. Rom. refertur, qui et Leontinus ager, Div. I. 33.

LEONTIUM, N. D. I. 33. meretricula Epicurea, contra Theophrastum scripsit eleganter.

M. Aemilius LEPIDUS, Orat. II. 71. Prov. cons. 9. Censor A. U. 574. cum M. Fulvio Collega statim redit in gratiam. Bis Consul fuit Prov. Cos. 9. A. U. 566. et 578. Idem Pontifex M. *Ibid.* Hic est, qui princeps Senatus passim dicitur, v. c. Rabir. Perd. 7. Hic est etiam, qui pro Dom. 53. M. Aemilius simpliciter dicitur.

M. AEMILIUS LEPIDUS Porcina, M. Fil. Brut. 25. 27. Consul cum C. Hostilio Mancino, A. U. 616. summus Orator. Brut. 25. 86. Orat. I. 10. legi Cassiae resistit. Orat. I. 10. ignarus legum et iuris. De hoc capio etiam illum iocum de Orat. II. 71. *Ern.*

M. AEMILIUS LEPIDUS, Brut. 28. cos. cum L. Aurelio Oreste A. U. 627.

M. AEMILIUS Q. F. M N. LEPIDUS, Rabir. Perd. 7. Consul cum Q. Catulo fil. A. U. 675. Catil. III. 10. inimicus L. Sullae, de eius actis rescindendis tulit,

intercedente Q. Catulo; unde magna seditio et civile bellum ortum est. Verr. III. 91. praetor Siciliae. A. U. 672. et sequenti a quo graviter vexati sunt Siculi.

MAM. AEMILIUS Mam. F. M. N. LEPIDUS LIVIANUS. Cos. fuit cum D. Iunio Bruto, A. U. 676. Brut. 47.

M' AEMILIUS LEPIDUS, Consul cum L. Volcatio Tullo, A. U. 687. Att. VIII. 6. Catil. I. 6. Att. VII. 12. Pompeium extra Italiam sequendum negat.

M. AEMILIUS LEPIDUS, (is qui A. U. 710. cum M. Antonio et Caesare Octaviano *Triumvir* factus est rei publ. constituendae.) Mil. 5. eius aedes (A. U. 701.) occiso Clodio a Clodianis oppugnantur. A. U. 704. praetor; A. 707. cos. cum C. Iul. Caesare, A. 708. Caesaris dictatoris Magister equitum, A. U. 709. in occisi Caesaris locum fit pontifex maximus, (quo nomine appellatur Phil. V. 14.) Phil. V. 14. 15. reip. et optimatibus favere videtur, et Sext. Pompeium restituit, unde ei statua equestris ponitur. III 9. supplicatio ei decernitur. Fam. X. 6. Phil. XIII. 4. pacem cum Antonio ineundam suadet. Fam. X. 20. eius fides incerta *ib.* 21. perfidia eius. X. 23. coniungit se cum Antonio. XII. 10. hostis a Senatu iudicatur. Instaurat bellum, quod confectum fuisset. Lepidi duae epistolae, altera ad Ciceronem, altera ad S. P. Q. R. sunt, Fam. X. 34. 35.

LEPISO, Flacc. 22. Trallianus.

LEPREON et LEPREOS, Att. VI. 2. Urbem maritimam Arcadiae esse censuit Dicaearchus in libris de descensu in Trophonii antrum. Sed est urbs maritima Achaiae. Arcadia est mediterranea, pro Arcadiae legendum suspicarere Achaiae, nisi Pausanias quoque L. I. c. 5. referret, nonnullos Lepreon ad Arcadiam referre, quum sit Elidis. Achaia et Elis confines sunt, itaque eadem facile urbs ab aliis ad Achaiam, ab aliis ad Elidem referri potuit: cuius confusionis multa exempla extant. *Ern.*

Q. LEPTA Fam. III. 7. praefectus fabrum Ciceronis in Cilicia. Att. VI. 8. cum eo Batonii colloquium. Att. VIII. 3. (A. U. 704.) a Cicerone mittitur ad Pompeium. Att. IX. 12. nuntiat Pompeium circumvallatum esse. *Ibid.* IX. 14. item eum e Brundisio conscendisse. Fam. IX. 13. Ciceronis familiarissimus. Fam. VI. 18. eius filio Leptae suavissimo commendatur dictum Hesiodi, et lectio Oratoris Ciceroniani.

LEPTINES, Orat. 31. Atheniensis, contra quem est Demosthenis oratio.

LEPTINES, Phil. IX. 2. percussor Cn. Octavii legati ad Antiochum.

LEPTIS, Verr. V. 59. duplex Leptis est, altera magna, prope Syrtim maiorem, altera minor, prope Adrumetum. De qua l. c. sermo sit, coniectura colligendum. Civis Rom. dicitur Lepti negotiatus esse. Fuit ergo ea Leptis in provincia Rom. Atqui Leptis est inter Adrumetum et Tisdram, qui sunt conventus Rom. ap. Hirtium de bello Africano. Ideoque in hanc mihi convenire videtur. Memoratur eadem Leptis minor ap. Hirt. l. c. c. 7. et libera civitas appellatur. Sed in ea licebat negotiari. *Ern.*

LEPUS, N. D. II. 44. sidus.

LERNA hydra ab Hercule occisa, Tusc. II. 9.

LESBIACI, Tusc. I. 31. incolae libri tres Dicaearchi, in quibus animos esse mortales efficere voluit.

LESBUS insula in mari Aegaeo, Att. IX. 9.

LETILIUS, Verr. II. 26. 56. tabellarius L. Metelli in Sicilia.

LETINI, Verr. III. 43. nulli sunt, quod constet, in Sicilia Letini; itaque docti coniecere legendum *Ietini*. cf. Harduin. ad Plin. III. 8. Legi etiam posset *Netini*, qui ipsi Ciceroni in Verrinis memorantur. *Ern.*

LEUCADIA, Tusc. IV. 34. peninsula Acarnaniae.

LEUCAS, Tusc. IV. 18. Fam. XVI. 1. promontorium peninsulae Leucadiae, sed v. *Leucata.*

LEUCAS, Fam. XVI. 1. oppidum eiusdem peninsulae.

LEUCATA, Att. V. 9. celebre Leucadiae promontorium, unde amoribus irretiti se praecipitare solebant in mare, ut amore liberarentur. cf. Tusc. IV. 18. et ibi Davisium, qui ostendit, non esse legendum *Leucade* sed *Leucata.*

LEUCIPPUS, Zenonis Eleatici discipulus, N. D. I. 24. eius atomi reprehenduntur. Acad. IV. 37. de pleno et inani omnia gigni statuit.

LEUCOPETRA TARENTINORUM, Att. XVI. 6. ignota est Geographis. Leucopetra autem Rheginorum e Ciceronis. Phil. I. 3. Att. XVI. 7. nota, unde Cluve-

rius in Ital. Vet. pro *Tarentinorum* legebat *Rheginorum*. Alii aliter hunc locum tentarunt.

LEUCOTHEA, N. D. III. 15. antea Ino, Dea marina. Tusc. I. 12. quae sit? IV. 34. Turpilii fabula.

LEUCTRA, Tusc. Qu. I. 46. Off. I. 18. oppidum Boeotiae, ad quem celebrem victoriam a Spartanis Thebani, ductu Epaminondae, retulerunt; unde

LEUCTRICA pugna, Att. VI. 1. et

LEUCTRICA calamitas Lacedaemoniorum, Off. II. 7. Div. I. 34.

M. LEVINIUS, Verr. III. 54. praetor Siciliae. A. U. 544. sed rectius scribitur *M. Laevinus* quod nomen vide supra.

LIBANUS, Her. IV. 50. nomen Comicum.

LIBER, N. D. II. 24. Bacchus Semele natus. *Ib.* alius cum Cerere et Libera consecratus. Vid. *Böttiger, Ideen zur Archaeol. der Malerey*, Tom. I. p. 209. eius aedes Syracusis. Verr. IV. 57.

LIBERA, N. D. II. 24. Proserpina Cereris filia. Ei consecrata Sicilia. Verr. II. 48. eius templum Syracusis. Verr. IV. 53. eius et Cereris sacra. Verr. V. 72. Libero Liberaeque et Cereri ludi fiunt ab aedilibus Romanis. Verr. V. 14. Libertatis atrium quod fuisse videtur in foro Romano. Eius templum Romae. N. D. II. 23.

LIBERALIA, Att. VI. 1. dies festus a. d. XVI. Kal. April. quo ingenui pueri togam sumebant.

LIBERTAS, Dom. 33. eius statua a Clodio in area domus Ciceronis posita et consecrata. Liber Att. IV. 16. Mil. 22.

L. LIBO, e Scriboniis, Att. XIII. 30. eius annales.

L. LIBO, Fam. I. 1. VII. 4. XI. 7. Att. VII. 12. socer Sext. Pompeii, M. F.

L. LIBO, Brut. 23. tribunus pl. rogationem in Ser. Galbam fert, propter Lusitanos contra interpositam fidem interfectos. Non infans fuit, ut ex orationibus eius colligitur. Att. XII. 5. quibus consulibus Libo Galbam accusarit. Male priori loco in libris T. praenomen est. Ceteri auctores omnes L. vocant. De re ipsa v. Duker ad Liv. Epit. 49. Vossio idem videtur cum auctore Annalium, de Hist. Lat. I. 6. Sed mirum est Ciceronem non facere eorum mentionem, ubi de eius dicendi ratione iudicium fert. *Ern.*

L. LICINIUS, Verr. II. 49. Crassus, Q. Mucii collega in consulatu.

P. LICINIUS Varus. Orat. II. 61.

P. LICINIUS, Cael. 25. Manutio alius videtur a P. Licinio Crasso, M. fil.

LIGARII, fratres, Fam. VI. 13. Q. T. et tertius, cuius cognomen ignoratur.

Q. LIGARIUS A. U. 703. Propraetoris Africae Considii legatus fuit, qui ei, quum decederet, provinciam tradidit. A. U. 704. initio belli civilis ei Pompeiani imperium detulerunt, quod quum ille recusasset Atius Varus qui aliquot annis ante Africam pro praetore rexerat Uticam venit, imperiumque sibi oblatum recepit. Ligarius, quum evadere non posset Africano bello interfuit ac deinde quum iratum haberet Caesarem, exsulavit. Postea a Tuberone filio apud Caesarem absens accusatus, est de vi, ubi eum Cicero defendit oratione pro Ligario quae exstat. Ad eum exsulem scriptae sunt epistolae Fam. VI. 13. 14.

T. LIGARIUS frater superioris quaestor urbanus fuit Lentulo et Philippo coss. Ligar. 12. Att. XIII. 44.

LIGUR s. LIGUS, est cognomen Aeliorum. Cluent. 26. Apud Ciceronem occurrunt; L. LIGUR, Verr. I. 48. Att. VII. 18. etc. frater M. Octavii Liguris, et SEXT. LIGUR, trib. pl. qui (anno Clodiano) sibi Liguris cognomen sumpserat, ut ex Aelia familia videretur. Dom. 19. Sext. 32.

LIGURES e Liguria Galliae Cisalpinae, duri et agrestes, Agr. II. 35. eorum castella, Brut. 73.

LIGURINUS *μῶμος*, Att. V. 20. quis ita dicatur haud constat, nec lectio certa. Alii Catonem, alii Hortensium designari putant.

A. LIGURIUS, Fam. XVI. 18. Caesaris familiaris. Att. XI. 9. Q. Fr. III. 7.

LIGUS pater Gamalae cuiusdam, Att. XIV. 23. qui ob filiam felix fuisse dicitur. Sed quis ille sit incertum.

LIGUSTICUM BELLUM, N. D. II. 25. a Liguribus, quibuscum gestum est.

LILYBAEUM, promontorium Siciliae, unde *Lilybaetanus*, Caecil. 12. Caecilius dicitur literas Graecas Lilybaei non Athenis didicisse, Fam. XII. 18. Ibi a Pompeio occisus Cn. Carbo, Fam. IX. 21. Eo venit Verres, Caecil. 17.

LINDUS, urbs insulae Rhodi, N. D. III. 21.

LINDUS, N. D. III. 21. Solis filius, pater Ialysi Camiri et Lindi.

LINTERNUS ager, Agrar. II. 26. ab *Linterno*, oppido Campaniae, s. Linterno, unde *Linterninum* s. *Literninum* praedium, Att. X. 13.

LIPARENSIS, Verr. III. 37. a Lipara insula, quae et urbem hoc nomine habet, principe insularum inter Siciliam et Italiam medio mari positarum, quae dicuntur Aeoliae, eaedemque Vulcaniae et Liparaeae.

LIRIS, (hodie *Gariglione*) amnis Latii, excipit Fibrenum, Leg. II. 3.

LISO, Verr. IV. 17. Lilybaetanus.

LISYTO, N. D. III. 16. mater Herculis cuiusdam.

LITERNINUM, vid. *Linterninum*.

LIVIA, Att. VII. 8. femina, quae Dolabellam heredem fecit, ea conditione, ut nomen mutaret.

LIVINEIUS, Att. III. 17. M. Reguli libertus: et L. LIVINEIUS Trypho, Fam. XIII. 60. L. Reguli libertus. Duorum fratrum liberti, nisi Att. III. 17. L. pro M. legendum, ut nonnullis visum.

L. LIVIUS Andronicus, poeta, Brut. 18. Senect. 14. Tusc. I. 1. Primum fabulam docuit 510. L. Clodio, Caeci fil. et M. Tuditano Coss. Ab eo dicuntur *Liviani modi*. Leg. II. 15.

LIVIUS Salinator, Orat. II. 67. Tarento amisso arcem retinet. vid. Salinator. Alios Livios vid. in Drusus. De gente Livia vid. Sueton. in Tib. c. 3. Salinatori in quibusdam Ciceronis exemplaribus praenomen additur Marcus: ut ap. Livium. Sed Polybius facit Caium. vid. Interpr. Livii ad XXV. 8. Wesselingius autem V. C. obs. II. 5. ostendit, quod de Tarento dicit Cicero, si Livium sequamur, non ad Salinatorem, sed ad Livium Macatum pertinere. *Ern.*

LOCRI, Att. VI. 1. urbs in Bruttiis, ad sinum, qui ab urbe *Locrensis* dicitur, nobilitata legislatore Zaleuco. Eius cives Locrenses, Verr. V. 34. Arch. 4. Ciceronis clientes, Leg. II. 6.

LOCRI, N. D. II. 2. populus Magnae Graeciae in Bruttiis. Ab iis Crotoniatae apud fluvium Sagram maximo praelio devincuntur; unde fabula, eam pugnam eo ipso die auditam esse ludis Olympiae, cf. N. D. III. 5.

C. LOLLIUS, Att. XII. 21. Eius uxor Ovia. Quidam Lolius, ut ad Att. II. 2. ubi vid. Intt.

LOLLIA scortum, Fam. IX. 22.

L. LOLLIUS, Fam. VIII. 8.

M. LOLLIUS Q. F. Verr. III. 25.

M. LOLLIUS CLODIANUS, Dom. 5. 6. 33.

Q. LOLLIUS, Verr. III. 25. eques Rom. in Sicilia.

Q. LOLLIUS, Q. fil. Verr. III. 25. Calidium accusavit, occiditur.

LOLLIUS, Att. II. 2. videtur nonnullis scriptor fuisse.

LOLLIUS, Att. XIII. 38. eius laudatio Porciae.

LONGILIUS, Q. Fr. II. 6. redemptor aedificationis Q. Ciceronis.

LONGINUS, est cognomen Cassiorum, Orat. I. 60. amicus Antonii Oratoris, historiae, iuris publ. et antiquitatis peritissimus. De eodem intellige, Planc. 24. si sanus est locus. Vid. *C. Cassius Longinus.*

Ti. LONGUS, Corn. I. Consul cum P. Africano mai. A. U. 559.

LUCA, Fam. I. 9. oppidum Etruriae.

LUCANI AGRI, Phil. XIII. 5. in Magna Graecia, aut certe confines ei; nam non convenit inter auctores, utrum Lucania sit Magnae Graeciae nec ne.

LUCANI, Tusc. Qu. I. 37. populi.

C. LUCCEIUS, C. F. HIRRUS Pupinia, Fam. VIII. 1. Caelii competitor in aedilitate. v. in Hirrus.

CN. LUCCEIUS, Att. XVI. 5.

L. LUCCEIUS, Q. Fr. Att. IX. 1. Pompeio familiaris, apud eum magnam habet auctoritatem. Att. I. 11. inimicus fit Attici. I. 17. in animo habet consulatum petere. Fam. V. 10. historica eius facultas laudatur, et ab eo Consulatum suum scribi vult Cicero. De bello Italico, et Civili scripsit. Idem nomen occurrit, Fam. XIII. 41. Cael. 10. Eius epistola est. Fam. V. 14.

P. LUCCEIUS, Fam. XII. 25. 30. Ciceroni a Cornificio commendatus, ubi quidam libri: Luccius.

Q. LUCCEIUS, Verr. V. 64. argentarius Rheginus.

LUCCEIUS, Flacc. 33. subscriptor D. Laelii contra Flaccum.

LUCCEIUS quidam. Eius pecunia quoniam in ea pars erat controversa, donec de ea iudicaretur, in fano deposita, Fam. V. 20.

LUCCEIUS, M. F. Att. V. 21. veretur ne decretis senatus res ad tabulas novas perveniat, quibus scil. pecuniae debitoribus condonentur.

LUCEIUM, Deiot. 6. castellum Deiotari in Galatia.

LUCENSE MUNICIPIUM, Fam. XIII. 13. est Luca.

LUCERIA, Cluent. 69. Fam. XV. 15. Att. VII. 12. VIII. 1. oppidum Apuliae, infra Teanum, ad fluvium Cerbalum, colonia Romanorum.

LUCIFER, N. D. II. 20. III. 20.

LUCILIUS, Orat. II. 70. nescio quis. Pighius ad A. U. 658. e vet. Cod. legit *Lucullus*, et capit de patre illius, qui bellum Mithrid. gessit. *Ern.*

LUCILIUS Bassus, Att. XII. 5. malus auctor.

C. LUCILIUS, poeta; eius versus, Orat. II. 62. III. 23. 43. Brut. 79. Orat. 44. Opt. gen. or. 6. Tusc. IV. 21. N. D. I. 23. Her. IV. 12. Fin. II. 8 Mentionem facit tribunatus L. Crassi, *ibid.* 46. Brut. 43. multa narrat de Granio praecone, homine dicaci. Orat. 6. Fin. I. 3. Brut. 26. nec doctissimis ut Persio, nec indoctissimis se scribere dicit. *Ibid.* I. 16. inimicus Q. Mucio Scaevolae; homo doctus et perurbanus, neminem oratorem statuit, qui non sit omnibus liberalibus artibus perpolitus. Her. IV. 12. assiduus est in vitio transiectionis verborum. Fam. XII. 16. libertas eius in perstringendis hominibus. Fin. V. 30. Tusc. III. 15. M. Crassum ait semel in vita risisse. Her. II. 13 ab aliquo in scena nominatim laesus. Acad. IV. 32. ad eum Clitomachus librum scripsit. Fam. IX. 15. in Paeto omnes sibi videtur Cicero Granios, omnes Lucilios videre Att. XVI. 11. est *silus Lucilianus* e Gronovii emendatione.

L. LUCILIUS Balbus, Brut. 42. doctus, Ser. Sulpicii praeceptor Corradus fratrem putat Quinti Lucilii Stoici, cui lib. II. de N. D. partes tribuuntur Stoicorum sententiam de diis explicandi, et patrem Lucii Lucilii, qui Fam. III. 4. occurrit. *Ern.*

L. LUCILIUS, Fam. III. 4. videtur inter Appii Pulchri comites in Cilicia fuisse.

Q. LUCILIUS Balbus, N. D. I. 7. Stoicus, Graecis par. Itaque etiam L. II. inducitur e Stoicorum disciplina explicans locum de natura Deorum.

Sext. LUCILIUS, Att. V. 20. T. Gavii Caepionis fil. trib. mil. in exercitu Bibuli.

LUCILIUS, Fam. XII. 13. Classi Dolabellae praefectus in Asia post Caesaris mortem. Sed quia Appianus L. Figulum hunc praefectum fuisse dicit, corruptum locum viri docti suspicantur. Manutius e Codd. legi volebat Lucius. Praenomina enim interdum pro nominibus aut cognominibus ponuntur. *Ern.*

LUCIUS, Att. I. 5. est L. Cicero M. Ciceronis frater patruelis.

LUCRETIA, Lucretii Tricipitini filia, Leg. II. 4. Fin. II. 20.

LUCRETINUS, Att. VII. 15. a Lucreto vel Lucretio in Sabinis, ubi Atticus praedium habebat. Horatius Lucretilem appellat.

M. LUCRETIUS, Verr. I. 7. Venator.

Q. LUCRETIUS OFELLA orator aptior concionibus quam iudiciis, Brut. 48. Sic certe nomen illud, *ibid.* legendum putat Corradus, ubi vulgo est *Aphilia;* existimatque eundem esse qui in Livii Epit 88. et 89. occurrit, qui Praeneste obsedit C. Marium filium; post contra voluntatem Sullae dictatoris consulatum petere ausus eius iussu occisus est.

Q. LUCRETIUS Vispillo, Brut. 48. Iuris peritus et acutus in causis privatis.

Q. LUCRETIUS, Att. IV. 16. accusat Drusum. VII. 24. 25. familiaris Cassii. VIII. 4. Sulmone fugit.

T. LUCRETIUS Carus, Q. Fr. II. 15. eius poemata laudantur.

LUCRINUS lacus, Att. XIV. 16. in Campania.

LUCRINENSES, Att. IV. 10. ostreae, quae in lacu Lucrino capiuntur.

CN. LUCULLUS, Att. XIV. 20. XV. 1. familiaris Ciceronis, matrem effert: in funere adest Cicero.

L. LUCULLUS Quint. 16. Iuris peritus. Quis fuerit nescio. Probabilis est coniectura P. Manutii corrigentis; *L. Lucilius*, de quo supra. Nisi tamen est is, qui in Tog. Cand. accusator Catilinae commemoratur, quem Asconius paratum eruditumque vocat. Sed Crevierius V. C. ad Freinsh. Suppl. Liv. CII. 19. corrigit *Lucceius;* et intelligit eum, ad quem est pulcra Ciceronis epistola: Nam 1) accusator ille fuit eruditus, 2) paullo post frustra Consulatum petiit, quae bene

conveniunt Lucceio; 3) Asconius paullo post commemorat Lucceii orationem in Catilinam. Itaque valde probo Crevierii correctionem. *Ern.*

L. LUCULLUS, e Liciniis plebeiis, Brut. 21. A. Postumii Albini Collega in Consulatu A. U. 602. Acad. IV. 45. L. Luculli avus.

L. LICINIUS LUCULLUS, L. F. L. N. Off. II. 16. Acad. IV. 1. ulciscendi causa accusavit Servilium augurem, qui patrem de peculatu reum fecerat, Plut. p. 491. de eius laudibus et rebus gestis lege in primis, Acad. IV. 1. sqq. *ibid.* philosophum quaestor secum habuit et imperator. Off. II. 16. magnifica aedilitate cum fratre functus est. Cluent. 49. ex SCto ferendam legem, si qui essent, quorum opera factum esset, ut iudicium Iunianum corrumperetur, non tulit. Sext. 27. L. Manil. 8. Muren. 15. res in Asia gestae post consulatum A. U. 679. Brut. 62. a forensi eloquentia alienus. Fin. III. 2. Bibliotheca quam filio reliquit. Leg. III. 13. quomodo magnificentiam villae defenderit. Att. I. 19. historiam graece scripsit. Dictum Luculli de hoc libro. Intelligendus liber *de bello Marsico*, graece scriptus, cuius mentio ap. Plut. in Lucull. Inepte Ursinus de Lucullo avo s. potius de eius collega Albino intelligit. Nam Cicero Lucullum, quod ibi est, Attico dixisse ait. Verr. IV. 66. uxorem habuit Metelli Numidici sororem. *Ern.* Ei et cognatis Archias graecum poëma condit, Att. I. 16. nominatur a Vettio inter eos quos Pompeio insidiatos esse dixerat, Att. II. 24.

LUCULLUS Superioris filius, Fin. III. 2. eius tutor M. Cato. cf. Varr. R. R. III. 2. 17. Phil. X. 4. Att. VIII. 6. Nescio, an hic sit Cn. Lucullus, de quo ante. Ita suspicatur Corradus. *Ern.*

M. LICINIUS LUCULLUS, L. fil. L. N. Off. II. 16. ulciscendi causa accusavit, et aedilitate magnifica cum fratre functus est. Cluent. 49. Consul cum C. Cassio Varo A. U. 680. anno post fratrem. Verr. II. 8. Macedoniae Pronconsul. Pis. 19. e Macedonia rediens de Dardanis triumphat. Att. I. 18. uxor eius a C. Memmio stupratur. Brut. 62. a forensi eloquentia abfuit. Dom. 52. Har. resp. 6. et pontifex. Att. VIII. 6. legatus fratris. A Varrone adoptatus est, unde etiam *M. Terentius Varro* Lucullus appellatur et lex frumentaria quam cum Cassio tulit, Terentia Cassia dicitur,

LUPERCAL, Fam. VII. 20. locus Pani sacer.

LUPERCALIA, Phil. II. 33. III. 5. Q. Fr. II. 13. solemnia in honorem Panis mense Februario.

LUPERCI, Phil. II. 34. VII. 1. Cael. 11. sunt hi, qui Lupercalia agunt. vid. Phil. II. l. c. Att. XII. 5. Cael. 11.

LUPUS, N. D. I. 23. cognomen Rutiliorum, h. l. intelligitur P. Rutilius Lupus, qui Consul fuit A. U. 673. Versiculus est e Lucilio, qui eum in Carminibus suis acriter perstrinxit. Vid. Horat. S. II. 1. 68. *Ern.*

P. Rutilius LUPUS, Fam. I. 1. trib. pl. Marcellino et Philippo Coss. Att. VIII. 12. IX. 1. praetor C. Marcello et Lentulo Coss. Fam. XI. 5. 6. 7. 12. familiaris Cassii et Bruti. Videtur legatus D. Bruti ad Mutinam fuisse. Hic est, qui bello civili Pompeiano Achaiam iussu Pompeii obtinuit. Caes. B. C. III. 55. *Ern.*

M. Aufidius LURCO, Flacc. 4. 34. testis in Flaccum, ei iratus, sed tamen in testimonio religiosus.

M. Aufidius LURCO, Att. I. 16. trib. pl. Pisone et Messala Coss. legem de ambitu fert. Hic est qui e pavonum pastu, quem primus instituit, LX millia quotannis redegisse dicitur Varroni R. R. III. 6. quamquam Victorius non audet definire. cf. Plin. X. 20. *Ern.*

LUSCIENUS, Att. VII. 5.

LUSCINUS, Agr. II. 24. est C. Fabricius Luscinus, de quo in C. *Fabricius.*

LUSCIUS, Tog. cand. Fr. 15.

C. LUSCIUS Ocrea, Rosc. Com. 14. Senator. Fr. Tog. Cand. condemnatur.

LUSITANIA, pars Hispaniae veteris, cuius populi Lusitani, Fam. X. 33. Brut. 23.

LUSIUS, N. D. III. 22. fluvius Arcadiae, a Cellario omissus. Eum describit Pausan. in Arcadic. c. 28. qui circa fontes ita appellari dicit, quod Iupiter recens natus in eo lotus sit, qua vero longius a fonte recedat, Hortynium ab urbe Hortyna appellari. *Ern.*

M. LUTATIUS Pinthias eques Romanus, Off. III. 19.

Q. LUTATIUS, Orat. II. 41. Phil. II. 5. etc. vid. Catulus.

Q. LUTATIUS, Diodorus, Verr. IV. 17. Lilybaetanus, Q. Catuli beneficio civis Rom. a Sulla factus.

Ita Fam. IX. 2. *Quis est tam Lynceus qui in tantis denebris nihil offendat?*

LYSANDER, Off. I. 30. Cat. mai. 17. Lacedaemonius versutissimus et patientissimus. I. 22. Lacedaemoniorum imperium dilatat. Div. I. 42. leges Lacedaemoniorum mutare prohibetur ab Apolline Delphico. I. 34. in eius statuae capite Delphis subito corona extitit ex asperis herbis.

LYSANDER, Off. II. 23. propter iniustitiam urbe pulsus est. Ephorus fuit, diversus a superiore, prope 150. annis post illum vixit; de quo vid. Plutarch. in Agide.

LYSANIAS, Flacc. 18. 21. Temnites princeps legationis.

LYSIADES, Atheniensis, Phil. V. 5. VIII. 9. Phaedri philosophi filius.

LYSIAS, orator Atheniensis, Brut. 16. Athenis natus et mortuus est. Timaeus Syracusis vindicat. Plurimas orationes veras reliquit. Orat. I. 54. Socrati orationem scriptam dedit, qua uteretur ad iudices. Brut. 9. 12. 16. primo artem dicendi profitetur, deinde orationes aliis scribit, easque plurimas. Brut. 9. 82. orator paene perfectus Demostheni tamen dissimillimus. *ibid.* 85. nihil eo pictius. *ibid.* 16. 85. comparatur cum Catone censorio. Orat. 26. satis in orationibus facetus. cf. de Orat. II. 22. III. 7. Brut. 7. Orat. 31.

LYSIAS, Phil. VIII. 9. unus de grege M. Antonii III viri. Muretus pro *Lysiade* legebat *Lyside*. Ea nomine inter se confundi docent viri docti ad Nepot. Epam. 2.

LYSIDICUS, Phil. XI. 6. eius filium L. Annium Cimbrum dicit Cicero *Lysidicum* ipsum, i. e. λυσίδικον, quoniam omnia iura dissolverit.

LYSIMACHUS, Tusc. I. 43. V. 40. Rex (Thraciae, ante Dux Alexandri). Theodoro Cyrenaeo philosopho frustra crucem minatur. vid. Theodorus Cyrenaeus. Buherius ad h. l. reprehendit Aldobrandinum, qui ad Laërt. II. 102. regem Macedoniae vocat. Male; nam et Macedoniam sibi vindicavit. *Ern.*

LYSIPPUS, Sicyonius, Statuarius nobilissimus, Brut. 86. Doryphorum Polycleti sibi magistrum fuisse dicebat, ad h. l. confer Plin. H. N. XXXIV. 8. Fam. V. 12. Alexandro unice probatur. Orat. III. 7. Herenn. IV. 6. Acad. IV. 26. Fam. V. 12.

M.

C. MAE-

C. MAECENAS, Cluent. 56. eques Romanus.

MAECIA tribus, Att. IV. 15.

SP. MAECIUS TARPA, Fam. VII. 1. iudex et censor Fabularum. Eius mentio ap. Horat. Serm. I. 10. et Art. Prit. v. 387. De familiae Maeciae claritate sub Caesaribus v. Perizon. de num. Consul. p. 277. *Ern.*

MAENIA Columna, Sext. 58. etc. nomen habet a Maenio, qui, quum aedes suas in foro venderet, columnam excepit, ex qua ipse cum suis spectare posset gladiatores.

MAENIA lex, Brut. 14. lata a Maenio trib. pl. A. U. 467.

C. MAENIUS, seu *Memmius Gemellus*, Fam. XIII. 19. cliens Ciceronis, in exilio fit civis Patrensis, et adoptat Lysonem Patrensem.

MAEOTIS palus Scythica iuxta Phasidis ostium, Tusc. V. 17.

MAEVIUS, Verr. III. 57. scriba Verris.

MAGI, Div. I. 23. genus sapientum et doctorum in Persis. *Ibid.* 41. congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Tusc. I. 45. non sepeliuntur, nisi bestiis laniati. Leg. II. 10. spernebant templa. N. D. I. 16. eorum portenta de diis.

MAGIA, Cluent. 8. filia Dineae, Larinas.

MAGIUS, Agr. II. 34. Pis. 11. nobilis Campanus bello Punico II.

MAGIUS, Orat. II. 66. praefectus Pisonis in Gallia.

CN. MAGIUS, Cluent. 8. Larinas.

CN. MAGIUS, Att. IX. 8. Pompeii praefectus fabrum. Att. IX. 12. a Pompeio ad Caesarem de pace missus. Ibi edd. nonnullae legunt *M. Magius.*

L. MAGIUS, Verr. I. 34. Marianus, qui se post ad Mithridatem contulit, et ad Sertorium missus est. Habitavit finito bello Myndi, prodito Mithridate ab eo. Vid. L. Rabius.

P. MAGIUS CHILO vel CILO, Fam. IV. 12. M. Marcellum, rediturum in patriam interfecit, et se ipsum statim post. Att. XIII. 10. quare eum interfecerit.

P. MAGIUS, Brut. 48. Tribunus pl. M. Virgilii collega, A. U. 667

MAGO, Carthaginiensis, Orat. I. 58. scripsit XXVIII libros de re rustica, Punice; qui capta Carthagine e Senatus consulto in Latinam linguam conversi

sed ab iis reiectus. Har. resp. 20. Brut. 27. Consul cum Lepido. A. U. 616. Caec. 34. retinet civitatem, e Ciceronis opinione, si Numantini non recipiant. cf. de Orat. l. c.

C. MANILIUS, Manil. 24. auctor legis Maniliae. Corn. I. auctor legis de libertinorum suffragiis, de quibus vid. Ind. Legg. Laudatur etiam C. Manilius, Falcidii gener. Flacc. 37. fortasse idem.

M' MANILIUS, Fin. I. 4. Fam. VII. 8. 22. Caecin. 24. Orat. I. 49. ICtus. Brut. 27. Acad. IV. 32. Consul cum L. Censorino, A. U. 604. Brut. 28. prudens in dicendo. Orat. III. 33. omnibus civibus consilii sui fecit copiam. Brut. 16. v. Buherius ad Somn. Scip. init. Hic est de quo Plin. VII. 9. ubi v. Harduin. qui recte praenomen dat *Manius*, non Marcus, ut alii (vid. Viros doctos ad Liv. Epit. 49.) etiam Zosimus II. 4. qui et Mallium vocat. *Ern.* Parad. VI. 3. pauper fuit, habuit aediculas in Carinis, fundum in Labicano.

Q. MANILIUS, Cluent. 13. Triumvir Larinas.

T. MANILIUS, Rosc. Com. 14. Senator.

C. MANLIUS, Catil. I. 3. pro quo Lipsius, Manutius et alii; *Mallius*, sic enim Graeci: Dio, Plutarchus, Appianus, ita habent etiam quidam Codd. Salustii. Vid. Cortium ad Sull. Catil. 24. socius Catilinae. Vid. Acidinus. *Ern.*

CN. MANLIUS, Mur. 17. Planc. 5. homo ignobilis, vincit Q. Catulum in petitione. Orat. II. 28. defenditur a M. Antonio, quum eum, victum a Cimbris cum Caepione, Sulpicius accusasset. Vid. Vell. II. 12. Drakenborch, ad Livii epit. 67. nos ad Tacit. Germ. 38. *Ernest.*

L. MANLIUS, A. fil. Off. III. 31. post dictaturam accusatus a M. Pomponio trib. pl. per filium liberatur.

L. MANLIUS Acidinus, Orat. II. 64. Vid. Acidinus.

L. MANLIUS SOSIS, Fam. XIII. 30. Catinensis, civis Rom. factus.

M. MANLIUS, Dom. 38. Phil. II. 34. quum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria, regnum appetisse est iudicatus (A. U. 370.) de saxo Tarpeio deiectus. Eius domus eversa et duobus lucis convestita. Phil. I. 13.

propter eius scelus gens Manlia neminem e familia sua Marcum nominare voluit.

Q. MANLIUS, Verr. Act. I. 10. Tribunus pl. A. U. 684.

Q. MANLIUS CHILO, Catil. III. 6. socius Catilinae, sollicitat Allobroges, Sallustius appellat M. Annium, sed Ciceronis lectio verior propter cognomen, quod est Manliorum, non Anniorum: quod P. Manutius monuit. Ceterum in pluribus nominibus discrepat a Cicerone Sallustius. Vid. Caeparius. Cortius ad Sallust. Cat. 46. 3. *Ern.*

T. MANLIUS, L. F. A. N. *Torquatus*, Off. III. 31. patrem a Pomponio tr. pl. accusatum liberat; Gallum e provocatione vincit; Torquatus primus dictus; in tertio Consulatu Latinos ad Veserim vincit; saevus est in filium.

T. MANLIUS, Fam. XIII. 22. Att. I. 16. negotiator Thespiis.

T. MANLIUS, Verr. II. 8. civis Romanus.

MANTINEA, Fin. II. 30. urbs Arcadiae.

MARATHON, urbs Atticae prope mare Euboicum, ad quam nobilem victoriam Miltiade duce Athenienses consecuti sunt, Off. I. 18. Att. IX. 10.

MARATHONIUS *taurus*, Tusc. Qu. IV. 22. a Theseo comprehensus. Vid. Plut. in Theseo. Ovid. Met. VII. 433

MARCELLINI, de his vid. in Lentulis.

C. Claudius MARCELLUS, M. fil. M. N. M. PRON. Ascon. ad Verr. II. 3. sive, ut placet Wessel. Obs. II. *Abnepos* pater eius Caii, qui cum L. Paullo consul fuit. Caecil. 4. Verr. II. 3. Propraetor Siciliae sive Procos. A. U. 675. Fam. XV. 8. Div. II. 35. Ciceronis collega in auguratu.

C. Claudius MARCELLUS, C. F. M. N. Fam. XV. 8. Brut. 64. Fam. VIII. 4. 7. consul cum L. Aemilio Paullo A. U. 703. De his duobus intellige, locum pro Sulla 6.

C. MARCELLUS Aeserninus, Verr. IV. 42. M. Marcelli filius.

C. MARCELLUS, Marcell. 4. frater M. Marcelli exsulis, qui consul fuit cum Cn. Lentulo initio belli civilis, diversus ab eo, qui cum L. Paullo consul fuit. Nam is fuit tantum eius patruelis. Vid. Manut. ad Fam. XV. 7. *Ern.*

C. MARCELLUS, M. F. Sext. 4. Catilinarius. Capua a P. Sextio expellitur.

M MARCELLUS, M. F. Off. I. 18. magnitudine animi excellit. Div. II. 36. quinquies consul, imperator et augur optimus, augurium ex cacuminibus totum omittit. Brut. 3. Hannibalem apud Nolam vincit. Verr. I. 4. is, Poenis victis, restituit Siculis monumenta. Unde patronus Siciliae. Idem qui Syracusas cepit, cuius saepe in Verrinis mentio fit, v. c. I. 51. 55. in quinto consulatu, Belli Punici IIdi anno XI. A. U. 545. in proelio contra Hannibalem periit, in eius honorem a Siculis celebrata sunt MARCELLEA, Verr. II. 21. etc. quae postea Verres sustulit, et Verrea substituit. Wesselingius tamen V. C. Obs. II. 1. ad C. Marcellum pertinere putat, quem vide. *Ern.*

M. MARCELLUS, filius quinquies consulis, Pis. 19. Div. II. 5. Fat. 14. ter Consul, naufragio perit, in legatione ad Masinissam A. U. 605. Liv. Ep. 59.

M. MARCELLUS, C. Aesernini pater, Brut. 35. qualis in dicendo. Filius eius naturalis P. Lentulus Marcellinus. Font. 7. L. Crassi testimonium in eum nil valuit.

M. MARCELLUS, Catil. I. 8. pater C. Marcelli, Catilinarii, et ipse sodalis Catilinae, ad quem is vitandae suspicionis causa migravit. vid. Muret. ad h. l.

M. MARCELLUS, Quint. 7. fuit iuris magis quam eloquentiae studiosus, ut Ascon. ad Div. in Caecil. c. 4. tradit, ideoque Aquillio aliisque iungitur iuris peritis. Videtur frater illius C. Marcelli, qui ibi nominatur.

M. MARCELLUS, Orat. I. 13. aedilis curulis dicitur esse eo ipso tempore, quo sermo ille habetur, adeoque Philippo et Caesare Coss. M. Druso autem tribuno pl. Dicitur porro amicus Crassi et Scaevolae. Hunc patrem M. Marcelli puto, pro quo est oratio.

M. MARCELLUS, M. F. pro quo est oratio, Consul cum Serv. Sulpicio, Fam. VIII. 8. eius SCtum de provinciis consularibus, cui intercessum est, IV. 7. non vult Romae esse, post bellum civile, Marc. 1. a Caesare restituitur, Fam. IV. 12. a Magio Athenis interficitur. Vid. Magius Chilo, Fam. VIII. 10. tardus homo et parum efficax. Catil. I. 8. vir fortissimus. Manutius de patre accipit, quod vir dicatur, quasi non possit vir dici, qui XII. annis post Consul fuit. *Ern.*

MARIUS, Leg. III. 16. vid. Gratidius.

C. MARIUS, septies Consul, A. U. 646. 649. 650. 651. 652. 653. 667. Planc. 21. bis aedilitatem petens repulsam tulit, Off. III. 20. quum iam septimum annum post praeturam (A. U. 638. gestam) iaceret, neque umquam petiturus consulatum videretur, Metellum criminatus est bellum Iugurthinum ducere, atque ita primum consul factus est. Font. 15. legatus Rutilii bello sociali. Appian. L. I. B. C. 635. Tusc. V. 19. cum collega Q. Catulo Cimbrici victoriam belli communicat. N. D. III. 32. civili bello autem eum interfici iubet. Tusc. II. 15. varices secare soluto sibi vult, unde postea et alii, c. 21. Brut. 45. hostis a senatu iudicatus. Sext. 22. Pis. 19. Fin. II. 32. a Minturnensibus servatur. Orat. III. 2. Quir. p. Red. 8. eius exilium et magnitudo animi in exilio conservata. *ibid.* 3. ab exilio revocatur. N. D. III. 32. septimum consul domi suae mortuus est. Leg. II. 22. eius reliquias apud Anienem sitas dissipavit Sulla. Verr. V. 10. Font. 12. Manil. 20. Balb. 20. eius virtus. V. 70. non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit ut ad amplissimos honores perveniret. Mil. 4. in eius exercitu tribunus, propinquus imperatoris, quum pudicitiam eriperet militi, ab eo interfectus est; miles a Mario absolutus.; Balb. 20. P. Africani minoris discipulus ac miles, L. Crassi affinis. *ibid.* 21. defendit Matrinium a se civitate donatum. Att. X. 8. eum callidissimum virum si nihil fefellisset, non tam dirus ei Sullanus ille dies fuisset. Parad. II. 1. secundis in rebus fortunatus, in adversis unus ex summis viris. Off. I. 22. ei M. Scaurus non postponendus. Div. I. 28. II. 67. in somnio Ciceroni visus.

C. MARIUS, C. septies Consulis Filius ex adoptione testibus Plutarcho, Livio, Velleio. Agr. III. 2. viginti annos natus Cos. fit A. 671. cum Cn. Papirio Carbone, in magistratu una cum collega occisus.

C. MARIUS, Att. XII. 49. rogat Ciceronem, ut se defendat, scilicet ab his, qui ei dubiam a Mario originem faciebant. Fuit enim equarius, nomine Herophilus, qui se C. Marii nepotem esse mentiebatur; propterea a Caesare ex Italia pulsus, post eius caedem autem ab Antonio interfectus, eique uncus impactus, quod de senatu interficiendo cogitarat. Att. XIV. 6. Philipp. I. 2.

M. MARIUS, Verr. V. 16. homo disertus et nobilis apud Valentinos.

M. MARIUS, ad quem sunt epistolae quatuor primae libri septimi ad Familiares. Corradus putat esse M. Marium Gratidium, Q. fratris in Asia legatum, quod esse falsum vidit Manutius. Nam Marii et Gratidii sunt diversarum familiarum, et ille legatus Quinti Grandius fuit, non Marius. Manutius putat esse M. Marium Gratidianum, propinquum Ciceronis. Sed eum Catilina interfecerat in Sullana victoria ad Catuli sepulcrum, vid. de Petit. consul. c. 3. hae epistolae autem multo post sunt scriptae. Videtur mihi esse is, qui ad Div. L. II. 17. putatur successor Bibuli, an Salustii? in Syria futurus. Ex eo autem, quod praedia sua in Campania habuit, colligo, non esse ex Mariis Arpinatibus, sed ex Sidicinis aut Valentinis, inter quos nobiles Marios fuisse constat. *Ern.*

M. MARIUS GRATIDIANUS, Brut. 45. filius M. Gratidii, in Cilicia interfecti, vide supra in Gratidius et Gratidianus. Orat. I, 39. Off. III. 16.

SEX. MARIUS, Fam. XII. 15. legatus Dolabellae in Asia.

T. MARIUS, Fam. V. 20.

MARSI, populi Latii, a quibus Italicum s. sociale bellum Marsicum Fam. I. 44. dicitur, quod eius praecipui auctores fuere, apud eosque bellum ortum est. Agr. II. 33. Phil. III. 10. Div. I. 41. II. 25. Marsi augures, Div. I. 58. II. 38. Marsi fortissimi viri Vatin. 16.

MARS Iovis et Iunonis filius, N. D. III. 23. ex eo et Venere (Iove nata et Diana) Anteros dicitur natus. Q. Fr. III. 7. Martis aedes in via Appia. Fam. VII. 23. Martis signum sibi pacis auctori emptum esse Cicero non probat.

MARTIA LEGIO, Phil. III. 3. M. Antonium deserit. Ab ea dicuntur Martiales milites. Phil. IV 2.

MARTIALES, Cluent. 15. ministri publici Martis, Larini.

MARTIS stella, N. D. II. 20. 46. unus ex planetis.

MARTIUS CAMPUS, locus patens prope Tiberim, in quo Comitia populi Romani centuriata habebantur. Att. I. 18. XII. 8. Q. Fr. II. 2. Marti consecratus est a Bruto, ne Tarquiniis, cuius agri fuerant, reddi posset. Sext. 50. in eo Clodii concio contra Ciceronem.

Mur. 33. in eum multi obviam ierunt Murenae consulatum petenti. Phil. VI. 5. acerba irrisione dicitur L. Antonius, ut alios agros diviserat, campum Martium divisurus fuisse, nisi prius cum fratre fugisset. Att. IV. 16. in campo Martio Caesar cogitabat septa tributis comitiis marmorea et tecta facere, eaque excelsa porticu cingere. Att. XIII. 33. idem A. U. 708. cogitabat Martium campum coaedificare.

MARUCINI, Cluent. 69. populi Campaniae ad mare Adrianum, Ferentanis et Pelignis confines.

MARULLUS Epidius, Phil. XIII. 15. Tribunus pleb. a Caesare a rep. remotus, ob intempestivam adversus eum libertatem. Vell. II. 68. Suet. Caes. 79. *Ern.*

MASINISSA, Verr. IV. 46. rex Africae, eius religio. Sem. 10. nonaginta annos natus adhuc valens est animo et corpore. De eius senectute vid. Appian. Puric. p. 39. Wesseling. Obs. I. 24. Crevier ad Epit. Liv. 48. Drakenb. ad epit. 50. De liberis eius vid. Buherius ad Somn. Scip. 1. stemma eius habes ap. Sponium in Miscell. Ant. p. 145. *Ern.*

MASO, Fam. IX. 21. cognomen familiae Papiriae patriciae.

MASO, Att. V. 4. Corradus putat esse L. Papirium Paetum.

C. MASO, Balb. 23. senator, accusante T. Coponio Tiburtino damnatur.

C. MASO, (C. F. L. N.) N. D. III. 20. fontis delubrum ex Corsica dedicavit. De eius fatis vid. Liv. XXIX. 29. Bergeri Eclogarium Corsicum Diss. III. p. 11. 12. *Ern.*

L. MASO, Fam. IX. 21. aedilitius.

MASSICUS, Agr. II. 25. vino nobilis mons Campaniae. Vid. Gaurus.

MASSILIA, urbs nobilis in Gallia Narbonensi, hodie *Marseille*, quamquam Vossius ad Melam p. 477. docet, Massiliam veterem non sitam fuisse, ubi hodierna est, sed longe ab ea ad promontorium, ubi et nunc eius rudera sint, et saepe numi effodiantur. *Ern.* Catil. II. 6. Flacc. 26. Phil. XIII. 6. Sext. 3. urbs fidelissimorum sociorum. Font. 1. Off. II. 8. Cicero indignatur populum Romanum vidisse eius urbis imaginem inter pompae fercula a Caesare in triumpho portatam, et ex ea urbe triumphatum esse, sine qua numquam Romani imperatores ex Transalpinis bellis triumpharint.

Q. Fabius MAXIMUS, Servilianus, Orat. I. 26. in familiam Fabiam e Servilia a Q. Fabio Aemiliano adoptatus, consul fuit, A. U. 611. nobilemque consulatum gessit A, U. 627.

Q. Fabius MAXIMUS Aemilianus, frater Scipionis Afr. min. Parad. VI. 3.

Q. Fabius MAXIMUS, Aemiliani fil. L. Paulli nepos, Brut. 28. Font. 12. Allobroges vicit, consul fuit, A. U. 631. vid. *Fabius*.

Q. Fabius MAXIMUS Eburnus, Muren. 17. vincit in petitione Scaurum; cos. A. U. 637.

Q. Fabius MAXIMUS, Fam. VII. 13, quum consul esset cum C. Trebonio suffectus Caesari ex Hispania redeunti A. 708. moritur prid. Kal. Ianuar. Idem est, de quo Vatin. 11.

Q. MAXIMUS, Balb. 11. exul Nuceriae vivit. Incertum est, qui fuerit.

MECULONIUS, Flacc. 20. homo de plebe Romana; si sana lectio. *Maelonius* et *Mellonios* invenio in lapidibus Donianis a Cl. Gorio editis. Sed *Meclonium Proculum* ap. Gruterum. *Ern*,

MEDEA Palatina; Cael. 8. est Clodia.

MEDEA regis Aeetae et Idyae filia, Solis et Oceani neptis, N. D. III. 19. ex Ponto profugit, Manil. 9. eius signum apud Cyzicenos, Verr. IV. 60.

MEDEA tragoedia Ennii. Ex ea versiculi laudantur, Her. II. 22. Fin. I. 2. Tusc. III. 26. alii ex eiusdem vel Attii Medea, N. D. III. 26. Tusc. IV. 32.

MEDI, populi Asiae maioris, ultra Tigridem, Off. II. 12. iustitiae fruendae causa bene moratos constituerunt reges.

MEDIOLANUM, Pis. 26. Mediolanensis praeco avus Pisonis.

MEDUS, Off. I. 31. tragoedia Pacuvii.

MEGABOCCHUS. Att. II. 7. de Pompeio interpretantur, sed Gronovius legebat: *Megabacchus*, quem Plutarchus, in Pompeio, in suspectis coniurationis Catilinariae commemorat.

MEGALENSIA, Fam. II. 11. item: *Megalesia*, Har. resp. 11. de eorum origine vid. Liv. XXIX., 14. ubi vid. Duker. add. XXXIV. 54. *Ern*.

MEGARA, urbs Megaridis, Atticae confinis, atque adeo eius, ex veterum nonnullorum sententia, pars, Fam. IV. 5. Megarica signa, Att. I. 8. i. e. Me-

garis e lapide qui ibi nascitur elaborata. Statuae Megaricae valde celebres. Vid. Corrad ad h. l. et Iunium. *Ern.*

MEGARICI, Orat. III. 17. Socratici philosophi, ab Euclide Megarico orti. Acad. IV. 42. eorum princeps dicitur Xenophanes: hac de causa, quod Dialecticorum laqueorum, quorum erant studiosissimi, auctorem habebant Xenophanem, Eleaticae scholae conditorem.

MEGARIS, Verr. V. 25. urbs Siciliae prope Syracusas ad mare, quae et Hybla minor dicitur. Liv. XXIV. 34. et alibi Megara vocat in plurali. Sed feminino genere etiam Plinius dixit H. N. IV. 7. *Ern.*

MEGARISTUS ANTANDRIUS, Q. Fr. I. 1, 22. queritur de Q. Cicerone propraetore.

MEGILLUS, Lacedaemonius, Leg. I. 4. qui inducitur loquens cum Socrate apud Platonem in dialogo de legibus.

MEGISTUS, Verr. IV. 26. Elorinus.

MELA, Phil. XIII. 2. Antonii collusor.

MELAMPUS, N. D. III. 21. Atrei filius. Leg. II. 13. Melampodis praedicta.

MELANTHIUS Rhodius, Acad. IV. 6. discipulus Carneadis, in quo plurimum suavitatis fuit.

MELETE, N. D. III. 21. Musa ex primis quatuor, natis Iove altero.

MELISSUS, Ac. pr. II. 37. docuit hoc infinitum et immutabile semper fuisse et fore. Samius fuit, non philosophia magis quam rebus gestis clarus, Parmenidis discipulus. Vid. Laert. IX. 24. et ibi Menag. *Ern.*

MELITA, insula maris Siculi, quae hodie *Malta* dicitur, Verr. IV. 18. 46. Att. III. 4. X. 7. 8. 18. Unde Melitensis vestis, Verr. II. 72. e gossypio facta. Vid. Cluver. Sicil. Ant. p. 430. *Ern.*

Sp. MELIUS, rectius MAELIUS, Catil. I. a Q. Servilio Ahala interficitur. cf. Dom. 38. Mil. 27. Lael. 8. 11. Sen. 16. regnum appetiit.

Q. MELIUS s. MAELIUS, trib. plebis ob pacem Caudinam cum aliis Samnitibus deditus. Off. III. 30.

C. MEMMIUS, frater L. Memmii, Orat. II 59. Brut. 36. homo mordax, orator mediocris, accusator acer et acerbus. *Ibid.* 70. accusat Bestiam. Font. 7. de repetundis accusatur. Scauri testimonium in eum nihil valet. Catil. IV. 2. a Saturnino interficitur.

C. MEMMIUS, L. fil. Brut. 70. perfectus literis, sed Graecis, fastidit Latinas, argutus et dulcis orator, sed parum studii eloquentiae tribuit. Att. I. 18. *M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit* h. e. stupravit. *Menelaus* i. e. Lucullus *aegre id passus divortium fecit. Quamquam ille pastor Idaeus Paris Menelaum solum contempserat; hic noster Paris* (Memmius) *tam Menelaum quam Agamemnonem* (h. e. tam M. Lucullum, quam Lucium eius fratrem) *contempserat.* Recte enim Manutius monuit respici iniuriam L. Lucullo a Memmio factam, quod tribunus plebis eum e bello Mithridatico redeuntem triumphare aliquamdiu prohibuit teste Plutarcho in Lucullo. Falso nonnulli Pompeium M. illo loco a Cicerone Agamemnonem nominatum esse putarunt. Balb. 2. Pompeii quaestor bello Sertoriano trib. pl. A. U. 697. Q. Fr. I. 2. 5. praetor A. U. 695. Vat. 14. praetor Vatinium adesse iubet, quaestionem in eum habiturus e lege Licinia Iunia. Att. IV. 16. 18. enuntiat pactionem, quam ipse et competitor Domitius cum Coss. Appio et Ahenobarbo de Consulatu fecerant. Fam. XIII. 1. Athenis exulat de ambitu damnatus. Ad eum sunt Ciceronis epistolae. Fam. XIII. 1, 2, 3. Att. VI. 1. de eo restituendo Curio cogitat. De eo vid. quae collegit Manut. Fam. XIII. 1. Fam. Cognomine *Gemellus* dictus, si est is, qui XIII. 19. Patris exulasse dicitur, quod videtur Manutio et Corrado.

C. MEMMIUS, Q. Fr. III. 1. 2. 3. tribunus pl. A. U. 699. subscribit P. Sullae accusanti A. Gabinium de repetundis et Postumum de residuis. P. Sullae privignus fuit. cf. Sull. 19. pr. Rab. Rosr. 3. Ex eo, quod trib. pl. fuit, intelligitur, Memmiam familiam plebeiam fuisse. Sed hunc cum altero illo L. F. confundere videtur Manut. l. c. quum ad or. pr. Rabir. c. 3. accurate distinguat. Ceterum filius C. Memmii, fratris L. Memmii, esse videtur. *Ern.*

L. MEMMIUS, C. frater, Brut. 36. Orator mediocris, accusator acer.

P. MEMMIUS, Caecin. 10. testis in Caecinam.

MENALIPPA, Off. I. 31. Attii tragoedia.

MENALIPPUS, Tusc. III. 9. Attii fabula, sed Bentleius legebat; *Melanippus*, Buherius autem *Menalippa.*

MENO, Tusc. I. 24. liber Platonis.

MENOPHILUS, Att. IV. 7. servus Attici, quo Cicero usus est in instruenda bibliotheca.

MENTOR cui Minerva se assimulat ap. Homerum Odyss. lib. III. Att. IX. 8.

MENTOR, Verr. IV. 18. sculptor et caelator, cuius Thericlea vasa laudantur. vid. Graev. ad h. l. inprimis Plin. XXXIII. 12.

MENULA Anagninus, Dom. 30.

MERCURIUS, Verr. IV. 39. eius signum Tyndaritanum a Verre raptum. *Ibid.* V. 72. eius aliquod signum Cic. iocose mavult pro Martis signo emptum fuisse, quia quum Mercurius mercaturae deus sit, felicius posset cum Aviano statuario transigere. N. D. III. 22. Mercurii plures. Div. I. 23. mater Phalaridis visa est in somnis Mercurium videre e patera sanguinem fundentem.

MERCURII stella. N. D. II. 20. inter planetas.

MERULA, vid. in Corneliis.

L. MESCINIUS Rufus. Div. V. 19. 20. XIII. 26. 28. XVI. 4. 9. Att. VI. 3. quaestor Ciceronis.

MESOPOTAMIA regio Asia inter Euphratem et Tigridem, N. D. II. 52. Att. IX. 11.

M. VALERIUS MESSALA s. MESSALLA M. F. M. N. NIGER Cos. A. U. 692. Att. I. 12. cum M. Pupio Pisone; Att. I. 13. in Ciceronem perhonorificus et partium studiosus ac defensor bonarum. *Ibid.* severe agit in causa Clodiana. *Ibid.* emit L. Antronii Paeti domum. Q. Fr. I. 3. eum Cic. exsul. Q. fratris studiosum esse arbitratur. Att. IV. 1. adest in senatu Non. Sept. A. U. 696. quum de rei frumentariae potestate Pompeio decernenda ageretur.

M. VALERIUS MESSALA, C. F. Q. Fr. III. 8. A. U. 699. consulatum petit. Att. IV. 15. sed languere videbatur, non quo aut animus deesset, aut amici, sed coitio consulum et Pompeius Magnus Scauro studens oberant. Att. IV. 16. idem et eius Domitius competitor liberalis in populo valde fuit ut Cicero eos certos consules futuros praediceret. *Ibid.* et Q Fr. III. 12. eum de ambitu accusat Q. Pompeius Rufus Sullae ex filia nepos. Sed eodem tempore plures consulatus candidati ambitus rei erant Cic. enim Att. IV. 16. ita scribit: *Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messalla a Q. Pompeio Rufo,*

Scaurus a Triario aut a L. Caesare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? Ne vivam si scio. In illis quidem tribus libris (de Oratore) *quos tu dilaudas nihil reperio;* e quibus verbis intelligitur Ciceronem illud ambitus crimen manifestum esse putasse. Itaque Q. Fr. III. 2. opera dabatur ut iudicia ne fierent, et comitia differrentur. Sed Messala tum supplicationibus fere LX dierum, vel ut Wesseling. et Reimarus ad Dionem existimant XX dierum Caesari decretis accusationis molestia levatus est, h. e. non absolutus est, ut Manutius putabat, sed ne accusari quidem potuit, quum propter supplicationes iustitium esset. Paullo post res ad interregna rediit; tumque Cicero mense Dec. A. 699. ad Q. Fr. III. 9. ita scripsit: *Video Messalam nostrum consulem, si per interregem, sine iudicio* (h. e. accusari non poterit de ambitu, sed statim consulatum inibit) *si per dictatorem, tamen sine periculo.* Quod verum fuit. Nam Messalla A. U. 700. post plura interregna mense Quintili cum Domitio consul creatus est. Post consulatum A. U. 702. de ambitu accusatus est, et defendente Hortensio absolutus; postea tamen alia lege accusatus condemnatus est. Fam. VIII, 2. 4. cf. Henrici Gulielm. Tydemanni diss. de rebus iudicatis non rescindendis Lugd. Bat. 1799. ubi hanc causam cap. XI. bene expedivit.

M. MESSALA NIGER, Sull. 6.

MESSALA, Brut. 15. iuvenis, eximie laudatur. Est is, qui sub Augusto inclaruit; de quo vid. Broukh. ad Tibull. I. 3.

MESSANA, urbs Siciliae ad fretum posita, quae et Mamertina civitas dicitur, Verr. II. 5. situ moenibus portuque ornata.

MESSIDIUS, Q. Fr. III. 1. 1.

P. MESSIENUS, Fam. XIII. 51. eques Rom.

C. MESSIUS, Att. VIII. 11. familiaris Pompeii. P. Red. in Sen. 8. Trib. pl. P. Lentulo Spinthere Cos. legem tulit de Ciceronis salute. Att. IV. 1. legem scribit, qua Pompeio classem, exercitum, pecuniam et maius imperium in provinciis dedit, quam ipsi praetores et proconsules habebant. *Ibid.* 15. legatus Caesaris, e legatione revocatus et accusatus, a Cicerone defenditur.

METAPONTUS, Fin. 13. V. 2. urbs Magnae Graeciae prima a Tarento ad mare sita.

METELLA, Att. XI. 23. Bosio et Corrado videtur pellex Dolabellae et Aesopi.

METELLA, Att. XIII. 7. uxor Lentuli Spintheris; qui cum ea divortium fecisse dicitur.

METELLA mater M. Scauri Sext. 47.

METELLINA, Att. I. 13. est oratio Ciceronis contra Q. Metellum Nepotem.

METELLI cognomen Caeciliorum. De Stemmate Metellorum, vid. Burm. ad Vell. II. 3.

C. Caec. METELLUS, Q. Macedonici quartus fil. Caprarius. Quirit. p. R. 3. in Senat. 15. Censorius. Fuit Censor cum Numidico A. U. 651. pro Q. Metello Numidico exule intercedit. Orat. II. 66. ei tarditatem ingenii obiicit Scipio.

L. Caecilius METELLUS, Sen. 9. cos. A. U. 502. et 506. pontifex maximus factus post alterum consulatum, viginti quatuor annos ei sacerdotio praefuit

L. Caec. METELLUS Calvus, Macedonici frater, Font. 7. eius testimonium in Q. Pompeium nil valet. Consul fuit A. U. 611.

L. C. METELLUS Diadematus, Maced. fil. Sen. p. Red. 15. ad Quir. 3. pro Numidico intercedit. Consul fuit cum Q. Scaevola Q. F. A. U. 636. *Diadematus* dictus est a diademate, quo caput obligare solebat, ulceris alicuius tegendi causa: Gr. διαδούμενος. Plin. XXXIV. 8. et Diadematum et Diadumenum appellat Ceterum caveant tirones, ne audiant eos, qui hunc Diadematum cum Dalmatico confundunt et pro uno habent, quum Dalmaticus sit Diademati frater patruelis. Scio Plin. VII. 44. inter Macedonici filios commemorare Dalmaticum, sed ibi reponenda est lectio, quam fere omnes libri, habent Diadematis pro Dalmaticis. vid. Harduin. ad h. l. et Cl. Gesner. Chrest. Plin. p. 217. qui tamen Dalmaticis retinent, et pro uno utrumque habent. An Censor fuerit, dubitari video. L. Metellus quidam Censor fuit cum Cn. Domitio A. U. 638. ad L. a. Sigonius putat, esse Metelli Calvi filium, qui A. U. 634. consul fuit; recte. Sed quod negat Dalmaticum Censorem fuisse, eius causa haec est, quod Dalmaticum a Diademato non discernebat, ut Burm. ad Vell. II. 3. *Ern.*

L. METELLUS Dalmaticus, L. Calvi filius, Cons. cum L. Cotta, A. U. 634. Verr. I. 59. de eius manubiis e Dalmatis, Castoris aedes extructa, Verr. IV. 57. Me-

telli porticus. Verr. I. 55. Cluent. 42. Censor cum Cn. Domitio. vid. in Diademato, add. Valer. M. VIII. 5. 1.

L. Caecilius METELLUS, L. F. Q. N. Pis. 4. Q. Marcii Regis collega in Consulatu A. U. 685. in hoc magistratu mortuus Act. I. in Verr. 9. praetor Siciliae (A. U. 682.) testes in Verrem retinet, et accusationem impedire conatur, de quo multae in Verrinis querelae, in primis L. II. Fratres eius sunt Quintus et Marcus Act. I. in Verr. 9. 10. Quintus Consul fuit cum Q. Hortensio A. U. 684. Marcus praetor eodem anno.

L. Caecilius METELLUS, L. F. L. N. Att. IX. 6. X. 4. trib. pl. pene interfectus est iussu Caesaris, quod ei saepe intercederet. Eius socrus Clodia.

M. Caecilius METELLUS, Verr. Act. I. 9. 10. iudex de repetundis constitutus, praetor, A. U. 684. Att. II. 1. eius ludi gladiatorii A. U. 693. instituti.

Q. Caecilius METELLUS, L. fil. Brut. 14. Consul cum L. Veturio Philone A. U. 547. et Dictator anno sequente. De eius oratione in laudem Patris, et de patre ipso, vid. Plin. H. N. VII. 43.

Q. Caec. METELLUS, Q. fil. L. nep. *Macedonicus* Cos. fuit A. U. 610. cum Ap. Claudio Pulchro censor A. U. 622. Muren. 14. de Pseudophilippo triumphat unde Cognomen *Macedonici* accepit. Brut. 21. quatuor filios Consulares habuit, nempe Quintum Balearicum, qui cum Flaminio Consul fuit, A. U. 630. L. Diadematum, cos. A. U. 636. Marcum collegam Scauri in Consulatu, A. U. 638. et Caium Caprarium, qui candidatus Consulatus erat quum moreretur pater: eumque gessit A. U. 640. unde Velleius Paterc. I. 11. *vix ullius gentis*, inquit, *aetatis, ordinis hominem inveneris, cuius felicitatem fortunae Metelli compares. Nam praeter excellentes triumphos, honoresque amplissimos principale in re publ. fastigium extentumque vitae spatium, et acres innocentesque pro re publ. contentiones, quatuor filios sustulit, omnes adultae aetatis vidit, omnes reliquit superstites et honoratissimos. Mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quatuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare, quam mori.* Quo ex loco intelliguntur verba Cic. Tusc. I. 36. *Metelli sibi quisque sperat fortunam.* De eodem Fin. V. 27. *Q. Metellus, qui tres filios consules vidit, e*

quibus unum etiam et censorem et triumphantum, quartum autem praetorem eosque salvos reliquit, et tres filias nuptas, quum ipse consul censor etiam, augurque fuisset, et triumphasset. Duas vero filias non tres reliquit Perizon. hist. animadv. c. 15. item nepotes et neptes Tusc. I. 35. Idem Brut. 21. in primis habitus est eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accusante Africano, cuius et aliae sunt orationes et contra Ti. Gracchum exposita in C. Fannii annalibus. Dom. 47. avus P. Servilii Isaurici et proavus P. Scipionis. Eius bona a I. Atinio Labeone trib. pl., quod eum ex Senatu censor eiecerat, consecravit, qui furor Metello fraudi non fuit. Font. 7. eius testimonio in Q. Pompeium creditum non est ob suspiciones cupiditatis atque inimicitiarum. Off. I. 25. inter eum et Scipionem Africanum minorem sine acerbitate dissensio (cf. Lael. 21.) Orat. I. 48. numeratur in praecipuis rei publ. rectoribus.

Q. Caecilius METELLUS, *Balearicus*. Macedonici F., Brut. 74. cum T. Flaminio Consul, A. U. 630. Div. I. 3. eius filia Caecilia.

Q. Caecilius METELLUS, L. Calvi fil. *Numidicus*, frater *Metelli* Dalmatici, dictus Numidicus a victoriis de Iugurtha reportatis, Brut. 35. de re publ. dicebat satis bene. Consul cum M. Silano, A. U. 645. Sext. 47. L. Saturninum a censu prohibet, Cluent. 35. Dom. 31. Sext. 16. lege Apuleii Saturnini eiicitur, quod in eius legem iurare nollet. Quir. p. Red. 3. in Senat. 15. etc. revocatur, deprecante filio qui inde *Pii* cognomen tulit et tota familia, et quidem Planc. 28. lege Q. Calidii. Fam. I. 9. post exilium fracto animo fuisse dicitur. Balb. 5. de repetundis accusatus, quantum fidei habuerit. Att. I. 16. eius tabulas iudices nolunt inspicere. Verr. IV. 66. noluit laudatione sua iuvare sororis virum, L. Lucullum. Arch. 3. Orat. III 18. etc.

Q. C. METELLUS, Q. Numidici filius, Pius. Orat. II. 40. Quir. p. R. 3 in Sen. p. R. 15. patris exilium pie luxit, et pro eo populum deprecatus est; unde et Pii nomen tulit. Balb. 2. 17. contra Sertorium bellum gerit. Sull. 25. in profectione in Hispaniam a C. Cethego vulneratur. Planc. 28. gratus animus in Q. Calidium. Ab eo adoptatus P. Cornelius Scipio P. Scipionis Nasicae ex Licinia filius cuius nomen ideo Fam. VIII. 8. plene sic effertur *Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio.*

Q. Caecilius METELLUS Pius *Scipio*, modo memoratus Har. Resp. 6. Pontifex. In eius villa Antonius complures dies commentatur orationem in Ciceronem Fam. XII. 2.

Q. METELLUS Creticus. Calvi abnepos. Act. I. in Verr. 9. Consul cum Hortensio, A. U. 674. Flacc. 13. Cretam vincit. vid. Dio Cass. XXXVI. p. 8. Sallust. B. C. 29. Att. I. 19. legatus mittitur ad Galliae civitates, ne se cum Helvetiis iungant.

Q. C. METELLUS Celer, Q. Metelli Nep. fil. Balearici nepos, Brut. 89. non ille quidem orator, sed tamen non infans A. U. 663. trib. pl. collegis C. Curione, Q. Vario, C. Carbone etc. auditus a Cicerone iuvene; pater Q. Metelli Celeris et Q. Metelli Nepotis qui proxime sequuntur.

Q. C. METELLUS Celer, Celeris fil. maior. vid. Ascon. ad Cornel. I. et Manut. ad Orat. pro domo, c. 47. ubi tamen turbat in huius Metelli stemmate: ad Orat. pro Sext. 62. Catil. I. 8. II. 5. Sull. 23. praetor Cicerone Consule, A. U. 690. delectum habet contra Catilinam. Pis. 4. Consul designatus, cum L. Afranio, privatus auctoritate sua ludos Compitalitios fieri prohibet, et rem obtinet. Att. I. 17. Consul designatus resistit publicanis, Asiaticam locationem induci postulantibus. Fam. V 1. cum Cicerone expostulat de fratre Nepote tribuno ab ipso in Senatu oppugnato. Galliam provinciam obtinet ex praetura. Att. VI. 5. Div. VIII. 8. accusat M. Servilium. Cael. 14. Clodiam Clodii sororem uxorem habet, c. 24. eius mors, venenum accepisse indicat; laudatur. Brut. 70. qualis orator.

Q. C. METELLUS Nepos, Celeris min. fr. Fam. V. 1. 2. trib. pl. Silano et Murena Coss. Fam. V. 2. eius iniuriae in Ciceronem consulatu abeuntem. Fam. V. 1. in Senatu oppugnatur a Cicerone: quem ante ipse oppugnaverat, de quo vid. Dio Cass. XXXVII. p. 48. 49. Att. I. 13. contra eius concionem Cicero scribit orationem. Brut. 78. qualis in dicendo fuerit. Fuit Consul cum Lentulo Spinthere A. U. Sen. p. R. 7. inimicitias cum Cicerone deponit, neque intercedit Lentulo, atque etiam de Cicerone refert et fert. Dom. 47. eius avus esse dicitur Macedonicus, qui tamen est abavus.

Q. Caecilius METELLUS Nepos, Balearici F. Macedonici Nepos, vid. Ascon. ad Cornel. I. Rab. Perd. 7. Att. II. 6. legem Caeciliam Didiam fert. Consul cum

T. Didio A. U. 655. Quir. p. R. 3. Sen. p. R. 15. de cognomine vid. Manut. ad Corn. I.

METHYMNAEUS, Tusc. Qu. II. 27. a *Methymna*, urbe insulae Lesbi, cuius vites et uvae celebrantur apud Virgilium.

METIA tribus, Planc. 16.

METO, Att. XII. 3. 51. fuit debitor Ciceronis, quod ex altero loco ep. 51. satis clare apparet, sed quia istud tardum nomen erat, ludit in nomine, et diem solutionis annum *Metonis* appellat. Dicebatur enim annus Metonis per proverbium pro longo tempore; proprie autem annus Metonis est cyclus undeviginti annorum, qui Metonem astronomum auctorem habebat. Vid. Didor. S. XII. p. 94. add. Manut. Quaes. per epist. I. 6. *Ern.*

METRA, Fam. XV. 4. homo apud Ariobarzanem gratiosus.

METRILIUS PHILEMO, Fam. VII. 18. libertinus videtur, pro quo Manutius coniiciebat: *M. Aemilius*, cuius mentio est apud Asconium in Milonianam. Rutgersius autem Var. Lect. III. 2. mavult *Metilius*.

METRODORUS Scepsius, Orat. I. 11. Carneadis auditor. Orat. II. 88. Tusc. I. 24. divina fuit memoria, de qua add. Plin. VII. 24. ad quem locum vid. Harduin. Em. 80 ubi et de aetate eius. Idem Plin. XXXV. 11. excellentem pictorem fuisse, et L. Paulli liberos erudivisse tradit. *Ern.*

METRODORUS Chius. Democriti discipulus et Hippocratis medicorum parentis magister. Eius libri περὶ φύσεως s. de natura initium Ac. pr. II. 23. cf. Diog. Laërt. IX. 58. Euseb. Praep. XIV. 10. *Ern.*

METRODORUS, Epicureus, Atheniensis, Fin. II. 3. sapientem se ab Epicuro appellari patitur. Tusc. II. 3. eius libri non leguntur, nisi ab Epicureis. Tusc. V. 9. eius dictum contra fortunam gloriantis. Off. III. 33. Fin. II. 28. paene alter Epicurus beatum esse describit his fere verbis: *quum corpus bene constitutum sit, et sit exploratum, ita futurum.* Quare Lampsacenus dictus sit, quum Atheniensis esset, vid. Ionsium I. 2. 6. Menag. ad Laërt. X. 22.

METRODORUS, medicus, Fam. XVI. 20. Videtur libertus Ciceronis fuisse, Att. XV. 1.

METRODORUS Stratoniceus s. Stratonicensis ab Epicuro se ad Carneadem contulit, h. e. eius scholam

successoribus florentem reliquit, et ad Carneadem transiit. Nam Epicurus mortuus est antequam natus esset Carneades. Diog. Laërt. X. 5. Acad. pr. II. 6. *Bene autem nosse Carneadem Stratoniceus Metrodorus* putabatur. Hunc locum haud satis cum superioribus cohaerere bene monuit Baylius *Dictionnaire*, Tom. III. voc. *Metrodore*.

METTIUS, Att. XV. 27. cum eo et Herode Athenis tum versantibus Attico erat aliquid negotii, quod Cicero ut curaret ille eum rogaverat.

METUSCILIUS, Att. VIII. 12. Pompeianus.

MIDAS, rex Phrygiae, Tusc. I. 4. pro Sileni capti missione quid muneris acceperit. Div. I. 36. II. 31. ei puero formicae tritici grana in os congerunt.

MILETUS, urbs Ioniae, Att. IX. 9. Agr. II. 15. a qua *Milesii*. In eos graves Verris iniuriae, Verr. I. 34. Div. I. 49. Milesius Thales in agro Milesio aliquando omnem oleam antequam florere coepisset coëmit. Cluent. 11. Milesia quaedam mulier quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa abegerat, rei capitalis damnatur.

MILO, Crotoniates, Fat. 13. Olympiae per stadium ingressus esse dicitur quum humeris sustineret bovem vivum. Sen. 10. senex quum athletas se in curriculo exercentes videret, aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse: At hi quidem iam mortui sunt.

T. ANNIUS C. F. MILO Papianus. (Nam e Papia fuisse familia et ab avo materno C. Annio adoptatum Asconius Pedianus testatur) quaestor fuit A. U. 691. Tribunus plebis A. U. 696. Aedilem fuisse Manutius putat Pompeio et Crasso coss. A. U. 698. Eum A. U. 699. praetorem fuisse Pighius ad h. a. coniectura collegit, quod Milo praetermissa aedilitate in hoc magistratu ludos fecerit ac munus splendidum dederit, ut urbanorum Praetorum mos erat. Qua de re putat intelligendum esse Ciceronem ubi Fam. II. 4. Curioni Milonem consulatum petentem his verbis commendat: *Habemus haec omnia, bonorum studium* (Miloni) *conciliatum ex tribunatu propter nostram* (*ut spero te intelligere*) *causam; vulgi ac multitudinis propter magnificentiam munerum, liberalitatem naturae.* Quorum quidem munerum etiam in oratione pro Milone c. 35. mentionem facit, ac tria in iis patrimonia exhausisse

ait. Attamen ex his muneribus populo datis certo colligi non potest praetorem fuisse Milonem, eaque in praetura data fuisse. Nam eodem A. U. 699. quo Pighius Milonem praeturam gessisse putat, Cicero ad Q. Fr. III. 8. ita scribit: *Ludos apparat* (Milo) *magnificentissimos; sic, inquam, ut nemo sumptuosiores. Stulte bis terque non postulatus* (quod profecto Cicero non dixisset, si de ludis quos aediles ex more, vel de ludis Apollinaribus, quos praetor urbanus edere solebat, intelligi voluisset). Itaque ludi et munera intelligenda sunt, quos Milo suapte sponte, vel hereditatis nomine edebat. Id quod e sequentibus etiam Ciceronis verbis intelligitur: *vel quia munus magnificum dederat; vel quia facultates non erant, vel quia magister* (scil. hereditatis) *vel quia potuerat magistrum se non aedilem putare;* (i. e. quod etiamsi heres esset aedilis cuiusdam in magistratu mortui, non tamen ab eo exspectari poterat munus tam magnificum, ac si ipse aedilis fuisset.) Iam Milo quum esset trib. pl. designatus officiosus fuit in Ciceronem exsulem. Q. Fr. I. 4. Ipsum autem tribunatum Cicero dicit p. Red. in Sen. c. constantem perpetuam, fortem, invictam defensionem salutis suae Harusp. resp. 4. Sext. 40. eius cum Clodio contentiones. Att. IV. 3. eius domum in Germalo Clodius incendere conatur. *Ibid.* eius domus Anniana. *Ibid.* eius conatus ad impedienda Clodii comitia aedilitia. Q. Fr. II. 3. idem accusatur Clodio de vi. *Ibid.* pro eo dicit M. Marcellus. *Ibid.* deinde Pompeius Magnus. Q. Fr. II. 6. eius imprudentia accidit ut Sex. Clodius iniquo tempore et ab imbecillis accusatoribus accusaretur. Att. IV. 16. cum eo C. Cato in gratiam redit. Q. Fr. III. 8. ei consulatum petituro Pompeius nihil tribuit. Fam. XV. 4. eius causam M. Cato defendit. Fam. II. 6. in eius consulatus petitione Cicero non minus eniti vult quam in sua, ideoque eum Curioni diligentissime commendat. A. U. 701. quum Milo consulatum, P. Clodius praeturam peteret a. d. XIII. Kal. Febr. Milo Lanuvium proficiscens Clodio Aricia redeunti in via Appia occurrit, ibique pugna inter utriusque comites exorta Clodius occisus est. Mil. c. 9 — 12. Pompeius Magnus per interregem consul sine collega creatus ex SCto legem de vi, qua nominatim caedes in via Appia comprehendebatur tulit; qua perlata Milo de vi, de ambitu, et de sodalitiis accusatus est. De vi

MINUCIA porticus, Phil. II. 34. structa a Minucio, qui de Scordiscis triumphavit. Vell. II. 8.

MINUCIUS, Verr. I. 45.

MINUCIUS Magius, Att. IX. 13. a Pompeio de pace mittitur ad Caesarem.

CN. MINUCIUS, Fam. XII. 25. in Africa aut apud Q. Cornificium aliquid muneris tenuit, aut proprium imperium habuit.

L. MINUCIUS Basilus. Off. III. 18. qui cum Caesare in Gallia fuit. Vid. de B. G. VI. 29. vid. etiam: Basilus.

Q. MINUCIUS, Brut. 18. Consul, A. U. 556.

Q. MINUCIUS, RUFUS, eques Rom. in Sicilia negotiator. Verr. II. 28. III. 64. IV. 27. 31.

MISENUM, promontorium, portus et oppidum Campaniae, Manil. 12. Att. I. 13. Misenum praedium Antonii oratoris, Orat. II. 14. item Antonii postea triumviri, Phil. II. 19. Att. X. 8. XIV. 20. XV. 1.

MITHRIDATES, rex Ponti, Acad. IV. post Alexandrum maximus, quid de L. Lucullo iudicarit. De eo multa in Orat. p. L. Manil. etc. de familia Mithridatis vid. Reines. Ep. ad Hofm. et Rupert. ep. 21. p. 65. *Ern.* Agrar. I. 2. lege agraria Rullus vendi volebat agros quos rex Mithridates in Paphlagonia Ponto, Cappadociaque possederit. Manil. 3. 4. 9. belli Mithridatici genus et magnitudo. *Ibid.* 4. de Mithridate L. Sulla, et L. Murena triumpharunt. Deinde bellum cum eo L. Lucullus ita administravit, ut initia rerum gestarum magna atque praeclara non felicitati sed virtuti, extrema autem non culpae sed fortunae tribuenda esse videantur. (cf. Acad. pr. II. 1.) Verr. II. 65. Rhodii quum bellum cum Mithridate gererent, tamen statuam eius quae erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco posita ne in ipsis quidem urbis periculis attigerunt. Rab. Post. 10. eius crudelitatem in togatos i. e. cives Romanos P. Rutilius Rufus Mityleuis vestitus mutatione vitavit.

MITHRIDATES Phryx testis in L. Flaccum dicitur columen actionis D. Laelii qui eum de repetundis accusaverat. Flacc. 17. is testimonio eius reprehenso et coniecto ambulabat cum lorica, quasi vitae suae insidias a Flacco metueret, *ibid.*

615. Praetor A. U. 617. P. Furio Philo et Sex. Atilio Serrano coss. (Att. XII. 4.) Consul cum L. Calpurnio Pisone A. U. 620. Verr. IV. 49. Pontifex Maximus, N. D. III. 2. Dom. 53. P. Scipionis Nasicae factum h. i. Ti. Gracchi caedem, multis SCtis non modo defendit sed etiam ornavit, Dom. 35. arma quae privatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit, Off. II. 13. optimus iuris consultus, Orat. I. 48. pila et duodecim scriptis optime lusit, Orat. I. 50. Hic est is, qui, ut Pompeius ait, primus ius civile fundavit, qui primus hanc scientiam in familiam Muciam intulit. Duos fratres habuit item ICtos, P. Crassum Mucianum, Orat. I. 37. Brut. 26, et Q. augurem; sed hunc tantum patruelem; quod tenendum est legentibus notam Graevii ad de Off. II. 13. Huius P. fil. Q. Asiae Proconsul etiam ICtus fuit. De eorum Iurisprudentia et opinionibus extat Balduini libellus de Iuris Prud. Muciana. Vide de iis etiam Pompon. Orig. Iur. §. 39. 41 et ibi Rup. *Ern.*

Q. MUCIUS, Scaevola, Sext. 21. solus in Castra Porsennae venit, eumque interficere proposita sibi morte conatus est.

Q. MUCIUS, Scaevola Q. F. Q. N. P. Pron. Brut. 26. augur. De repet. contra T. Albucium dixit. Amicit. 1. gener Laelii, ad eum senem deducitur Cicero puer, qui nunquam ab eius latere discessit. Is trib. pl. fuit A. U. 625. aedilis plebis A. 628. praet. A. 631. Consul A. U. 636. Balb. 19. de iure praediatorio non respondet. Phil. VIII. 10. bello Marsico valde senex et infirmus, tamen quotidie, simulatque luceret, conveniri poterat. Brut. 89. quamquam se nemini ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. *ibid.* Ei seni multum operae dedit Cicero studio iuris civilis adductus.

Q. MUCIUS, Scaevola, P. F. P. N. quaestor fuit A. U. 642. trib. pl. A. 647. praetor A. 653. propraetor Asiam sortitus obtinuit A. U. 654. cos. cum L. Licinio Crasso A. U. 658. Off. I. 31. in iure civili excelluit. II. 16. omnium moderatissimus, cum L. Crasso aedilitate functus est, et reliquis magistratibus praeter tribunatum et censuram. Verr. II. 10. Asiam iustissime rexit, sed Att. V. 17. solos novem menses. vid. Mucia. Div. I. 9. Planc. 13. publicanos inimicos habet, quod eos in provincia coercuerat, in Caecil. 17. pro

L. LICINIUS MURAENA P. F. P. N. pater eius quem Cicero oratione defendit; quaestor, A. U. 651. 655. tribunus plebis, A. 660. Aedilis plebis, A. 663. praetor A. 667. propraetor Asiam sortitus obtinuit, A. 670. ibi bellum cum Mithridate renovavit anno sequente; a rege praelio superatus a Sulla revocatur; tamen sequenti demum anno rediit et de Mithridate triumphavit. Verr. I. 55. Manil. 3.

L. LICINIUS MURAENA, L. F. P. N. P. PRON. Mur. 7. *ibid.* 9. legatus L. Luculli. *ibid.* 1. Consul cum D. Silano, creatus, ambitus accusatur a Servio Sulpicio et Catone, defenditur a Cicerone Consule oratione quae exstat.

C. LICINIUS MURAENA, Mur. 41. proxime antecedentis frater.

P. LICINIUS MURAENA, Brut. 67. mediocri ingenio, sed magno studio, literarum studiosus. Brut. 90. bello civili Sullano periit.

MURAENA Varro, Div. XIII 22. vid. Varro.

L. MURCUS, Fam. XII. 11. Att. XII. 2. Imperator et proconsul in Asia. vid. Statius.

MURGENTINUS AGER, Verr. III. 18. qui est ad Murgentium, oppidum Siciliae, supra ostium Simaethi, prope mare.

MUSAE, N. D. III. 21. tria genera Musarum.

MUSAEUS poeta, Tusc. I. 41. Eius tabellae de diis, N. D. I. 15.

MUSCA, Att. XII. 40. fortasse Attici libertus, aut procurator.

MUSTELA Tamisius, Anagninus, de vicariis M. Antonii triumviri, Phil. II. 4. 41. V. 6. VIII. 9. XIII. 2. Att. XVI. 11.

MUSTELA coheres Crispi, Att. XII. 5. 44. Att. XIII. 3.

C. MUSTIUS, Verr. I. 51. eques Romanus.

MUTINA, oppidum Galliae Cispadanae, hodie Modena.

MUTYCENSIS, Verr. lib. III. 43. a Mutica Sicil. oppido: s. *Muticensis*, alii *Mutycensis*. Vid. Harduin. ad Plin. III. 8. Graev. ad l. c. In Anon. Ravennate L. V. p. m. 804. est: *Mutaca*. *Ern.*

MYCENENSES, a Mycenis in Argolide. Fin. II. 6.

NARBO MARCIUS, caput Galliae Narbonensis, Quint. 4. Phil. II. 14. 30. Fam. X. 33. Att. XII. 37. inde Narbonensis colonia, Orat. II. 55. Brut. 43. Cluent. 51.

NARONA, Fam. V. 9. 10. oppidum Dalmatiae in Graev. Cod. erat *Narbona*. Et hoc Scaliger ad Eusebium Plinio, et Itinerariis restituere volebat, quod etiam vulgatas Ptolemaei edd. obsidet. Sed rectum est *Narona*, quod etiam H. Surita Ptolemaeo restituit ad Itin. Ant. p. 338. ed. noviss. ad q. l. vid. etiam Wesselingium. In Mss. confundi haec verba docet Burm. ad Sueton Tib. c. 4. *Ern.*

C. NASENNIUS, municeps Suessanus, Ep. ad Brut. 8.

NASICA, vide in *Scipio*.

L. NASIDIUS, Att. XI. 17. Pompeianus.

CN. OTACILIUS NASO, Fam. XIII. 32. eques Romanus.

L. OCTAVIUS NASO, Q. Fr. I. 2. 3. negotiator in Asia fuisse videtur.

P. NASO, Phil. III. 10. provinciam a M. Antonio assignatam recusavit. Att. XII. 17.

Q NASO, Cluent. 53. praetor qui causae Cluentii praefuit. Flacc. 21. praetor Asiae.

NATTA, e Pinariis, Div. I. 12. item II. 20. eius simulacrum ex aere.

L. NATTA, Mur. 35. laudatur. Idem postea Pontifex, quo praeeunte domum Ciceronis consecravit Clodius Dom. de eo intellige Att. IV. 8. Ad hunc refert Ursinus numos, in quibus *Nattae* cognomen. De Famil. R. p. 207. *Ern.*

NAVIUS, Attius, vid. Attius.

NAUCRATES, Erythraeus Naucratites, Orat. II. 23. it. III. 44. Orat. 51. Isocratis discipulus, historicus. Hic est, qui cum Theopompo et Theodecte interfuit agoni de laudibus Mausoli dicundis ab Artemisia instituto. Vid. Usser. ad a 3652.

NAUPACTUS urbs Aetoliae ad sinum Corinthiarum, Pis. 37.

NAUSIPHANES Teius, Democriteus, N. D. I. 26. Epicuri magister, ab eo contemnitur. Pyrrhonis auditorem vocat Sext. Empir. adv. Math. init. Laërtius Democriti prooem. Sect. 15. Vid. Fabric. ad Sextum l. c. cf. Menag. ad Laërt. X. 8. *Ern.*

NERONIANUM, Orat. II. 61. dictum Neronis cuiusdam.

NERVA, Fam. X. 18. vid. Laevus Cispius. Nervae sunt e Liciniis: de quibus supra.

NERVII, populus Galliae, e Caesare notus. Q. Fr. III. 8.

NESIS, Att. XVI. 1. insula Campaniae obiecta, in qua Lucullus filius villam habebat.

NESTOR, Brut. 10. Tusc. V. 3. Fam. IX. 14. Sen. 10. de virtutibus suis praedicat.

NESTORIUS, Div. VI. 11. pro quo Graev. *Vestorius;* familiaris Ciceronis.

NETUM, Verr. IV. 26. oppidum Siciliae.

NETINI, s. *Netinenses*, Verr. V. 51. II. 64.

NICAEA, Att. XIV. 1. urbs Liguriae prope mare: hodie Nizza.

NICAEENSES, Fam. XIII. ep. 61. incolae Nicaeae in Bithynia.

NICANDER Colophonius, Orat. I. 61. de rebus rusticis scripsit. Respicit ad γεωργικα, quae ab Eustathio ad Homer. et Schol. Aristoph. laudantur, Vid. Fabric. B. H. III. 26.

NICANOR, Att. V. 3. servus Attici.

NICASIO, Verr. IV. 51. Ennensis senator.

NICE, Verr. V. 30. uxor Cleomenis Syracusani, Verris meretrix.

NICEPHORUS villicus Q. Ciceronis, Q. Fr. III. 1.

NICETAS, Syracusius, Acad. IV. 39. omnia stare dicit, solam terram circa axem moveri, Pythagoreus, quem alii Hicetam vocant.

NICIAS Curtius, Div. IX. 10. 11. Att. VII. 3. it. XII. 26. Grammaticus, quem Cicero in Cilicia secum habuit. Att. XIII. 28. a Dolabella arcessitur; ad eum, auctore Cicerone, proficiscitur. De loco Fam. VII. 23. dubitat Broukhus. ad Sueton. de ill. Gramm c. 14. an ad Grammaticum pertineat. *Ern.*

NICIAS Cous, Att. VII. 3.

NICIAS Smyrnaeus, Q. Fr. II. 1.

NICO, Div. VII 20. medicus, περὶ πολυφαγίας scripsit.

NICO, Verr. V. 30. nobilissimus pirata, a P. Servilio captus.

NICOCLES, Tyrannus. Off. II. 25. ab Arato Sicyonio oppressus est. Vid. Plutarch. in Arato.

Q. CONSIDIUS NONIANUS, e gente Nonia in Considiam adoptatus. Vid. Q. CONSIDIUS.

M. NONIUS Suffenas, Att. VI. 1. Cretae et Cyrenarum propraetor.

C. NORBANUS, e Iuniis. Orat. II. 21. 25. 47. 48. qui tribunus pl. Q. Servilium Caepionem a Cimbris victum omnibus modis vexavit, ideoque accusatus est a P. Sulpicio Rufo Tribuno pl. Defensus a M. Antonio Oratore, cuius quaestor fuerat. Off. II. 14. seditiosus et inutilis civis. Hic est, qui post, Consul cum L. Scipione A. U. 670. a Sulla victus est, Vell. II. 25. *Ern.*

C. NORBANUS, Verr. III. 49. praetor Siculus. Verr. V. 4 Siciliam otiosam habuit.

NORENSIS, Fragm. Orat. pro M. Aem. Scauro, a *Nora*. oppido Sardiniae.

L. NOSTIUS ZOILUS, Fam. XIII. 45. libertus L. Nostii.

NOVAE, Orat. II. 66. sc. tabernae argentariorum in foro Rom. exornatae scutis Cimbrorum, ut *Veteres* Samnitium. Livius IX. 40. *Ern.*

NOVIA, Cluent. 9. uxor Oppianici.

NOVOCOMENSES, Fam. XIII. 35. incolae oppidi Novi Comi in Insubria ad lacum Larinum.

NUCERIA, Agrar. II. 31. est oppidum Campaniae, quod Itinerarium Antonini XVI millia passuum a Nola abesse dicit. Ceterum plures esse *Nucerias* ad hunc Itinerarii locum observat Hieronymus Surita.

NUCULA, Orat. II. 62. in eum iocus.

NUCULA, Phil. VI. 5. VIII. 9. XI. 6. XII. 8. XIII. 2. 12. de Septemviris Antonii.

NUMA POMPILIUS rex Romanorum, Dom. 48. Rab. Perd. 4. Leg. II. 22. humatus est, ubi? Tusc. IV. 1. Pythagoreus male existimatur. Orat. II. 37. ante Pythagoram vixit. Orat. III. 51. doctissimus. Orat. I. 9. eius eloquentia. Parad. 1. eius bona. N. D. III. 2, eius sacra. Sull. 7. rex peregrinus.

NUMANTIA, urbs Hispaniae Tarraconensis nobilis. Unde *Numantinum* foedus, Fin. II. 17. et Numantinum bellum, Fam V. 12. Har. resp. 20. a Scipione Africano minore deleta, Man. 26. Off. I. 11.

NUMERIUS est praenomen Auniorum, Cluentiorum, Fabiorum, Furiorum etc. Vid. in Num. Fabius pictor.

O.

OCEANUS, N. D. III. 10. oceani fervore nihil constantius illis in locis *Europam Libyamque rapax ubi dividit unda* h. e. in freto Herculeo. Tusc. I. 20. Mur. 15. oceanum cum ponto coniungere voluit Mithridates. Prov. cons. 12. Oceano nihil longius inveniri potest.

SERV. OCELLA, Fam. II. 15. VIII. 7. Att. X. 15. 16.

OCTAVIANUS, Fam. X. 33. Att. XV. 12. XVI. 8. 11. 14. est C. Octavii Macedoniae praetoris fil. naturalis, post Octavianus appellatus quum eum C. Caesar adoptasset. Dicitur etiam interdum *Octavius*, ut Fam. XVI. 24. de eo vid. Phil. III. 15. XI. 8. Fam. XI. XII. 23.

CN. OCTAVIUS, Cn. F. Off. I. 39. quoniam praeclaram aedificarat in Palatio domum, honorem consecutus est. *Ibid.* primus ex ea familia Consul. Phil. IX. 2 homo novus, in legatione ad nepotem Antiochi regis, a Leptine quodam Laodiceae interficitur: eique propterea statua in rostris posita. Add. Plin. XXXIV. 6. qui tamen factum Popillii Antiochum M. virga circumscribentis cum huius legatione confundit, frustra defendente Hard. ex h. l. Ciceronis. Fin. I. 7. Consul (A. 588) cum L. Manlio Torquato, severus in filium, Macedoniae praetorem: filius D. Silano in adoptionem datus. *Ern.*

CN. OCTAVIUS, M. F. Cn. N. Brut. 62. a forensi eloquentia abfuit. *Ibid.* 60. Consul cum C. Curione, A. U. 677. Fin. II. 8. eius dolores.

CN. OCTAVIUS, Cn. F. Nepos Cn. eius, qui cum Torquato Cos. fuit. Pater Consul fuit cum T. Annio A. U. 625. pro Planc. 21. aedilitiam repulsam tulit. Brut. 47. in consulatu A. 667. se eloquentem praestitit. Har. resp. 25. cum Cinna collega dissentit. Catil. III. 10. Cinnam Collegam ex urbe eiicit. Tusc. V. 19. caput praeciditur iussu Cinnae collegae. Ab hoc Octavianum bellum dicitur, Div. I. 2. N. D. II. 5. etc.

CN. OCTAVIUS, Q. Fr. I. 1. 7. Quinto Fratri ad imitandum proponitur; quomodo lictores et accensos coërcuerit, cum Macedoniam regeret, ex praetura, it. ep. 2. 2. vocatur vicinus Ciceronis. Att. II. 1. Suetonii codices multi in Augusto cap. 3. appellant Caium, quod praenomen etiam inscriptio exhibet, ap. Gruter.

p. 225. a Pighio ad A. 694. allata, in qua dicitur C. F. C. N. C. *Pron.* pater Augusti. Nempe, ut posteri eius Octavii qui primus Consul fuit Cnei dicti, sic qui a fratre Caio orti sunt Caii appellati videntur, ut discernere familias in promtu esset. Et ut Drakenb. ap. Liv. XXXIII. 25. pro C. Octavius reponit Cneus, quod is fuit e familia consulari; sic in hoc nostro Caius rescribendum videtur, quia ex equestri familia fuerat. Fuit ex familia Octavia equestri, quae a Caio, Cneii Consulis primi fratre, originem repetebat: de tota familia vid. Sueton. l. c. *Ern.*

CN. OCTAVIUS, Div. VII. 9. 16. homo obscurus, familiaris Trebatii.

L. OCTAVIUS, Cn. F. Cn. N. Verr. I. 50. Consul A. 678. cum C. Aurelio Cotta.

L. OCTAVIUS Balbus, Verr II. 12. iuris peritissimus.

L. OCTAVIUS Ligur, M. frater, Verr. I. 48. trib. pl. cum fratre A. 672.

L. OCTAVIUS Naso, Q. Fr. I. 2. 3.

L. OCTAVIUS Reatinus, Brut. 68. audax magis, quam paratus in dicendo, adolescens mortuus est.

M. OCTAVIUS Caecina. Brut. 25. Tribun. pl. cum Tib. Graccho, eique adversatur in tribunatu et post. ubi vid. Corradus, N. D. I. 38. ei abrogatur tribunatus a Graccho.

M. OCTAVIUS Cn. F. (aequalis L. et M. Luculli) Brut. 62. legem frumentariam Semproniam abrogavit, a forensi eloquentia abfuit. Off. II. 21. largitio eius modica et reip. tolerabilis et plebi necessaria fuit. Vid. Leges Frumentariae.

M. OCTAVIUS, Ligur, Verr. I. 48. trib. pl. A. 672. frater L. Octavii Liguris.

M. OCTAVIUS, Cn. F. M. N. Fam. III. 4. Appii Pulchri legatus aut praefectus. Fam. VIII. 2. petit aedilitatem cum Caelio, minime gratiosus fuit. Att. V. 21. aedilis curulis, M. Marcello et Servio Sulpicio Coss.

M. OCTAVIUS, Phil. XI. 2. Marsus quidam, quo Dolabella legato usus est in Syria vexanda.

P. OCTAVIUS Balbus, Cluent. 38. Senator iuris peritissimus. Vereor, ne in praenomine vitium sit, P. pro L. vid. L. Octavius. *Ern.*

OCTAVIUS Mamilius, Att. IX. 10. a Tarquinio expulso contra Romam excitatur. De quo vid. Livius II. 18. sqq.

OCRICULANA villa, pro Milon. 24. ad Ocriculum, oppidum in Umbria cis Apenninum.

OEDIPUS, Fat. 13. etc. Laii filius.

OENEUS, Tusc. Qu. II. 8. Deianirae pater.

OENOMAUS, Fam. IX. 16. Tusc. III. 12. fabula Accii.

OETA, mons inter Thessaliam et Macedoniam; unde Oetaeus. Tusc. II. 7. N. D. III. 16.

A. OFFILIUS, Div. VII. 21. Att. VIII. 37. ICtus, cuius etiam Ulpianus mentionem facit Digest. LV. 1. de eo v. Dodwellus in Append. Prael. Camden. p. 780. *Ern.*

OFILLIUS, Div. XVI. 24. creditor Ciceronis. Fortasse idem cum praecedente.

OILEUS, Tusc. III. 29. Aiacis pater.

OLBIA, Q. Fr. II. 7. urbs Sardiniae. Unde Olbiensis, Q. Fr. II. 3. sc. epistola, i. e. Olbiae scripta. Nam de ea ibi sermonem esse, ex ipsa epistola facile intelligitur.

OLYMPENI, ab Olympo, urbe Pamphyliae, a P. Servilio Isaurico capta. Agr. I. 2. II. 10.

OLYMPIA, Orat. III 32. Att. XIII. 30. urbs Elidis in Peloponneso iuxta Alpheum in Pisaeo agro, celebris ludis Olympicis. Tusc. I. 46. N. D. II. 2.

OLYMPIAS, Div. I. 23. peperit Alexandrum ea nocte, qua Dianae Ephesiae templum conflagravit. Magorum de ea re responsum. N. D. II. 27. Div. II. 66.

OLYMPUS, Div. I. 12. etc. mons inter Thessaliam et Macedoniam. Verr. I. 21. urbs Lyciae.

ONASUS, Segestanus. Verr. V. 45.

ONCHESMITES, Att. VII. 2. ventus ab Onchesmo Epiri portu flans.

OPAS, N. D. III. 22. pro quo recte Davisius: Phthas, Vulcanus Aegyptiorum nomine, Nilo natus, custos Aegypti. Vid. Iablonsky Pantheon Aegypt. L. I. c. 2. p. 45.

OPHIUCHUS, N. D. II. 42. sidus.

L. OPIMIUS, Q. F. Inv. II. 34. eo praetore de coniuratione suspectis Fregellanis causam apud eum dixit princeps eorum Numitorius Pullus, qui quum seditionem prodidisset, ab Opimio Fregellae oppugnatae in deditionem acceptae et dirutae sunt. cf. Agrar. II.

extr. et Vellei. II. 6. Catil. I. 1. ei resp. permittitur in seditione C. Gracchi. Brut. 34. a populo absolutus de caede Gracchi; a Gracchanis iudicibus sublatus est, quum contra studium populi stetisset. cf. Planc. 28. Orat. II. 25. C. Graccho interfecto, quum consulatum, quem A. 632. gessit, deposuisset, reus tactus est ad populum a P. Decio tribuno pleb. defendit C. Carbo consul. Brut. 83. ab eo *vinum Opimianum* dicitur, quod eo tempore quo Cicero librum de claris oratoribus scripsit aetatem habuit LXXV annorum. Sext. 67. sepulcrum eius in litore Dyrrhacchii.

Q. OPIMIUS, Q. F. Q. N. Orat. II. 68. consul A. 599. cum L. Postumio Albino.

Q. OPIMIUS, L. F. Q. N. Verr. I. 60. senator, accusatus est apud C. Verrem praetorem, quod in tribunatu intercessisset contra legem Corneliam et a Verre per ludum et iocum omnibus bonis eversus. Hic Opimius is est, qui trib. fuit L. Octavio et C. Cotta Coss. A. U. 678.

OPIMIUS, Veientina, Tromentina, Antius. Att. IV. 16. iudex. Graevius putat Opimium Antium eundem esse hominem, qui duas tribus habuerit alteram nativitate, alteram adoptione. Bosius vero duos esse existimabat, ut Opimius fuerit ex tribu Veientina, Antius ex Tromentina.

P. OPIUS, Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusavit. Vulgo legebatur *Sp. Opius.* Alteram lectionem Gronovius et Graevius auctoritate Mss. defenderunt.

OPPIA, Fam. VIII. 28. M. Mindii uxor.

OPPIANICUS, Cluent. 4. est Statii Albii cognomen.

OPPII, foeneratores, Att. VII. 13. scribit Cicero se aenigma Attici non intellexisse, sed quum id scripsisset, tamen ei eius sensus in mentem venit. Atticus enim scripserat *succones de Velia;* intelligi autem volebat *Oppios* (ab ὀπὸς succus) *de Velia*, h. e. foeneratores in ea parte urbis habitantes, quae Velia dicebatur. Iidem nominantur Att. VIII. 7. X. 4.

CN. OPPIUS, P. Red. ad Quir. 5. generum Sex. Atilium Serranum tribun. pl. P. Lentuli relationi de Cicerone revocando intercedentem ab intercessione revocat.

L. OPPIUS, M. F. Flacc. 13. eques Romanus. Fam. XIII. 43. 44. 73. negotiator Philomelii.

M. OPPIUS, M. F. Terentina, Fam. VIII. 8.

P. OPPIUS, Fr. Or. pro P. Oppio. Fuit quaestor M. Cottae, qui cum L. Lucullo Consul fuit, Bithyniam obtinuit, et bellum adversus Mithridatem male gessit. Vid. Patricius ad Fr. Or. pro Oppio.

OPPIUS, Fam. II. 16. ei praetexta texitur, h. e. magistratus spem habet. Att. V. 1. Caesaris amicus. Q. Fr. III. 1.

OPS dea, Att. XIV. 14. in eius aede Caesar septies millies sestertium deposuerat; ibi rapinae ab Antonio fieri dicuntur. Att. XIV. 18. dicitur Dolabella se maximo aere alieno Faberii manu liberasse et opem ab eo petiisse; et quia Cicero his verbis addit: *Licet enim iocari*, recte interpretes hic lusum ex amphibolia agnoscunt. Nempe quum Dolabella partem pecuniae, quae erat in Opis aede reposita ab Antonio accepisset, quasi id esset in commentariis Caesaris scriptum, quos Antonius pro lubitu Faberii scribae manus vitiare et interpolare solebat; id sic expressit Cicero *et Opem ab eo petierit*, quod dupliciter intelligi poterat: 1. *et auxilium ab eo petierit*; 2. et *Opem* h. e. Opis pecunias ab eo petierit. Fortasse tamen Cicero scripsit: *et Opis opem ab eo petierit*. Ad eandem huius pecuniae causam pertinet locus. Att. XVI. 14. ubi scribit: *Quintus avi tui pronepos* (i. e. Q. Cicero cuius Atticus erat avunculus) *scribit ad patris mei nepotem* (i. e. ad Marcum M. Ciceronis filium) *se ex Nonis iis quibus nos magna* (olim) *gessium* (i. e. Nonis Decembribus) *aedem Opis explicaturum*, h. e. quum aedilitatem plebis inierit de ista pecunia ad populum relaturum. De eadem pecunia agitur. Phil. I. 7. II. 14. 37. V. 6. VIII. 9. Opis templum. N. D. II. 23. Spei, Salutis, Opis, Victoriae facultas a diis expetenda est. N. D. III. 36.

OPUS, Att. VI. 2. urbs Locridis, metropolis Opuntiorum.

C. Sergius ORATA, Fin. II. 22. Off. III. 16. emit a M. Mario Gratidiano aedes. Orat. I. 39. scribitur Aurata.

P. ORBIUS, Brut. 48. auditor T. Iuventii in iure civili, non inferior magistro. Flacc. 31. praetor in Asia fuit, A. U. 690. P. Globulo succedens.

ORBONA, N. D. III. 25. Dea, cuius templum Romae fuit: orbitatem avertere credita.

tur. N. D. I. 13. eius fabella. N. D. III. 1. Orphica sacra.

ORPHEUS, Fam. XIV. 4. servus Ciceronis.

OSACES, Att. V. 20. dux Parthorum (Pacori nomine, nondum ephebi. Vid. Dio Cass. XL. p. 133) magna auctoritate, vulnus accipit a Cassio, ab Antiochea fugatur, quo vulnere paullo post periit.

OSCI aut Graeci ludi, Fam VII. 1.

OSTIA, celebris colonia ad ostium Tiberis, Fam. IX. 6. Q. Fr. II. 6. III. 2. Unde

OSTIENSIS PROVINCIA, Mur. 8. quaestoria, et Ostiense incommodum, Man. 12. quod experti Rom. sunt, cum ad Ostiam classis Rom. a piratis capta et oppressa est.

CN OTACILIUS Naso. Vid. Naso.

L. OTHO e Rosciis, Mur. 19. lex eius grata equitibus. Att. XII. 37. 38. Vid. Lex Roscia.

OTHONES, Att. XV. 29. eorum aliquis habebat uxorem Iuliam.

OVIA, Att. XII. 21. 24. 30 C. Lollii uxor, quam sibi suam conditionem ferre Q. Cic. filius dicebat quia constitutum esset discidium.

OVIUS, Att. XVI. 1.

P.

T. PACAVIUS, Mil. 27. eques Romanus.

M. PACCIUS, Att. IV. 16. hospes Attici.

PACENUS, Cluent. 59. eius pastoribus villici Cluentii vim et manus attulisse dicti.

PACHYNUM, Verr. V. 34. promontorium Siciliae.

L. Iunius PACIAECUS, Fam. VI. 18. Hispanus, civitate donatus, Caesarianus. Vid. Hirt. de Bello Hispanico 16.

PACIDIANUS, Opt. gen. or. 6. Tusc. IV. 21. Q. Fr. III. 4. gladiator apud Lucilium.

PACILIANA domus. Att. I. 14.

M. PACILIUS, Verr. II. 38. 40.

PACONIUS, Q. Fr. I. 1. 6. homo obscurus, Mysius aut Phryx qui de Q. Cicerone propraetore questus erat.

PACORES, vel PACORUS, Fam. XV. 1. Att. V. 18. Orodi regis Parthorum filius. Fam. XV. 3. cum ea

PALATINAE BALNEAE, Rosc. Amer. 7. quia fuere ad Palatium montem vel in monte.

PALATIUM, mons unus ex his, in quibus extructa est Roma: mons Palatinus, Att. I. 1. Orat. II. 65 N. D. III. 25. Att. I. 39.

M. Lollius PALICANUS, Verr. II. 41. Tribun. pl. Cn. Lentulo et L. Gellio Coss. Att. I. 1. 18. Brut. 62. concionibus turbulentis aptissimus. De cognomine vid. Burmann. ad Quintil. IV. 2. *Ern.*

PALLA, Cael. 10. nomen hominis, cui M. Caelius bona eripuisse dicebatur.

PALLAS, antis, N. D. III. 23. pater Minervae cuiusdam, a filia interfectus.

PALTUS, Fam. XII. 13. oppidum prope Laodiceam.

PAMMENES, Brut. 97. longe eloquentissimus Graeciae, quo M. Brutus usus est. Orat. 29. Demosthenis studiosissimus. Mentio Pammenis quoque fit ad Att. V. 20. VI. 2. nescio, an eiusdem. *Ern.*

PAMPHILUS, Lilybaetanus, Verr. IV. 14.

PAMPHILUS, N. D. I. 26. Platonis auditor, quem Epicurus Sami audivit, et tamen magnifice contemnit.

PAMPHILUS, Orat. III. 21. rhetor Graecus. Huius τέχνην laudant etiam Aristot. Rhet. II. 23. Quintil. III. 6. add. Ind. Lat. in insula.

PAMPHILUS, Att. VII. 2. servus Attici.

PAMPHYLIA, regio Asiae minoris ad mare mediterraneum (unde mare Pamphylium eius pars, quae Pamphyliam alluit, dicitur) inter Lyciam et Ciliciam, Man. 12. Fam. XII. 13. volatibus avium cantibusque ut certissimis signis declarari res futuras putant. Div. I. 1. pantheras plures nutrit.

PANAETIUS maior, Fam. VIII. 9. Pamphylium forum Laodiceae artem. Att. V. 21. Rhodius, Stoicus, natus Ol. CLII. circa A. U. C. 581. Ac. IV. 33. Fin. I. 2. Off. II. 14. princeps prope Stoicorum. Orat. I. 11. Off. I. 26. eius auditor et familiaris Scipio Africanus minor. Eiusdem auditores fuerunt P. Rutilius. Brut. 30. Laelius sapiens. Fin. IV. 9. II. 8. eius gener C. Fannius. Brut. 26. Mnesarchus. Orat. I. 11. Acad. II. 2. comes Africani iunioris. Off. II. 2. laudat eius abstinentiam. Att. IX. 12. apud eum honoratus est. Tusc. IV. 2. epistola quadam ad Tuberonem laudat Appii Caeci carmen. Div. I. 3. 7. item II. 42. Posidonii doctor, discipulus Antipa-

tri, a Stoicis degeneravit in sententia de divinatione; risit enim avium cantum, et astrologorum praedicta. Off. II. 14. ei placet non numquam verosimile, etiam si minus sit verum, defendere. Tusc. I. 32. animum mortalem statuit. N. D. II. 46. dubitat, an mundus sit igni interiturus. Off. I. 2. III. 2. de officiis (περὶ καθηκόντος) accuratissime disputavit, in quo tamen aliquid reprehenditur. Off. I. 43. praetermisit locum de duobus honestis, utrum honestius. Off. II. 10. quum de opinione populari locutus est, usus est verbis popularibus et usitatis. Off. II. 5. negat ducem belli aut principem domi magnas res et salutares sine studiis hominum gerere posse. Off. II. 17. theatra, porticus, nova templa, non probat. Off. III. 7. negat maiorem partem, quam eorum opinionem, qui utile ab honesto distraxerunt. Fin. IV. 9 ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scribit. Att. VIII. 8. eius liber de providentia. Leg. III. 6. de magistratibus.

PANISCUS, N. D. III. 17. Div. I. 13. Panisci caput extitisse saxo diffisso fingit Carneades.

PANORMITANI, cives urbis Panormi, quae est urbs Siciliae celebris et portus in parte occidentali. Verr. II. 26.

C. Vibius PANSA, C. F. C. N. Fam. VIII. 8. Trib. pleb. M. Marcello et Serv. Sulpicio Coss. Fam. XV. 17. in Gallia citeriori M. Bruto succedit. Phil. III. 15. cos. designatus. Phil. V. 19. Consul cum Hirtio. Fam. X. 33. exercitus eius ad Mutinam conciditur, et ipse ex vulneribus moritur. cf. ad Brut. 3. Phil. XI. 9. laudatio eius.

PANURGUS, Rosc. Com. 10. servus Fannii et Roscii communis, histrio a Roscio eruditus.

PAPHLAGONIA, regio Asiae min. ad Pontum Euxinum inter Bithyniam et Pontum, Agr. I. 2. II. 19.

PAPHUS, urbs Cypri notissima propter cultum Veneris, quae inde Paphia, Phil. II. 15. Fam. XIII. 48.

PAPIA, Fam. XVI. 24. femina e gente Papia plebeia, quae Ciceroni pecuniam debebat.

PAPIA, Cluent. 9. uxor Oppianici.

PAPIRII, Fam. IX. 21. olim Papisii dicti. *Ibid.* IX. 21. de familiis Papiriis patriciis et plebeiis tota epistola, in qua illud notabile, ipsum Papirium Paetum ignorasse, patricios Papirios fuisse.

PAPIRII TURDI, Fam. IX. 21.

CN. PAPIRIUS, Verr. I. 12. est Cn. Carbo, proconsul Galliae quaestore Verre, it. Agrar. III. 2. vide in *Cn. Carbo.*

L. PAPIRIUS Crassus, Fam. IX. 21. dictator. A. U. 415. et deinde Consul cum Duillio, A. U. 417.

L. PAPIRIUS Sp. F. *Cursor*, Fam. IX. 21. magister equitum A. U. 415. quinquies cos. A. U. 420. 433. 434. 438. 440. dictator. A. U. 428. 429.

L. PAPIRIUS Fregellanus, Brut. 46. Tib. Gracchi P. F. aetate disertissimus Latii, orationem in senatu habitam reliquit pro Fregellanis coloniisque Latinis.

L. PAPIRIUS MASO, Fam. IX. 21. Aedilis, A. U. 430.

L. PAPIRIUS MUGILLANUS, Fam. IX. 21. Consul. A. U. 309. et Censor fuit cum L. Sempronio Atratino. A. U. 312. Ceterum Pighius ad A. U. 310. refert censuram.

L. PAPIRIUS. PAETUS, Att. I. 20. donat Ciceroni libros Serv. Claudii fratris. Ad eum sunt epistolae Lib. IX. ad Fam. ep. 15 — 26. ex quibus intelligitur, eum Epicureum, et hominem doctum facetumque fuisse.

L. PAPIRIUS, Verr. IV. 21. eques Romanus, negotiator in Sicilia.

L. PAPIRIUS POTAMO, Verr. III. 60. 66. scriba Verris. cf. III. 60.

M. PAPIRIUS, Mil. 7. eques Romanus a P. Clodio in via Appia interficitur. Dom. 19. frater Sext. Aelii Liguris, tribuni plebis.

Q. PAPIRIUS, Dom. 49. Tribunus pleb. auctor legis Papiriae.

C. PAPIUS, Off. III. 11. male fecit, qui peregrinos urbe uti prohibuerit. Vid. in Ind. Leg. L. *lex. Papia.*

PARALUS, Verr. IV. 60. heros, qui triremem primus struxit, eius imaginem Athenienses magni faciunt. De eo vid. Plin. H. N. VII. 56. *Ern.*

PARHEDRUS, Fam. XVI. 18. *Parhedrum excita ut hortum ipse conducat.* Cicero videtur hortum Tusculani locare voluisse alicui, ut certum inde reditum haberet, olitori primum, qui mercede colebat hortum; ille noluisse; hinc vicinum quendam, Parhedrum, vult excitari a Tirone, ut conducere hortum vellet; ita

filio et Turulio missus a senatu, quod interfecto Caesare coniuratos in Capitolium prosecutus erat. Vid. Pighium ad A. U. 709.

PATRAE, urbs notissima Achaiae, Fam. VII. 28. XIII. 17. 50. XVI. 1. Att. V. 9.

PATRO, Epicureus, Fam XIII. 1. Ciceroni familiarissimus. Phaedro succedit. Att. V. 11. 19. VII. 2. Q. Fr. II. 4.

PATROCLUS, Achillis amicus, Tusc. II. 15. 16. Davisius vult legi: Patrocles, e Codd. *Mss.*

Q. PATULCIUS, Att. XIV. 18. Fuit Quaestor A. 704. Hunc sc. intelligi posse putem. *Ern.* Quicquid sit, in *Patulciano nomine* intelligenda est pecunia a Patulcio Ciceroni debita, qua in exigenda Atticus Ciceroni suppetiatus erat.

L. Aemilius PAULLUS, Macedonici Pater, Orat. II. 87. qui ad Cannas male rem gessit. Div. II. 33. cecidit in pugna Cannensi cum exercitu. Off. III. 32. Consul cum Varrone A. U. 537. secundum, primum enim fuerat, A. U. 534. cum M. Livio. Habuit tres filios. L. M. Q. vid. Liv. XXIII. 30. de eius morte vid. eundem XXII. 49. *Ern.*

PAULLA VALERIA, vid. *Valeria.*

L. AEMILIUS PAULLUS, *Macedonicus*, Africani minoris pater naturalis. Brut. 20. disertus. Fam. IV. 6. Tusc. III. 28. duos septem diebus filios amittit. Brut. 19. eius filium adoptat Africani maioris filius. cf. Div. I. 46. II. 40. Cos. A. U. 571 iterum A. 585. missus in Macedoniam cum imperio ad bellum cum Perse rege gerendum. Omen ei a filia Aemilia oblatum, quum illud bellum ei decretum esset. Off. II. 22. omni Macedonum gaza potitus est. Verr. I. 21. Persen vi ac virtute superavit. Mur. 14. de Perse triumphat Tusc. V. 14. quid Persae responderit, quum in triumpho duci nollet.

L. Aemilius PAULLUS, M. F. Vatin. 10. quaestor Macedoniae, laudatur. Mil. 9. A. U. 700. Calvino et Messala Coss. praetor, competitorem P. Clodium habuit etc Fam. VIII. 4. Consul cum C. Marcello. A. U. 703. *Ibid.* 10. provinciae nimis cupidus. *Ibid.* 11. C. Curionem habiturum comitia impedit, servando de coelo. Phil. XIII. 6. Pompeium, Cn. filium, hortatur, ut cum suis copiis ad Mutinam eat. Eius mentio fit quoque Div. VIII. 8. XI. 19. Att. IV. 13. *ibid.* 17. basi-

licam Aemiliam veterem reficit, novam locat. De quo adi Lips. ad Tacit. A. III. 72. et Plin. H. N. XXXVI. 15. ubi vid. Harduin. *Ern.*

PAULLUS, Pis. 17. per ludibrium appellatur L. Piso, Macedoniae proconsul ab Aemilio illo Paullo Macedonico.

PAUSANIAS, Lacedaemonius. Top. 20. Off. I. 22. rebus gestis imperium Lacedaemoniorum propagasse putatur.

PAUSANIAS, Alabandensis. Fam. XIII. 64.

PAUSANIAS, Fam. VIII. 8. libertus fuisse videtur.

PAUSANIAS Lentuli Spintheris libertus. Ciceronis accensus. Fam. III. 7.

PEDANUM, Att. IX. 18. praedium in agro Pedano h. e. prope Pedum, oppidum inter Praeneste, Tibur et Tusculum.

Q. PEDIUS, Att. IX. 14. Caesaris legatus. Planc. 7. aedilitatem cum Cn. Plancio petiit. Hic est sine dubio, qui a Caesare coheres Octaviano scriptus, legem Pediam contra Caesaris percussores scripsit, de qua Sueton. Caes. 83. Ner. 3. etc. *Ern*

C. PEDUCAEUS, Fam. X. 33. interiit in proelio Mutinensi, duce Pansa, legatus fuit Pansae.

L. PEDUCAEUS, Flacc. 28. eques Romanus.

S. PEDUCAEUS, Att. I. 4. Sexti pater.

SEXT. PEDUCAEUS, Sext. F. Verr. I. 7. Senator. Att. III. 13. 14. 17. Sextus, unde dicitur. Fam. VIII. 14. absolvitur. Verr. II. 56. praetor censet Siciliam. Fin. II. 18. praetor Siciliae, egregium eius facinus.

PEGASUS equus ille alatus Neptuni et Medusae filius. Quint. 25. *O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios seu potius Pegasos habeat.*

PELASGI, populi Graeciae. Fin. II. 4.

PELEUS, Orat. III. 15. pater Achillis.

PELIAS, Neptuni filius, Thessaliae rex, Her. II. 22. eius imperio s. dolo commotus Iason Argonautas Colchos duxit. Sen. 23. eum senem filiae Asteropea et Antinoa a Medea persuasae, quasi recoquendo ad iuventutem reducere voluerunt, eumque lebeti ferventi impositum occiderunt. Sed quum illo loco Cicero dicit *quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit neque tamquam Peliam recoxerit* vel hoc dicit: *neque ut filiae Peliam recoquere volebant, recoxe-*

rit; vel memoriae lapsu Aesonem cum Pelia confudit. Aesonem enim Medea medicamentis suis in aheno recoctum iuventuti pristinae restituisse ferebatur.

PELIGNUS, e Pelignis, populo Italiae, Marsis, Matrucinis, et Ferentanis confini. Vat. 15.

PELION NEMUS, Her. II. 22. in monte Pelio in Thessalia. Inv. I. 40. Top. 16. Cael. 8.

PELIUS MONS, Fat. 15. in Thessalia.

PELLA, Att. III. 8. caput Macedoniae, unde reges Macedoniae, Philippus et Alexander Pellaei dicti. Philippum Demosthenes de Corona contemtus causa appellat ἐν Πέλλῃ τραφέντα — et cum contemptu de ea urbe loquitur. De qua re vid. Wesseling. ad Ant. Itin. p. 319. *Ern.*

PELLENE urbs Achaiae, unde Pellenaeorum res publica s. Πελληνέων πολιτεία a Dicaearcho scripta. Att. II. 2.

PELOPIDAE, Fam. VII. 28. 30. Att. XV. 11. proprie Pelopis filii, tecto nomine dicuntur Caesariani.

PELOPONNESUS, magna peninsula, reliquae Graeciae Isthmo Corinthio adhaerens, Fam. VII. 28. Sed quum Cicero ad Atticum scribit Att. X. 12. *Peloponnesum ipsam sustinebimus*, innuit nimiam Quinti filii regendi difficultatem; respiciens ad proverbium Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, quo usus erat in eadem re. Att. X. 5. quasi dicat, non Arcadiam solum, sed quod difficilius est, totam Peloponnesum sustinebimus.

PELOPONNESIAE civitates. Att. VI. 2.

PELOPONNESIACUM bellum. Off. I. 24. in eo dux Callicratidas.

PELOPS, Tantali filius, Atrei et Thyestae pater rex Elidis, Tusc. I. 44. II. 25. equos a Neptuno obtinet, Tusc. III. 12. a rege Oenomao filiam Hippodamiam obtinet uxorem. *Ibid.* Pelope natus est Thyestes.

PELORIS s. PELORUS, promontorium Siciliae Italiam versus, Verr. V. 3. 34.

PENATES, Catil. IV. 9. eorum Arae. Har. resp. 6. Penatium deorum caerimoniae.

PENELOPA, N. D. III. 22. uxor Mercurii, Paris mater.

PENELOPA, uxor Ulyssis Acad. pr. II. 29. Penelopae telum retexens dicitur ars dialectica tollens ad extremum superiora.

laudant iracundiam, Cicerone improbante. Tusc. IV. 17. 19. statuunt animos necesse esse perturbari idque naturale et utile esse. N. D. I. 7. Fin. III. 2. 12, 13. re, an verbis a Stoicis discrepent. Orat. I. 10. eorum ornamenta dicendi. Fin. IV. 21. 26. eorum sententia de fine bonorum. Tusc. III. 31. eorum sententia in consolando.

PERRHAEBIA, Pis. 40. pars Thessaliae; alii tamen ad Macedoniam, item ad Aetoliam referunt.

M. PERPENNA, sive potius *Perperna*, ut habent Manutius, Graevius, nam sic in numis, et fastis Capitol. Vid. Graev. ad Rosc. Com. 1. et Drakenb. ad Liv. XLIV. 27. Orat. II. 65. iudex in iudicio Aculeonis a Gratidiano accusati. Consul A. U. 661. Verr. I. 55. Censor. Q. Rosc. 1. inter iudices sedet in causa Q. Roscii comoedi. *Ern.*

PERSA, Div. II. 37. vid. Perses.

PERSA, Div. I. 46. catellus L. Paulli, ex quo omen accipit L. Paullus.

PERSAE, Verr. V. 64. Har. resp. 13. Dom. 23. 47. pepercerunt Delo. Verr. I. 18. mortuos cera circumlitos condunt. Tusc. I. 45. eorum bellum contra Graecos. Brut. 10. impetus in Athenienses. Off. III. 11. ad panem nihil adhibent praeter nasturtium. Tusc. V. 34. Fin. II. 28. eorum reges uxoribus certas urbes attribuunt. Verr. III. 32. eorum Magi. Leg. II. 10. eorum rex magnus dicitur. Tusc. V. 12. reges eorum Magorum disciplinam recipiunt. Div. I. 41.

PERSAEUS, N. D. I. 15. Zenonis auditor.

PERSEIS, N. D. III. 18. filia Persei, mater Pasiphaës.

PERSES, Verr. I. 2. rex Macedoniae, Philippi II. fil. Catil. IV. 10. Agr. II. 2. 19. a quo Persicum bellum dicitur, quod est Macedonicum secundum. Tusc. III. 22. Manil. 18. superatus et captus L. Aemilio Paullo. Tusc. V. 40. Paullum precatur, ne se in triumpho ducat. N. D. II. 2. eius victoria nunciatur a Tyndaridis.

PERSEUS, N. D. II. 43. sidus. III. 18. eius filia.

PERSICE, Att. XV. 9. porticus celeberrima Lacedaemone fuit, quae hoc nomine appellabatur, quod e manubiis Persarum aedificata erat. Vitruv. I. 2. Ad hanc alludens Brutus in Villa Lanuvina porticum *Persicen* appellabat. vid. *Eurotas.*

C. PERSIUS, Orat. II. 6. orator doctissimus, qui temporibus Gracchanis floruit, vid. Brut. 26. ei tri-

eius taurus (a Timaeo inter fabulas relatus; male: ut docet Diodor. Sic. XIII. p. 211) Off. II. 7. Agrigentini in eum impetum faciunt. Pis. 30. de Pisone: *quoniam te non Aristarchum sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare.*

PHALEREUS, Leg. II. 25. 26. est cognomen Demetrii rhetoris, a pago Attico, *Phalero* in quo natus erat. Vid. *Demetrius Phalereus.*

PHAMEA, Fam. VII. 24. libertus, Tigellii avus. Att. IX. 9. moritur. Fam. IX. 16. Att. XIII. 49.

PHANIA, Fam. III. 1. II. 13. libertus Appii Pulcri.

PHARNACES, Deiot. 5. contra eum pugnat cum Caesare Deiotarus. cf. Att. XI. 20. 22. Fam. XV. 15. de bello hoc Caesaris cum Pharnace vid. Hirtius de Bell. Alex. 34. sqq. Est Mithridatis filius.

PHARNACES, Att. XIII. 30. 44. servus librarius.

PHARSALICUS, a *Pharsalo* Thessaliae urbe, a qua celebris illa *Pharsalica* pugna inter Caesarem et Pompeium dicitur, Phil. XIV. 8. II. 15. Div. I. 32. Ligar. 3.

PHASELIS, urbs ultima Lyciae, ad fines Pamphyliae, Verr. IV. 10.

PHASELITAE, Agr. II. 19. incolae urbis Phaselidos.

PHASELUS, Att. I. 13. Phaselus epicopus. Att. XIV. 16.

PHEMIUS, Att. V. 20. 21. sqq. VI. 1. musicus, cornicen. Eius etiam mentio apud Ovidium Amor. III. 7. 61.

PHENEATAE, N. D. III. 22. a Pheneo, oppido Arcadiae.

PHERAE, Div. I. 25. urbs Thessaliae, unde Pheraei, Inv. II. 49.

PHERAEUS, Fam. IX. 22. versiculum a Cicerone laudatum: *Pheraei hic cubile inire est ausus* accipiunt de Alexandro Pheraeo, quem eius uxor Thebe adiuvantibus fratribus ob suspicionem pellicatus occidit. Sed ut nunc legitur versiculus, haud satis ei argumento convenit. Si scriptum esset: „Regis Pheraei haec cubile inire est ausa," posset sane Thebe de pellice sic loqui.

PHERECRATES, Phtiota senex, Tusc. I. 10. inducitur in Dicaearchi libro de animo.

PHERECYDES, Tusc. I. 16. Syrius, non Syrus, ut est in edd. plerisque. Div. I. 50. Pythagorae magister, hausta de puteo aqua terrae motum praedicit. Tusc. I. 16. primus dixit animos esse sempiternos. Vixit regnante Ciceronis gentili Servio Tullio. Hic est physicus Pherecydes, is, qui primus Theologus est appellatus. *Ern.*

PHERECYDES, Orat. II. 12. Historicus antiquior Herodoto; quem cave cum physico et theologo confundas. Historicus, Atheniensis fuit, Darii Hystaspidae temporibus. De utriusque aetate, et scriptis accurate disputat Voss. de Hist. Gr. IV. 4. de Physico inprimis Menagius ad Laërt. I. 116. sqq. *Ern.*

PHERIONES, Att. XIV. 14. locus est obscurus: *Itaque ioca tua plena facetiarum de haeresi Vestoriana et de Pherionum more Puteolano risisse me satis nihil est necesse scribere.* E coniecturis virorum doctorum proxime ad veritatis speciem accedit Graevii sententia, qui Ciceronem scripsisse coniiciebat: *et de Vestorianorum Puteolano*, putabatque Atticum allusisse similitudine soni ad *puteal* foeneratorum.

PHIDIAS celeberrimus statuarius Atheniensis, Ac. pr. II. 47. Fin. II. 34. IV. 13. nobilissimum eius Minervae signum ex ebore, Orat. II. 17. Orat. 2. Brut. 73. eius signum Iovis Olympii, Orat. 2. eius simulacris nihil perfectius, *ibid.* clypeus eius in simulacro Minervae, Orat. 71. in eo clypeo sui similem speciem inclusit, quum inscribere non liceret, Tusc. I. 15. et quidem sic, ut si quis olim artificis voluisset exinde imaginem separare, soluta compage simulacri totius incolumitas interiret. Valer. Max. VIII. 14. Aristot. de mundo 6. Apulei. de mundo p. 275. ed. Bib.

PHIDIPPUS, Deiot. 6. medicus Deiotari.

PHIDITIA, Tusc. V. 34. convivia Lacedaemoniorum, de quibus vid. Suidam in Lycurgo. Veterum loca de iis vide apud Meurs. Misc. Lacon. I. 9. 10. *Ern.*

PHILADELPHUS, Att. I. 11. nomen servi Attici.

PHILADELPHUS Annius, Phil. XIII. 12. praetorius, beneficio Caesaris.

PHILARCHUS, Verr. IV. 12. 23. Centuripinus.

PHILARCHUS, Verr. V. 34. Haluntinus.

PHILARGYRUS, Fam. VI. 1. libertus A. Torquati.

PHILARGYRUS, Att. IX. 15. servus aut libertus Attici.

PHILEROS, nomen servi Fr. or. pro Corn. I. Fam. IX. 15..

PHILINUS, Verr. III. 34. Herbitensis.

PHILIPPUS, rex Macedoniae Alexandri M. pater, Orat. III. 35. rex sapientissimus Alexandro filio doctorem Aristotelem acciit, a quo eodem ille et agendi praecepta acciperet et loquendi. Off. II. 14. 15. eius epistola ad filium, ut oratione multitudinem sibi conciliet, non largitionibus, I. 26. filium superat facilitate et humanitate, a filio superatur rebus gestis et gloria. Tusc. V. 14. Lacedaemoniis minatur per literas. Att. I. 16. omnia castella expugnari posse dicebat, in quae asellus auro onustus ascenderet. Fat. 3. iubetur oraculo cavere in capulo quadrigulas. Fin. II. 31. eius laudationes.

PHILIPPUS, rex Macedoniae, quocum bellum Maced. I. gestum est. Inv. I. 12. Verr. I. 21. a Flaminio vincitur. cf. Phil. XI. 7. Agr. I. 19. 33. Off. II. 14. Antigoni filius. Filii vocem qui non concoquebant, quod sciebant, hunc Philippum, Demetrii esse, non Antigoni filium, eiecerunt: sed restituerunt post e *Mss.* viri docti. Vid. Manut. ad h. l. Fuit autem Philippus Antigoni eius, qui Doson dicitur, filius privignus. Nam mortuo Demetrio, quum puer adhuc esset Philippus, tutor factus est eius Antigonus Doson. Is paullo post matrem Philippi duxit, et tutelam Philippi sapienter gessit etc. vid. Iustinus XXVIII. 3. *Ern.*

PHILIPPUS, Verr. III. 34. Herbitensis.

PHILIPPUS, Flacc. 18. Temnites. Lysaniae legati in Flacci causa gener.

PHILIPPUS, Fam. XIII. 28. Lacedaemonius.

L. Marcius PHILIPPUS, Off. II. 17. Q. filius. Sext. 51. vitricus Gellii, seditiosi hominis, fratris Consulis L. Gellii. Planc. 21. in petitione tribunatus mil. repulsam tulit. Off. II. 21. tribunus plebis fert legem Agrariam, sed eam facile antiquari patitur, in eius suasione quaedam nimis populariter et perniciose dixit. Muren. 17. Brut. 45. in petitione Consulatus a M. Herennio vincitur. Rabir. 7. Consul cum Sext. Iulio Caesare. Orat. I. 7. Consul tribuno M. Druso adversatur,

PHILO, Architectus, Orat. I. 14. Atheniensibus armamentarium fecit, cuius mentio frequens antiquis. Loca veterum collecta vid. ap. Iunium de Pictura in Catal. Artif.

PHILO, Fam. II. 12. VIII. 8. libertus M. Caelii Rufi.

L. PHILO, e Veturiis. Caecil. 19. quaestor C. Servilii. Ei negata est accusandi Servilii potestas.

PHILOCTETES, Her. IV. 30. Tusc. IV. 30. Paeantis et Demonassae filius, cui Hercules moriens sagittas tradidit. Fat. 16. serpentis morsu ulceratus, ideoque propter clamores et eiulatus a Graecis Troiam navigantibus in insula Lemno relictus. Fin. V. 11. ibi cruciatus non ferendis doloribus propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. Fin. II. 29. decem annos in spelunca iacuit, saxumque Lemnium clamore funestavit. Tusc. II. 7. Har. resp. 18. queritur apud Attium in tragoedia tela sua pennigero non armigero in corpore exerceri. Q. Fr. II. 10. Cicero ait fratrem suum meliorem civem esse quam Philoctetem, qui accepta iniuria illa spectacula quaerebat, (scil. rei publ. calamitates,) quae ipsi acerba erant. Respicit Philoctetem apud Sophoclem Graecos exsecrantem, qui eum in Lemno reliquerant. Memoria lapsum Ciceronem, pro Paeante posuisse Paeantis filium, putabat Victorius Var. Lect. II. 15. sed defenditur a Ciofano ad Ovid. M. IX. 229. ubi eadem dicuntur de Paeantis filio.

PHILODAMUS, Verr. II. 44. Opuntius.

PHILODAMUS, Verr. I. 25. Lampsacenorum princeps, a Verre vexatus et tandem occisus.

PHILODEMUS, Fin. II. 35. Epicureus, quem nonnulli Philodamum vocant, minus recte. Vid. Menag. ad Laërt. X. 3. *Ern.*

PHILODONUS, Flacc. 22. Trallianus.

PHILOGENES, Att. V. 13. VI. 4. servus aut libertus Attici.

PHILOGONUS, Q. Fr. I. 3. libertus Q. Ciceronis.

PHILOLAUS, Orat. III. 34. Crotoniata, Pythagoreus, Archytae discipulus.

PHILOMELUM s. PHILOMELIUM, Att. V. 20. Fam. III. 8. Verr. III. 83. urbs Phrygiae maioris. Unde *Philomelienses*. Verr. III. 83.

PHILOTES, Alabandensis, Fam. XIII. 56.

Voss. de Anal. II. 2. et Heins. ad Virg. Aen. III. 386. ubi etiam exempla e prosaicis. Librarii, qui hoc nesciebant, e *Phoenica* fecere *poetica*, unde Manutius fecit *Phoenicia*, quem deinde alii secuti sunt. *Ern.*

PHOENISSAE Euripidis tragoedia, Off. III. 21.

PHOENIX, Orat. III. 15. comes Achillis, disertus; apud Homerum in Iliade.

PHORMIO, Orat. II. 18. Peripateticus, qui Ephesi vixit, ab Hannibale auditur et ridetur, c. 19. Phormiones dicuntur, qui de re praecipiunt, et disserunt, quam non intelligunt.

PHORMIO, Caecin. 10. persona in Terentii Phormione, homo confidens Phorm. I. 3.

PHORONIS, N. D. III. 22. Valentis uxor, Mercurii cuiusdam mater.

PHRYGES, populi Asiae minoris, Fam. III. 10. plagis fiunt meliores, Flacc. 27. eorum aeraria. Att. VII. 1.

PHRYGIA, regio Asiae min. ad Hellespontum et Aegeum mare. Har. resp. 13.

PHRYGIUS, Orat. 8. Phrygiae dictionis genus. Div. I. 50. Phrygii cantus. N. D. III 16. Phrygius literas conscripsisse dicitur Hercules Nilo natus Aegyptius. Rosc. Am. 32. *ferrum phrygium* fortasse ex tragoedia sumptum, et ad caedem civium Romanorum ad Servilium lacum iussu Sullae interfectorum translatum.

PHTHIA, urbs Phthiotidis, Thessaliae partis. Unde Phthiota, Tusc. Qu. I. 10.

PICENUS AGER, in Italia, Umbriae confinis, Rab. P. Cat. II. 2. 12. Phil. V. 16. N. D. III. 30. Off. III. 18. Qui et *Picens* ager, Senect. 4. (vid. Graev. et viros doctos ad Flor. I. 19.) item *Picentinus*. Picentes, Sull. 8. Att. VII. 26.

PICTOR, Orat. II. 12. vid. Fabius Pictor.

PIERIDES et PIERIAE, N. D. III. 21. Musae ex Antiopa et Piero.

PIERIUS, s. PIERUS, Iupiter tertius, ibid. pater Pieridum novem ex Antiopa.

PIETAS, Div. I. 43. eius aedes Romae.

PILIA, Att. IV. 4. etc. uxor Attici.

M. PILIUS, Att. XIII. 31. Div. VIII. 8. necessarius Attici. M. Servilium de repetundis reum facit.

Q. PILIUS, Att. IV. 17. necessarius Attici.

CN. PISO, Sull. 24. Muren. 58. in Tog. Cand. Catilinae socius, quocum caedem optimatium facere voluit.

L. PISO, qui primus Frugi dictus est, Brut 27. Verr. III. 84. Off. II. 21. primus legem de repetundis tulit, Censorino et Manilio Consulibus, A. U. 604 multarum legum auctor et dissuasor. Font. 13. a C. Graccho multa turpia in eum dicta. Brut 27. Orat. II. 12. Annales scripsit et orationes. Fam. IX. 22. ex eius Annalibus laudatur: *peni deditos esse.* Consul fuit A. U. 620.

L. PISO, L. fil. Verr. IV. 25. Praetor in Hispania continentissimus, ibi interficitur.

L. PISO, Verr. IV. 25. L. F. L. N. praetor fuit, et quidem Verr. I. 46. cum Verre, in Caecil. 19. P. Gabinium de repetundis accusat nomine Achaiae.

L. PISO, Caesoninus, cos. cum Gabinio, A. U. 695. Sext. 7. hi duo non consules, sed eversores imperii, proditores senatoriae dignitatis, *ibid.* 10. foedus fecerunt cum P. Clodio trib. pl. contra Ciceronem, *ib.* 14. quum in periculo Ciceronis senatores vestitum mutassent, edixerunt, ut ad suum vestitum senatus rediret. Dom. 9. lege Clodia Macedoniam accipit. Pis. 24 ob eversam civitatem. Prov. Cons. 6. is et Gabinius duplices pestes sociorum, militum clades, publicanorum minae, provinciarum vastitates, imperii maculae. Pis. 17. Piso nullas e provincia literas Romam misit ad Senatum de suis rebus gestis. *Ibid.* 22. nihil incolume domum praeter os illud pristinum suum e provincia retulit. Fam. IV. 4. C. Caesaris socer mentionem facit in Senatu de M. Marcello. Phil. I. 4. liberrimam orationem in senatu contra Antonium habet, sed eum pauci sequuntur. Fam. XII. 22. non audet in Senatum venire timore Antonii. Phil. VIII. 9. X. 5. Fam. XII. 4. legatus ad Antonium ad Mutinam, flagitiose facit.

M. Pupius PISO, Calpurnianus, Dom. 13. adoptatur a M. Pupio. Verr. I. 14. Quaestor L. Scipionis Asiatici, pecuniam publicam non attingit, quod a Scipionis partibus dissentiebat. Planc. 21. in aedilitate petenda repulsam fert. Flacc. 3. Hispaniae praetor. Att. I. 13. Amicus Clodii operam dat, ut rogatio de sacris violatis, quam ipse ferret, antiquetur. *Ibid.* 14. valde reprehenditur. *Ibid.* 16. Ciceronis opera Syriam provinciam amittit, quam spe iam praeceperat. Orat. I. 22,

IV. 14. exsuli spem reditus facit Cicero. Fam. VI. 20. Corcyrae exsulasse videtur. Planc. 8. familia Plancia ex Atinati municipio fuit.

CN. PLANCUS, Orat. II. 54. a L. Crasso defenditur. Cluent. 51. accusat M. Brutus, sed in Cluentiana est L. Plancius. Apud Quintilianum vero VI. 3. Cn. Plancus, non C. quod Hotomannus in editione, nescio qua, reperit. Plancus et Plancius permutari docebunt Var. L. Graev. ad Phil. VI. 4. De praenominibus idem intelliges ex sequentibus. *Ern.*

Cn. Munatius PLANCUS, L. F. frater L. Munatii Planci qui proxime sequitur, Fam. X. 6. laudatur. *Ibid.* 11. 17. eo utitur frater L. Plancus interprete ad Lepidum, de re publ. defendenda. Fam. X. 11. 15. eius ut videtur legatus equitatum ducit. Fam. X. 17. 21. eius assiduitas in laboribus pro re publ. suscipiendis a fratre laudatur. Ad hunc scriptas putat Pighius ad A. U. 710. quo Cn. Plancus Praetor fuit, duas epistolas, quae sunt Att. XVI. 16, quod inscribuntur Praetori designato. Recte. Nam L. Plancus iam vivo Caesare designatus Consul erat. Hae autem epistolae scriptae sunt post mortem Caesaris, ut ex ipsis intelligitur. Sed in vulgatis inscribuntur *L. Planco. Ern.*

L. MUNATIUS PLANCUS, L. F. Fam. VIII. 1. a Caesare donatur magna pecunia. Phil. III. 15. praetor Galliae transalpinae. Fam. X. 1. ex lege Iulia, Consul in A. U. 711. designatus. Fam. X. 1. cum D. Bruto. *Ibid.* 15. L. Antonium persequitur. *Ibid.* 18. ad Lepidum se confert rogatu Laterensis. 11. Lepidi inimicus, omnia ei obsequia promittit, si remp. respicere vellet. De hoc Planco eiusque dubia fide et inconstantia, cognosci potest ex mutuis eius et Ciceronis epistolis L. X. ad Fam. Nescio quomodo acciderit, ut in vulgatis inscriberentur Cn. Planco. Consul deinde fuit cum M. Lepido A. U. 711. De eius rebus agit Schoepflinus V. C. Alsat. illustr. II. 1. 54. *Ern.*

L. PLANCUS, Phil. XI. 6. vid. T. Plancus.

T. MUNATIUS PLANCUS. Fam. X. 12. L. Munatii Planci cognatus.

T. PLANCUS Bursa, L. F. Cn. et L. Planci frater. Phil. XIII. 12. curiam incendit post caedem P. Clodii, quum tribunus pl. ipse esset, A. U. 701. vid. Argum. Asconii in Milonianam. Phil. XI. 6. cum Antonio facit. Pollentia expellitur ab Aquila, et quidem crure

frecto? ibi male vulgatae habent L. pro T. Phil. VI. 4. omnibus sententiis maximo plausu condemnatus, de vi, lege Pompeia, propter incensam curiam. cf. ad Fam. VII. 2 rediit Romam restitutus videlicet a Caesare victore. Sed hic quoque perperam exhibet Graeviana L. pro T. Ex libello Var. Lect. apparet, operarum id vitium esse. Fam. VII. 2. XII. 18. inimicissimus Ciceronis, a quo et accusatus de vi, damnatus est. Phil. XIII. 13. id agit, ut contra rem publ. restitutus esse videatur. Fam. IX. 11. eius ignorantia literarum ridetur. *Ern.*

M. PLANIUS CALENUS, Fam. IX. 13. eques Romanus.

PLATAEAE, urbs Boeotiae nobilis, Att. I. 18.

PLATO celeberrimus ille philosophus Sen. 12. Atheniensis, Div. I. 36. apes in pueri labris consident, Brut. 51. Antimachi Colophonii s. Clarii poetae de eo iudicium, quum eum poema legentem omnes praeter Platonem auditores reliquissent, Orat. III. 17. doctor Aristotelis et Xenocratis; item Off. III. 54. Dionis. Q. Fr. I. 1. ingenii ac doctrinae princeps. Orat. I. 50. praestans in geometria et musica. Orat. III. 4. eius libri mirabiliter scripti. Orat. I. 7. Fin. II. 2. Tim. 5. eius Phaedrus. Div. I. 29. II. 27. Att. II. 1. eius libri de re publica. N. D. I. 8. 12. eius Timaeus. Tusc. V. 22. eius vita docti hominis. Fam. IX. 22. eius verecundia et plane sapientis. Sen. 5. eius senectus. Brut. 6. eius statua. Fin. V. 29. Tusc. IV. 19. 25. Aegyptum et Magnam Graeciam peragravit scientiae causa. Acad. I. 5. philosophiae Platonicae descriptio et compendium. Acad. IV. 39. in Timaeo putatur dicere, sed obscurius, nil moveri praeter terram. *Ibid.* 37. ex materia factum mundum a Deo aeternum. Tusc. I. 17. de mundo et mente sententia. N. D. I. 12. in sententia de Deo inconstans, modo corporeum facit, modo incorporeum. *Ibid.* 10. rotundam figuram pulcherrimam putat. Div. I. 9. iubet in re publica contendere, quantum probare possis, sine vi, etc. Leg. III. 15. mutatis musicorum cantibus, mutari civitatis statum putat. Orat. 2. quid de ideis statuat. Orat. I. 11. oratorem a reip. gubernaculis removet. Tusc. II. 11. poetas e civitate sua eiicit. Att. VII. 12. eius numerus obscurus. Orat. 20. eius dictio cur nonnullis poema videatur. Off. I. 44. Dionem Syracusium instituit. Att. XIII. 21. libri eius ab Hermo-

doro vulgantur. Rabir. Post. 9. eius periculum apud Dionysium.

PLATO, Sardianus, Q. Fr. I. 2. 4. Epicureus.

PLATOR, Pis. 34. Har. Resp. 16. Dyrrhachinus, a L. Pisone venis incisis interfectus, accepta a Dyrrhachinis pecunia. Nobiles in Macedonia Platores. Inter duces Philippi regis est Plator ap. Liv. XXVIII. 6. *Ern.*

A. PLAUTIUS, Fam. XIII. 29. praetor Bithyniae et Ponti. A. U. 705. Caesare II. Consule.

L. PLAUTIUS GALLUS rhetor Fragm. ep. ad Titinn.

PLAUTUS poeta, Off. I. 29. ad iocandum urbane et ingeniose aptus. Brut. 15. quando mortuus sit. Her. II. 23. Inv. I. 50. eius versiculi ex Trinummo. Orat. III. 12. eius locutio antiquitatem redolens. Sen. 14. eius Truculentus et Pseudolus. Fam. IX. 16. eius versus genuinos ab interpolatis facile dignosceret Servius Claudius Papirii Paeti frater patruelis.

PLAUTUS, Att. I. 16. iudex in iudicio Clodii de sacris violatis rei, absolvit Clodium. Videtur non verum sed fictum ad contumeliam nomen esse. Vid. Casaub. ad h. l. Fortasse ita appellat Lentulum Crus, quem inter iudices constat fuisse, qui Clodium absolverunt. *Ern.*

PLEURATES, Pis. 34. Macedo, Platoris, de quo ante, comes, cum eo interfectus iussu Pisonis. Regulus Pleurates est ap. Liv. XXVII. 30.

PLOTIUS, Att. XIII. 46. unguentarius Puteolanus.

A. PLOTIUS Silvanus, Planc. 7. Aedilitatem cum Cn. Plancio petit. Att. V. 15. praetor, Marcello et Sulpicio Coss. Forsan idem est cum eo, qui paullo post Bithyniam obtinuit. Vid. A. Plautius.

C. PLOTIUS, Flacc. 21. Senator, Legatus in Asia fuit.

C. PLOTIUS, Fin. II. 18. Nursinus, eques Romanus.

L. PLOTIUS, Arch. 9. poeta C. Mario iucundus.

PLUTONIUM, Div. I. 36. templum Plutonis in Lydia, et quidem in pago Acharaca, qui est in via inter Tralles et Nysam.

POENI, Man. 6. foedifragi. Off. I. 12. eorum calliditas. Har. resp. 9. Verr. III. 6. eorum vectigal stipendiarium. Div. II. 12. eorum haruspices.

POLYDORUS, Orat. III. 58. Priami ex Hecuba minimus filius, de cuius fatis Virgil. Aen. III. 49. et Ovid. Met. XIII. init.

POLYGNOTUS, Brut. 18. pictor, Thasius, vixit circa Olymp. XC. Plin. XXXV. 8. Vid. Iunius in Catal. Pict. etc. in superciliis pingendis excelluit. Lucian. Imagg. T. II. p. C. *Ern.*

POLYIDUS, Div. I. 40. Corinthius, augur, filio mortem praedicit. Homer. Iliad. έ. 148.

POLYPHEMUS, Tusc. V. 39. Cyclops Siculus.

POMPEIA, Fam V. 11. P. Vatinii uxor.

POMPEIA VIA, Verr. V. 66. via in Sicilia post urbem Messanam.

POMPEIANUM, Att. I. 20. praedium Ciceronis in agro Pompeiano. Aliud est Pompeianum. Fam. VII. 3. praedium Marii. Att. V. 2. Pansae praedium. Dicuntur a Pompeiis, oppido Campaniae.

POMPEII, Parcennii, Verr. IV. 11. Mamertini, civitate donati.

POMPEIUS Phrygio, Orat. II. 70. homo dives, cuius heres Scaurus fuit.

POMPEIUS Vindullus, Att. VI. 1. videtur Pompeii M. libertus esse.

A. POMPEIUS Bithynicus, vid. Bithynicus.

CN. POMPEIUS Basiliscus, Verr. IV. 11. Mamertinus, a Cn. Pompeio civitate donatus.

CN. POMPEIUS Philo, Verr. IV. 22. Tyndaritanus.

CN. POMPEIUS Theodorus, Verr. II. 42. Siculus.

CN. POMPEIUS Strabo, (de cognominis causa vid. Plin. H. N. VII. 12.) Sext. fil. in Caecil 19. T. Albucium, cuius quaestor fuerat in Sardinia, accusare vult, sed ei non permittitur. Verr. III. 16. praetor Siciliae. Font. 15. Balb. 22. bellum sociale gerit, in Consulatu A. 664. et triumphat. Phil. XII. 11. In eius exercitu tiro fuit Cicero. Brut. 47. mediocris orator. Cornel. I. homo diis nobilitatique invisus. Vid. Plutarch. in Pompeio init. Causam lege Varia dixit.

CN. POMPEIUS MAGNUS natus A. U. 647.; adolescens XXIV annorum, A. U. 670. quum Sulla e bello Mithridatico redux C. Norbanum praelio vicisset, exercitum difficili rei publ. tempore confecit, eique praefuit, remque ita prospere gessit, ut ipse victor L. Sulla

eius virtute et subsidio Italiam confiteretur liberatam. Manil. 11. Phil. V. 16. A. U. 671. postquam Sulla fuso Carbonis exercitu in urbem venerat missus a Senatu cum imperio in Sicilia Carbonem III. cos. captum Lilybaei interfecit, Manil 11. Fam. IX. 21. A. U. 672. Sulla dictatore, bellum in Africa cum Domitio et Hierta Numidiae rege confecit, ex eoque redux, A. U. 673. eques triumphavit, Manil. 21. eique Sulla cognomen Magni dedit, Phil. V. 15. A. U. 676. eques adhuc et privatus contra Sertorium ad bellum maximum missus est suadente L. Philippo, qui quum aliquis in senatu dixisset, non oportere privatum hominem pro consule mitti, Philippus ait non se eum pro consule mittere sed pro consulibus, Manil. 21. Phil. XI. 8. in Hispania ab obsidione Calagurii depulsus exercitum in Galliam duxit, ibique hiemavit, Font. 3. A. U. 682. exercitum ex Hispania in Italiam reduxit et quinque millia fugitivorum e bello servili quod cum Spartaco gerebatur, interfecit, bellumque illud servile eius adventu sublatum est ac sepultum. Manil. 11. A. U. 683. consul fuit cum M. Licinio Crasso; in eoque consulatu una cum collega tribunitiam potestatem a Sulla imminutam restituit. Leg. III. 9. Consul autem factus est Pompeius, antequam ullum alium magistratum per leges capere licuisset. Manil. 21. A. U. 686. bellum gessit piraticum, idque extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit. Manil. 12. A. U. 687. quum Pompeius in Cilicia belli maritimi reliquias persequeretur C. Manilius trib. pl. legem promulgavit, ut illi bellum Mithridaticum quod Lucullus per septem annos gesserat, committeretur. Hanc legem, quam Q. Catulus et Hortensius dissuaserant Cicero praetor oratione pro lege Manilia suasit, effecitque ut Pompeius dux belli adversus Mithridatem Lucullo succederet. Eo absente Cicero consulatum petens, eius manum, i. e. eius amicos competitores timet. Att. I. 1. in eius literis, A. U. 691. de bello Mithridatico publice missis Cicero desiderat gratulationem de rebus a se in consulatu gestis. Fam. V. 7. eum ait Africano multo maiorem. *Ibid.* eius uxor Mucia. Fam. V. 2. cum qua divortium facit, quod valde probatur. Att. I. 12. eius ex bello Mithridatico redeuntis prodromi nuntiant Pompeium acturum C. Antonio Macedoniae procos. succedi oportere. *Ibid.* Ciceronem aperte laudat, occulte invi-

det. Att. I. 13. in eo Cic. ait nihil come esse, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. *Ibid.* prima eius concio post reditum e bello Mithridatico non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis. Att. I. 14. in circo Flaminio a Fufio trib. pl. producitur in concionem, ibique de iudicibus in causa Clodiana sententiam dicit. *Ibid.* paullo post in senatu omnia senatus consulta generatim laudat. *Ibid.* movetur Crassi oratione, qua Ciceronem valde in senatu laudaverat. *Ibid.* coniungitur cum Cicerone multa et iucunda consuetudine, adeo ut quidam iuvenes eum Cnaeum Ciceronem appellent. Att. I. 16 (A. 692.) trudit Afranium ad consulatus petitionem. *Ibid.* togulam pictam (quae ei victori ex Asia redeunti ita concessa erat, ut ludis Circensibus ea et omni triumphantium cultu uteretur) silentio tuetur; scil. ne quemquam, si pro re publica libere loqueretur, offenderet. Att I. 18. Eo auctore agitatur lex Flavia agraria. Att. I. 19. Ciceronem saepe in senatu laudat. *Ibid.* 20. eius macula est Afranii consulatus. Att. I. 26. familiaritatem et coniunctionem cum eo Cicero excusat. Att. II. 1. eius caligae et fasciae cretatae. Att. II. 3. Balbus affirmat Caesarem in omnibus Ciceronis et Pompeii consilio usurum, operamque daturum, ut hunc cum Crasso coniungat. *Ibid.* eum cum Crasso consulem futurum sermo est. Att. II. 5. eius pecunia in cistophoro. Att. II. 6. narravit Ciceroni se in auspicio fuisse quum Clodius ad plebem traduceretur. Att. II. 12. eius cognomen (Magnus) cum Crassi Divitis cognomine consenescit. Att. II. 13. tyrannidem affectat. Att. II. 17. uxorem ducit Iuliam Caesaris filiam. Att. II. 17. VIII. 3. ipse se afflixit, neminem tenet voluntate. Att. II. 19. affirmat Ciceroni Clodium verbum de eo non facturum. *Ibid.* et Att. II. 20. 21. 24. ardet ira ob edicta Bibuli consulis. Att. II. 19 persuadet Ciceroni se eum amare. *Ibid.* II. 20. severe agit cum Clodio. *Ibid.* II. 22. eum taedet et poenitet status sui in re publica. *Ibid.* 22. 23. a Catone adolescente privatus dictator appellatur. Q. Fr. I. 2. eius subita deiectio a salute Ciceronis contra Clodium tuenda. *Ibid.* I. 4. est simulator. Q. Fr. I. 3. Varro scribit eum Ciceronis causam suscepturum. Att. III. 18. post reditum Ciceronis ab exsilio in huius sententiam fit SCtum, quo Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae da-

eius consilii inopia. *Ibid.* VII. 12. 13. proficiscitur Venafrum. Att. IV. 13. ad eum a Caesare mandata et pacis conditiones deferuntur. Att. VII. 14. 17. Capuae distribuit Caesaris gladiatores. Att. VII. 14. eius et Pompeianorum tristis status. *Ibid.* VII. 21. vult Ciceronem Luceriam venire. Att. VIII. 1. eius consilia reprehenduntur. *Ibid.* VIII. 3. 7. 8. 9. Fam. VIII. 15. eius et Ciceronis epistolae mutuae. Att. VIII. 11. aliae Pompeii epistolae. *Ibid.* VIII. 12. idem mare transisse dicitur cum militibus. Att. IX. 6. Brundisii a Caesare circumvallatur. Att. IX. 12. mittit ad Caesarem Magium de pace. *Ibid.* Italiam relinquit. Att. IX. 14. Fam. VIII. 15. dicitur in Galliam vel Germaniam proficisci. Att. X. 5. 9. eius consilium Themistocleum. Att. X. 8. In Graecia omissis Hispaniis a Caesare urgetur. Fam. IX. 9. pugna Pharsalica victus fugit in Aegyptum ibique a Ptolemaei regis amicis interficitur. Att. XI. 6. Tusc. III. 26. Fam. XII. 14. Div. II. 9. monitus est a Cicerone ne se coniungeret cum Caesare, postea ne se ab eo seiungeret. Fam. VI. 6. eius domo et hortis potitus est M. Antonius. Phil. II. 42. maiorem dicendi gloriam consecutus esset, nisi gloriae cupido eum ad res bellicas abstraxisset. Brut. 68. eius ludi magnifici in dedicatione theatri dati. Fam. VII. 1. eius theatra, porticus, templa modeste reprehenduntur. Off. II. 17.

CN. POMPEIUS Magni filius, Appii Pulchri gener Fam. III. 4. Att. XII. 44. victus a Caesare ad Mundam Carteiae dicebatur teneri; per Lepidum adducitur ad pacem. Phil. XIII. 4.

Q. POMPEIUS Auli (tibicinis) Fil. Brut. 68. Bithynicus dictus est, quod cognomen familiae mansit. Biennio maior fuit Cicerone (natus A. U. 645.) doctus, laboriosus actione parum iucunda. Eius filius est qui sequitur.

A. POMPEIUS *Bithynicus* Q. Pompeii Bithynici fil, A. U. C. 709. praetor Siciliae postea a Sex. Pompeio Magni filio ibi oppressus Dio Cass. lib. XLVIII. Eius est brevis epistola ad Ciceronem. Fam. VI. 16. et ad eum Ciceronis. *ibid.* VI. 17.

Q. POMPEIUS A. F. Brut 25. Muren. 7. Verr. V. 70. homo novus summos honores consecutus est. (Quaestor fuit A. U. 598. Trib. pl. A. 603. Aedilis plebis A. 606. praetor A. 609. propraetor Hispaniae ulterioris A. 610. consul A. U. 612.) Fin. II. 17. Off. III. 30.

inficiatur Numantinum foedus, quod iniussu senatus populique fecerat anno 613. post consulatum anno ante gestum. Brut. 76. Censor cum Metello Macedonico. Font. 7. a Caepionibus accusatus absolvitur. Amic. 21. ab eo capitali odio, C. Laelii causa, dissidet P. Scipio Afr. quod quum promisisset Scipioni, se C. Laelii petitionem Consulatus adiuturum, semet ipsum Consulem fecerat, ut commemorat Plutarch. in Apophth. p. 200. ex quo etiam intelligitur, hunc Pompeium tibicinis filium fuisse. Adde de eo Vellei. II. 1. *Ern.*

Q. POMPEIUS, Q. F. A. N. Rufus. Orat. I. 37. praetor urbanus A. U. 662. familiaris Crassi et Antonii. Agr. I. 15. Consul cum Cornelio Sulla, A. U. 665. quo anno interfectus est a Cn. Pompeio Strabone Cn. Pompeii Magni patre. Amic. 1 capitali odio a P. Sulpicio trib. pl. eiusdem anni dissidet, (a cuius emissariis etiam filius eius interfectus est, vid. Vellei. II. 19.) quum ante amicissimi fuissent. Brut. 56. orationibus Aelii utitur. *Ern.*

Q. POMPEIUS Rufus, huius Quinti, Q. F. A. Nepotis nepos ex L. Sullae filia, eius Q. Pompeii fil. quem a Sulpicii emissariis interfectum diximus. Sull. 19. Att. IV. 16. Q. Fr. III. 2. Messalam tribunus pleb. A. 700. et 701. reum de ambitu facit. Fam. VIII. 1. inimicus Ciceronis, qui in causa Milonis diem dicere Ciceroni voluit. Vid. Pediani argum. orat. pro Milone, unde fama orta est, Ciceronem itinere in Ciliciam ab eo exule interfectum esse. Quod comitiis Cons. perpetuo obnuntiaret, in carcerem coniectum commemorat Dio Cassius Lib. XL. p. 141. Anno post tribunatum de vi condemnatus est cum T. Planco. Fam. VIII. 1. Baulis exulat, in summa paupertate, qua eum M. Caelius idem, qui ante accusaverat, liberat. cogendo matrem Corneliam, ut praedia fidei suae commissa redderet. Valer. M. IV. 2. Hinc dicit Caelius: usque eo embaeneticam facit, ut ego misererer eius esuriei. vid. Perizon. de L. Vocon p. 141. *Ern.*

Q. POMPEIUS, Sext. F. Fam. XIII. 49. Curio commendatur

SEXT. POMPEIUS, S. F. Cn. Strabonis Frater Brut. 47. summus ICtus, geometra et Stoicus. cf. Orat. I. 15. III. 21. Off. I. 6. Phil. XII. 11.

S. POMPEIUS, Cn. Magni fil. Att. XII. 37. fugit in Hispaniam citeriorem. Fam. XI. 1. nuntio de Caesa-

ris morte firmior futurus putatur. Phil. XIII. 6. Massiliae versatur, ac Mutinam ire cum exercitu timet, propter veteranorum odium. Phil. V. 15. a M. Lepido civitati restituitur.

S. POMPEIUS Chlorus, Verr. II. 8. civis Rom. de conventu Mamertino.

POMPILIUS, Off. I. 11. Imperator, in cuius exercitu tiro fuit Catonis Censorii filius. Sed alii hic legunt: Popilius, quam lectionem recepit Graevius, et capiunt aut de C. Popilio Laenate, qui Consul fuit belli Maced II. anno primo, aut de M. Popilio, qui Liguriam biennio ante bellum Maced. II. obtinuit, et ibi bene res gessit. Manutius pater autem legebat: Paullus Aemilius, quod probat fil. Aldus. *Ern.*

POMPILII, Petit. Cons. 3. amici Catilinae.

POMPONIA, soror Attici, Q. Ciceronis uxor. Att. I. 5. in eam est Q. animus offensior. Att. I. 6. placatur. *Ib.* I. 10. praegnas est. Att. V. 1. VI. 2. eius lites cum marito.

CN. POMPONIUS, Brut. 49. 57. 62. Orat. III. 13. qualis orator fuerit. Brut. 90. bello civili Sullano interiit.

M. POMPONIUS, Off. III. 31. L. Manlio Dictatori, Torquati patri diem dicit, sed actionem obiicit, iure iurando motus, quod filio coactus dederat.

M. POMPONIUS, Div. II. 29. Ad eum C. Gracchus librum scripsisse, ex h. l. colligi potest. Plutarchus in Gracchis p. 842 fidissimum Gracchi huius amicum fuisse dicit Pomponium qui eum revocavit, quum sibi manus afferre vellet.

M. POMPONIUS, Dionysius, Att. IV. 15. libertus, iunctus ex Attico et Cicerone.

T. POMPONIUS ATTICUS (post adoptionem ab avunculo Caecilio *Q. Caecilius Q. F. Pomponianus Atticus*) eius mater, Att. I. 7. II. 3. eius avia moritur, Att. I. 5. eius uxor Pilia, vid. *Pilia.* Eius filia Attica, vid. *Attica.* Eius soror Pomponia, vid. *Pomponia.* Eius avunculus *Q. Caecilius*, vid. h. n. eius negotium cum Acutilio, *ibid.* I. 5. 8. 4. cum Tadio, *ibid.* I. 5. 8. eius emptio Epirotica, Att. I. 5. volebat domum Rabirianam Neapoli emere, *ibid.* I. 6. ei iratus est Lucceius, *ibid.* I. 5. 8. 10. 11. 3. 14. eius negotium commendatur C. Antonio, Fam. V. 5. eius epistolae laudantur, Att. I. 13. cogitat ad C. Antonium in Macedoniam et in

liberti dolet, Att. XII. 10. cogitat filiam desponsare, Att. XIII. 21. de Buthrotiorum causa, quorum agros Caesar proscripserat, deinde autem eos decreto liberaverat, vehementer laborat, Att. XIV. 11. 12. 19. XV. 12. 15. XVI. 16. clamat omnia periisse si Caesar funere elatus esset, *ibid.* XIV. 14. scribit se in Epiro hiematurum, *ibid.* XVI. 2. corrigi quaedam vult in Ciceronis Philippica secunda, *ibid.* XVI. 11. dubitat an vocabulum *Officium* in rem publicam cadat, *ibid.* XVI. 14. eius iudicium de Octaviano, *ibid.* XVI. 15. eius liber DCC annorum memoriam continens, Orat. 34. thesauros historiae collegit, Fin. II. 21.

POMPTINA, Att. IV. 15. tribus pop. Rom. rustic. quae et Pontina, Att. VII. 5.

POMPTINUM, campus Latii in Volscis, item praedium in illo agro, Orat. II. 7. Fam. VII. 18.

C. POMPTINUS, Catil. III. 2. Flacc. 40. praetor Consule Cicerone Prov. Cons. 13. Allobroges ex Praetura vincit, vid Dio XXXVII. p. 50. 51. Att. IV. 16. Q. Fr. III. 4. triumphum petit ex Allobrogibus victis, quem tandem per S. Galbam impetravit. Dio XXXIX. p. 120. Pis. 29. necessarius Ciceronis. Div. II. 15. III. 3. XV. 4. legatus Ciceronis in Cilicia. Att. VI. 3. vitia eius. In huius nominis orthographia magna est varietas in Gronoviana et Graeviana. De prov. Cons. 13. scribitur Pontinius, quae scriptura etiam in Fastis occurrit. Vid. Pigh. ad A. 690. et in lapidibus. Vid. Graev. ad Att. IV. 16. Att. VI. 3. Pomptinus. Div. II. 15. Att. V. 1. Pomtinius. Cat. III. 2. Pomtinus etc. Vid. etiam Cortium ad Sallust. Catil. 45. In lapidibus Donianis invenio bis: Pomptinius, in Gruterianis contra est Pontinius. *Ern.*

PONS Argenteus, Fam. X. 34. 35. Mulvius. Att. XIII. 33. Tirenus. Att. XVI. 13.

PONTIANUS, Att. XII. 44.

PONTIDIA, Att. I. 21. VI. 1.

M. PONTIDIUS, Orat. II. 67. Brut. 70. Arpinas, vehemens orator et volubilis, sed nimis stomachosus.

C. PONTIUS Samnis. Off. II. 21. Sen. 12. Est imperator Samnitium, cuius ductu Romani coacti sunt foedus Caudinum facere.

L. PONTIUS Aquila, Fam. X. 33. legatus D. Bruti perit ad Mutinam. Att. V. 2. 3. 4. eius villa in Trebulano. Fuit de percussoribus Caesaris cuius mentio

indisertus. Hunc putarunt Viri docti quidam intelligi pro Balbo c. 11. ibique pro *C. Laenas* esse legendum *P. Laenas*, ut habet Manutius, inprimis cum de C. Popillii exilio nil ipsis constaret. Neque absurda est ista coniectura. Nam P. et C. in Popiliis, atque eodem hoc confundi ex Cluent. 35. intelligitur, ubi olim C. legebatur pro P. Neque tamen C. reiecerim. Potest enim intelligi de eo, qui a Caelio oppressus est, et sine dubio exulavit. Vid. C. Popillius C. F. *Ern.*

P. POPILLIUS, Cluent. 56. reus de ambitu, damnatur.

PORCIA, Att. XV. 11. M. Catonis soror, Domitii Ahenobarbi uxor *Ibid.* XIII. 37. 48. eius laudatio.

PORCINA, Her. IV. 5. orator est C. Aemilius Porcina.

PORCIUS, Font. 5. de cohorte M. Fonteii, aut portitor.

L. PORCIUS LICINUS, Brut. 15. Consul cum P. Claudio. A. U. 569. *Licinus* scribendum esse, non *Licinius* recte monent Viri docti ad Liv. XXXIX. 32. *Ern.*

L. PORCIUS Nasica, Orat. II. 64. eius facetum responsum Catoni Censori datum.

PORSENNA, Att. IX. 10. rex Etruriae a Tarquinio in patriam incitatus, Sext. 21. eum interficere conatur Q. Mucius.

PORTUNUS, N. D. II. 26. Deus, a portu dictus.

POSIDES Matro, Solentinus, Verr. II. 42.

POSIDONIUS, Fin. I. 2. Off III. 2. Panaetii discipulus. Att. II. 1. commentariis Ciceronis Graecis de Consulatu suo absterretur a scribendo de eodem. Tusc. II. 24. dolores fortiter fert. N. D. I. 42. liber V. de natura deorum. Div. I. 3. quinque libros de Divinatione edidit. *Ibid.* II. 21. prognosticorum causas persequitur. *Ibid.* II. 15. statuit homines ad hostias deduci vi quadam sentiente et divina per totum mundum fusa. *Ibid.* I. 30. II. 15. morientes divinare putat. N. D. II. 34. eius sphaera. *Ibid.* I. 3. instituit Ciceronem. Tusc. V. 37. peregrinatus. Att. II. 1. Rhodi vivit. Fat. 3. eius sententia de fato reprehenditur.

POSSIDORUS, Verr. III. 42. legatus Thermitanorum.

POSTUMIA, Fam. IV, 2. Att. V. 20. 21. XII. 11. Servii Sulpicii uxor.

POSTUMUS, cognomen Rabiriorum, Curtiorum etc.

POTAMO, Verr. IV. 20. Caecil. 9. scriba Q. Caecilii quaestoris in Sicilia.

POTENTIA, Har. Resp. 28. locus in agro Piceno.

P. POTITIUS, Verr. I. 51. Senator.

PRAECILIUS, Fam. XIII. 15. pater et filius.

PRAENESTE, oppidum Latii non procul Roma, Planc. 26. ludi ibi instituti, Att. XII. 2. hoc oppidum voluit occupare Catilina, Catil. I. 3. Praenestinus ager, Agr. II. 28. Praenestinorum monumenta, Div. II. 41.

PRAXITELES, Div. I. 36. caelator. *Ibid.* II. 24. Praxitelia capita. Laudatur praeterea ad Her. IV. 6. Verr. IV. 2.

PRECIANUS, Fam. VII. 8. ICtus, apud Caesarem gratiosus et Ciceronis amicus. Nomen indicat, e gente Precia in aliam transisse adoptione.

L. PRECIUS, Verr. V. 62. eques Rom. negotiator Panormitanus.

PRECIUS LACUS, Mil. 27. in Etruria. Graev. *Prelius*, quod probat Cellar. G. A.

PRIAMUS rex Troianus, Rosc. Am. 32. Tusc. III. 19. honoratus quinquaginta filiis, Tusc. I. 35. somno conturbatur, Div. I. 21. lacrymavit saepius quam Troilus, Tusc. I. 39. 44.

PRIENE, Paradox. I. urbs Ioniae.

PRIVERNAS ager, a Priverno, oppido Latii, Div. I. 43. Agr. I. 25. Privernas fundus Bruti, Orat. II. 55. Cluent. 51.

PROCILIUS, Att. IV. 15. 16. reus condemnatur. Idem memoratur, Q. Fr. II. 8. q. l. negat Manutius Prociliam familiam esse, sed rectiora edoctus ab Ursino, mutavit dein sententiam. Vid. Ursin. Att. l. c. Fuit quaestor A. 692. tribunus pleb. A. 693. *Ern.*

PROCILIUS, Att. II. 2. Historicus, qui multa scripsit, et Attico in pretio fuit. Ei Cicero praefert Dicaearchum; ex quo colligas, eum Geographica scripsisse. Eius mentio apud Varron. etiam de L. L. IV. et Plin. VIII. 2. vid. Voss. de Hist. Lat. l. 12. *Ern.*

PROCLES, Div. II. 43. Eurysthenis frater geminus, rex Lacedaemoniorum.

PROCULUS Iulius, Leg. I. 1. ei Romulus apparet, et se Quirinum nominari iubet.

PROCYON, N. D. II. 44. sidus.

PTOLEMAEUS, Dom. 7. rex Cypri, regis Alexandrini, frater minor, lege Clodia per Catonem regno eiicitur. Flacc. 13. Sext. 25.

PTOLEMAEUS, Tusc. V. 34. laudat cibarium panem. Rex Aegypti, incertum qui.

PTOLEMAEUS Auletes, Rex Aegypti, Verr. II. 51. cupit a senatu Romano rex appellari. Rab. Post. 2. regno pellitur, pecunias sumit a Rabirio Postumio. Fam. I. 1. seqq. ab Alexandrinis regno pulsus, Romam venit, Cael. 8. M. a Senatu R. restitutionem in regnum petit. Cui id negotii daretur magna controversia fuit, Agr. II. 17. cf. *Dio* Alexandrinus. Q. Fr. II. 10. eius lectica Aniciana.

PTOLEMAIS, Fam. I. 7. oppidum Aegypti Alexandriae propinquum.

Q. PUBLICENUS, Q. Fr. I. 2. 4. Ei statua decernitur in Asia, fuitque dignus honore illo.

PUBLICIUS, Div. I. 50. vates.

PUBLICIUS, Catil. II. 2. socius Catilinae.

C. PUBLICIUS, Orat. II. 67. eius dictum de P. Mummio.

CN. PUBLICIUS, Menander, Balb. 11. Graecus, libertinus, qui cum legatis Romanis in Graeciam missus est; lege lata ita civitatem habuit, ut civis esset, si domum redisset, et inde Romam revertisset.

L. PUBLICIUS, Quint. 6. venalitiarius, s. mango.

Q. PUBLICIUS, Cluent. 15. praetor.

PUBLILIA, Att. XII. 32. Ciceronis post Terentiam uxor.

PUBLILIUS, Att. XII. 7. 24. si vera est lectio, creditur esse pater Publiliae, socer Ciceronis. Sed nonnullis verum nomen videtur *Publius*.

PUBLILIUS, Att. XIII. 34. frater Publiliae, secundae Ciceronis uxoris, quam dimiserat.

PUBLIUS Syrus, Fam. XII. 18. mimus.

PUBLIUS, Fam. XVI. 22. quidam de Clodio intelligunt, sed rectius Corradus, de creditore Ciceronis, in quo iocus est; sed Att. II. 7. est Clodius.

PULCHELLUS, Att. II. 1. dicitur Clodius Pulcher.

PULLUS Numitorius, Fin. V. 22. Fregellas prodidit.

PUNICUM BELLUM, Off. I. 13. primum. Inv. II. 17. Brut. 14. secundum Verr. IV. 33. Off. I. 23.

gravit, et Magos Persarum adiit. Div. I. 3. divinationi magnam auctoritatem tribuit et ipse etiam augur voluit esse. Sen. 10. eius vires ingenii. Orat. III. 15. totum se ad cognitionem rerum transtulit. Orat. III. 35. totam Magnam Graeciam artibus instituit. N. D. I. 26. alienos quaedam celare solebat. Acad. IV. 37. ex numeris et Mathematicorum initiis omnia esse putat. Tusc. I. 10. animum numerum esse dicit. N. D. I. 11. Deum esse animum per mundum permeantem eiusque particulas animos nostros. *Ibid.* III. 11. ad harmoniam canere mundum statuit. Sen. 20. vetat iniussu imperatoris, id est dei de praesidio et statione vitae decedere. Leg. II. 11. dixit tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus. Off. I. 17. ultimum in amicitia putat, ut fiat unus e pluribus. Tusc. I. 25. summae sapientiae credit fuisse, imponere rebus nomina. Off. I. 30. sine ulla hilaritate summam auctoritatem consequitur. Tusc. V. 3. cum Leonte de philosophia sermo. N. D. III. 36. Musis bovem immolavit, invento theoremate de ratione quadrati subtensae in triangulo rectangulo ad quadrata reliquorum laterum. Sic etiam tradit Vitruv. IX. 2. alii autem hecatombem immolatam dicunt, v. c. Laërt. VIII. 12. vid. Intt. ad Laërt. et Davis. ad h. l. Fin. V. 2. Metaponti moritur. Tusc. IV. 1. eius philosophiae Romae vestigia.

PYTHAGOREI, Orat. II. 37. Div. I. 30. quare fabis abstinuerint. Tusc. I. 16. sententiarum suarum rationem reddere non solent; ab iis Plato sententiam de animorum immortalitate hausit. *Ibid.* V. 39. IV. 2. fidibus utuntur et cantu. Sen. 11. vesperi commemorant, quid interdiu egerint, audierint, dixerint etc. Tusc. V. 22. Fin. II. 24. Pythagorei duo, quorum quum alter a Dionysio Siculorum tyranno damnatus alterum vadem mortis accepisset, alter ut vadem suum liberaret praesto fuisset ad horam mortis destinatam: *utinam ego*, inquit tyrannus, *tertius vobis amicus adscriberer.* N. D. I. 5. non probandi sunt Pythagorei, quos ferunt in disputando, quum ex iis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos *ipse dixit* (αὐτὸς ἔφα.) *Ipse* autem erat Pythagoras. N. D. I. 45. non solum deorum voces observant, sed etiam hominum quae vocabant omina. Div. I. 30. Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus,

volunt legi: *Quintilius*. Etiam Pighius A. U. 660: hunc locum refert ad Quintilium, de quo supra. Varus est cognomen Quintiliorum, non Quintiorum. Sed Codd. nil variant. *Ern.*

P. QUINTIUS, pro quo est oratio, C. Quintii frater, qui cum Sex. Naevio societatem fecerat, ab eo mortuo heres relictus, Quint. 3. Sex. Naevius eius bona ex edicto praetoris se possedisse ait, quod Cicero qui causam Quintii defendit negat. Orat. pro Quintio c. 11. seqq.

T. QUINTIUS Flamininus, Att. XII. 5. Consul cum M' Acilio, A. U. 603.

QUINTIUS Gallus, Fam. XIII. 43. nonnullis etiam: Gallius. Videtur legatus aut praefectus Q. Philippi Asiae proconsulis, cf. 73. et 74. Nam ei commendatur, qui negotiatur Philomelii, quod est oppidum magnae Phrygiae, cf. ep. 49.

QUIRINA, Fam. VIII. 8. tribus urbanae nomen.

QUIRINALIA, Fr. II. 3. 13. Solemnia in honorem Romuli. Vid. Ovid. Fast. II. 513.

QUIRINUS, Off. III. 10. Romulus. XIII. 28. Caesar dicitur Quirini contubernalis, quod eius imago erat in templo Quirini dedicata. Inde Cic. Att. XII. 45. ait: *eum σύνναον Quirino malo quam Saluti* (cuius templum erat in vicinia) quibus verbis significat se Caesari Romuli mortem potius, quam salutem optare.

R.

RABIRIUS, Acad. I. 1. malus auctor philosophiae Latinus. Ab hoc sine dubio diversus est praestans poeta C. Rabirius, qui etiam Ovidio laudatur: magni Rabirius oris. Vid. Vossius Hist. Lat. I. 21. et alius, fortasse medicus, ap. Plin. H. N. XXIIX. 7. *Ern.*

C. RABIRIUS, Rabir. Perd. 2. Saturninum trib. pl. interfecisse dicit Labienus, et propterea accusat. Pis. 2. a Cicerone defenditur. Att. I. 6. domum Neapoli habet, vendit.

C. RABIRIUS, Postum. 1. eques Rom. filius C. Curtii naturalis, Rabirius per adoptionem. Accusatus de residuis, damnato Gabinio, a Cicerone defenditur.

L. RABIUS, Verr. I. 34. Marianus, transfugit ad Mithridatem, ab eo cum L. Magio ad Sertorium mittitur, prodito deinde Mithridate, ad Romanos

REMUS, Div. I. 47. auspicium capit. II. 20. cum fratre Romulo et altrice bellua vi fulminis ictus concidit.

REMORA, Div. I. 47. dubitant Romulus et Remus, urbem ab se conditam Romam, an Remoram appellent.

Q. MARCIUS REX, Orat. II. 28. Cos. A. U. 636. accusatus, a M. Antonio defensus.

Q. REX, Fam. XIII. 51. e familia Martia, qui in causa Pompeii fuit.

MARCIUS REX, Att. I. 16. Cuius hereditatem Clodius dicitur spe devorasse. Videtur is esse, qui Clodii sororem Terentiam vel potius Tertiam uxorem duxerat, cuius mentio fit apud Plutarchum in vita Ciceronis c. 29.

RHADAMANTHUS Cretensis Iovis et Europae filius, ob iustitiam iudex inferorum creditus, Tusc. I. 5. 41.

RHEGIUM oppidum in margine Italiae exadversum Siciliae situm, Verr. II. 22. Fam. VII. 19. *Rhegini*, Verr. V. 61. Arch. 5. habent materiem navibus aedificandis, Verr. V. 18.

RHEGIUM LEPIDI, Fam. XII. 5. XI. 9. urbs Galliae Cispadanae in via Aemilia, nomen tulit ab Aemilio Lepido, qui cum C. Flaminio Consul fuit, ab ea dicantur Regienses. Fam. XIII. 7. cf. Plin. III. 15.

RHENUS, fluvius Germaniae. Eius fossa gurgitibus redundans, Pis. 33.

RHINTON, Att. I. 20. poeta Comicus Tarentinus: ex eo versus Graecus, *οἱ μὲν παρ' οὐδὲν* etc. quem vid. in Ind. *Graec.*

RHODANUS, fluvius Galliae Transalpinae. Fam. X. 9. 34.

RHODII, Balb. 12. adscribuntur Athenis. Orat. II. 54. faceti. Orat. 8. eorum dicendi genus. Brut. 13. saniores in eloquentia. Manil. 18. eorum disciplina navalis. Att. V. 11. 12. 13. eorum aphracta. Verr. II. 65. eorum sententia de statua Mithridatis.

RHODO, Fam. II. 18. amicus Q. Thermi.

RHODUS, insula Asiatica in mediterraneo mari, celeberrima studiis eloquentiae, philosophiae et rei navalis; in qua et urbs cognominis. Orat. II. 1. Brut. 1. 41. Planc. 34. Fam. II. 17. IV. 7.

SEX. ROSCII, Rosc. Am. 6. ex Amerino municipio municipes, pater et filius. Vid. argum. orat. pro Rosc. Amer. Off. II. 14. filius a Cicerone contra L. Sullae dominantis potentiam defensus est.

T. ROSCII, Rosc. Am. 6. Capito et Magnus, municipes Amerini, propinqui Sexti, quorum opera pater S. Roscius interfectus, et filius accusatus est.

ROSIA, vel ROSEA, Att. IV. 15. sunt campi fertilissimi agri Reatini, forsan illi ipsi, qui in hac ipsa epistola τέμπη Reatinorum vocantur. Vid. Varr. R. R. I. 7. 10. et ibi Interpp. Heinsius et Burmann. ad Virg. Aen. VII. 712. *Ern.*

C. RUBELLINUS, Fam. XII. 26. pro quo Graevius e *Mss.* reposuit: Rubellius, quod iam Ursino in mentem venerat.

RUBICON fluvius finis Galliae, Phil. V. 5.

RUBRIA, Fam. IX. 21, Carbonis cuiusdam, Ciceronis amici, mater.

RUBRIUS, Verr. I. 25. minister Verris proquaestoris. Idem videtur cum Q. Rubrio, III. 80.

L. RUBRIUS Cassinas, Phil. II. 16. 29. ei testamentum subiicit M. Antonius.

P. RUBRIUS, Verr. III. 57. eques Rom. in Syracusano conventu.

Q. RUBRIUS Varro, Brut 45. a Senatu hostis cum Mario iudicatus, acer et vehemens accusator.

Q RUBRIUS, Verr. III. 80. a Verre in Sicilia, torque, phaleris et corona donatur.

RUDINI, Orat. III. 42. incolae oppidi in Calabria Rudiarum. Arch. 10. Rudius est. Sed hic quoque Ant. Augustinus et Ursinus rescribi volebant Rudinus. Ausonius quoque Ennium Rudinum appellavit, non Rudium. Item ap. Frontin. de Colon. p. 127. Rodinus.

RUFIO, Fam. VII. 20. Trebatii gentilis; ut docet Manutius ex inscriptione.

RUFIO, Att. V. 2. XIV. 14. est Sempronius Rufus. Rufio est diminutivum a Rufus, amabatur autem a Cicerone, ut ex epistola Caelii intelligi potest; de Sempronio Rufo vid. infra.

RUFUS, Fam. V. 19. est L. Mescinius Rufus, cogitat ad Pompeium transire. ep. 20. queritur, Ciceronem rationes provinciae se non expectato ad aerarium detulisse, XIV. 14. est M. Caelius Rufus, aut Mescinius Rufus.

M. RUTILIUS, Fam. XIII. 8. a Caesare praefectus agro in Gallia Cisalpina dividendo.

P. RUTILIUS Lupus, Font. 15. L. Iulii Collega in Consulatu, A. U. 673. bellum sociale gerit, in quo perit.

P. RUTILIUS M. F. P. N. LUFUS, tribunus plebis, A. U. 618. C. Hostilium Mancinum de senatu iussit educi, quod eum civem negaret esse, Orat. I. 40.

P. RUTILIUS, SP. F. SP. N. RUFUS, M. F. Brut. 29. praetor, A. U. 642. Orator, de Iure respondet. Orationes scripsit, et de iure. Panaetii auditor, prope perfectus in Stoicis, cum Scauro consulatum petens repulsam tulit. Pro se ipse dixit a Scauro accusatus. Orat. II 69. a Scauro competitore ambitus accusatus, a quo victus in petitione erat, eundem ipse accusat. Off. II. 13. adolescens innocens, iuris peritus habitus est, quia frequentabat P. Mucium. Planc. 21. in petitione tribunatus pl. repulsam tulit. Cos. fuit, A. U. 648. cum Cn. Manlio, *ibid.* Rabir. Perd. 7. contra Saturnium stat. Off. III. 2. Panaetium de praetermissis non reprehensum dicit, propter eorum; quae perfecisset, praestantiam. Fin. I. 3. libros edidit. Att. IV. 16. inductus a Cicerone in libris de re publica. Orat. I. 53. Brut. 29. damnatur, quia nimis tenuiter se defendi voluit et a se aliisque defensus est. Balb. 13. damnatur ab equitibus, quod in Asia quaestor provinciales a publicanorum iniuriis defenderat. Smyrnae in exilio vixit. Cf. N. D. III. 32. et Tacit. A. IV. 43. Font. 13. iniuste damnatus est. Rabir. Post. 10. crudelitatem Mithridatis effugit, mutato habitu Romano et Graeco assumto. Laudatur l. c. Pison. 39. Scaur. fr. 2.

P. RUTILIUS, Caecin. 10. testis in Caecinam, homo nullius fidei.

S.

SABAZIA, N. D. III. 23. sacra Bacchi, qui ipse Sabazius dicitur.

SABAZIUS, Leg. II. 15. eum Aristophanes eiici vult, tamquam peregrinum Deum.

L. SABELLIUS, Brut. 34. a L. Caesuleno ex lege Aquillia de iustitia accusatur.

SABIDIUS, Pet. Cons. 2. homo obscurus, quem competitor Q. Ciceronis in praetura ad tabulas posuerat,

SALERNUM, Her. IV. 51. oppidum Picentinorum, pop. in Magna Graecia.

SALII, Div. I. 16. Sacerdotes Martis, in eorum curia situs lituus inventus est integer, cum ea deflagravisset. Ab iis. Att. V. 9. dicitur *Saliaris modus*, de conviviis opiparis et magnificis.

C. LIVIUS SALINATOR, Orat. II. 67. Sen. 5. 4. qui in censura, A. U. 549. hoc cognomen primus accepit. Liv. XXIX. 37. Tarento amisso bello Punico II. arcem retinuit. Liv. XXVII. 25. Vid. in *Livius*. Brut. 18. Senensi praelio ludos Iuventuti vovet.

SALLUSTIUS, Q. Fr. II. 11. scripsit Empedoclea.

C. SALLUSTIUS Crispus, Att. XI. 20. ei Caesar ignovit. De inimicitiis inter ipsum et Ciceronem, et orationibus, quas contra se invicem dixisse putantur. vid. Corrad. Quaest. p. 113. sqq.

SALLUSTIUS CANINIUS, Fam. II. 17. proquaestor Ciceronis, ad quem est epistola. Docti viri legendum existimant: Cneus, pro Caninius, ut sit P. Salustii propinquus, de quo paullo post. Vid. Pighius A. U. 702. sed Codd. nil iuvant. *Ern.*

CN. SALLUSTIUS, Div. I. 28. Ciceronis libertus. Fam. XIV. 4. 11. laudatur. Att. I. 3. 11.

P. SALLUSTIUS, Att. XI. 11. frater aut propinquus Cnei.

SEXT. SALTIUS, Agr. II. 34. Duumvir Capuae.

SALVIDIENUS, Brut. ep. 17.

SALVIUS, Fam. IX. 11. IX. 7. libertus Attici.

SALVIUS libertus Hortensii filii. Att. X. 18.

SALUS, Att. IV. 1. Dea, cuius templum erat prope domum Attici in colle Quirinali, de quo vid. Plin. XXXV. 4. Div. I. 47. Salutis augurium. *Ern.*

SAMIARIUS, Phil. XI. 2. exul, a quo interfectus est C. Trebonius, iussu Dolabellae.

SAMNIS, genus gladiatorum, quod armis Samniticis utebatur. Vid. Liv. L. IX. 40. Orat. II. 80. III. 23. Sext. 64. Tusc. II. 17.

SAMNITES, populi Samnii. Sen. 16. Parad. VI.

SAMNIUM, regio Italiae inter Volscos, Pelignos, Campanos, Apulos, Lucanos. Cluent. 69. Att. III. 12. XIV. 20. XVI. 11.

SAMOS, insula Asiatica in mari Aegeo, cum urbe eiusdem nominis, Q. Fr. I. 8. unde Samii, Verr. I. 9.

SATUR-

iot. 11. a trib. pl. Cn. Domitio Abenobarbo accusatur. Vid. Ascon. ad fr. Or. pr. Scaur. fil. Dom. 19. de pluribus rebus simul ferre contra legem Didiam ausus, non obtinuit. N. D. II. 23. Mentem et Fidem in Capitolio dedicat. fr. Or. pr. Scaur. accusatur a Cn. Domitio, Q. Servilio Caepione, et Q. Vario trib. pleb. ubi vid. Ascon. ibid. princeps Senatus. Vid. Wesseling V. C. Obs. I. 11. Consul fuit cum C. Caelio Metello A. U. 638. princeps Senatus lectus a L. Metello et Cn. Domitio censoribus anno eodem; post idem Censor A. U. 644. et iterum Consul fuit A. U. 645; Q Hortensio cos. mortuo suffectus. *Ern.*

M. AEMILIUS SCAURUS, M. principis Senatus fil. de Off. II. 16. Aedilis curulis fuit A. U. 695. imitatur P. Lentuli magnificentiam aedilitatis de qua vid. Plin. H. N. XXXVI. 15. ubi privignus Sullae vocatur. Nam Sulla duxit viduam Scauri, principis Senatus, Metellam, ut auctor est Plutarch. in Sulla, quam proscriptionum sectricem Plinius appellat. unde huic Scauro illae tantae divitiae. cf. pr. Sext. 54. et Pigh. ad A. U. 695. Sext. 47. Praetor fuit A. U. 696. quaestionem inter sicarios sortitus. Ad eum praetorem causa P. Sextii acta est. Off. I. 39. Cn. Octavii domum demolitus, ei accessionem adiungit. Att. II. 15. de repetundis accusatus e Praetura Sardiniae, Q. Fr. III. 1. a Cicerone defensus absolvitur. Att. IV. 16. in petitione consulatus reus factus de ambitu ibid. repulsam tulit. Q. Fr. III. 8. vid. fr. Or. pr. Scauro, et Ascon. Argum. *Ern.*

M. AURELIUS SCAURUS, vid. *Aurelius.*

SCEPSIUS, Tusc. Qu. I. 24. a Scepsi, Mysiae oppido.

C. CORNELIUS SCIPIO, Sext. 3. socer P. Sextii vir optimus in exsilio Massiliae vixit. Sed *Caius* est ex editionibus primis et MStis; posteriores receperunt *Lucius*, et interpretantur de Asiatico. Vid. Manutius ad hunc locum. Certe alium, qui bello civili proscriptus sit nescimus. Vid. infra in in *L. Scipio Asiaticus* L. F. *Ern.*

CN. Cornelius SCIPIO, L. F. CALVUS, Planc. 24. 25. Off. I. 18. is, qui cum fratre natu maiore Publio in Hispania cum Poenis bellum gessit, pater P. Scipionis Nasicae, qui vir optimus iudicatus est, de quo infra. Balb. 15. in Hispania occiditur cum fratre. Liv. XXV. 34. 36. cf. Tusc. I. 37. 46. N. D. III. 32.

L. Cornelius SCIPIO, P. F. L. N. ASIATICUS, Mur. 14. de Antiocho triumphat, unde Asiaticus dictus est: de quo triumpho vid. Plin. XXXIII. 11. provinc. cons. 8. ei auxilio est Tib. Gracchus pater trib. pl. quum in carcerem duceretur. Phil. XI. 7. collega C. Laelii, qui fuit Laelii sapientis pater, in consulatu, A. U. 563. ad quem quum Senatus deferret provinciam Asiam, quae Scipioni obvenerat, frater maior P. Africanus eam ignominiam deprecatur, et se legatum ei fore pollicitus, provinciam ei conservat. Rabir. Postum. 10. eius statua in Capitolio cum chlamyde et crepidis.

L. Cornelius SCIPIO, Asiaticus, L. F. eius, ut opinor, cuius quaestura est ap. Liv. XLV. 44. L. N. Rabir. Perd. Verr. I. 14. Collega C. Norbani in Consulatu A. U. 670. Brut. 47. non imperite dixit. Her. III. 2. legibus solvitur propter bellum Italicum, ut ante annum suum Consul fieri possit *Ern.*

M. CORNELIUS SCIPIO, MALUGINENSIS, Orat. II. 64. dictum de L. Manio Acidino consule. Esse videtur M. Scipio, qui inter Praetores nominatur ap. Liv. XLI. 14. 27 M. Cornelius Maluginensis dicitur. Sic placet Sigonio de Nomin. c. 5. disputanti contra Robortellum qui ap. Ciceronem Caepio legi volebat. Aliquid tamen dubitationis remanet Dukero ad Liv. l. c. *Ern.*

P. CORNELIUS SCIPIO *Africanus maior.* Aedilis curulis fuit A. U. 540. aedilitius A. U. 542 Hispaniam extra ordinem pro consule obtinuit eamque provinciam prorogato imperio cum exercitu per sequentes annos 543 — 547 tenuit, ibique contra Poenos felicissime gessit. Romam rediit A. U. 547. triumphum tamen haud consecutus est, quod ad eam diem constabat neminem triumphasse qui sine magistratu rem gessisset. A. U. 548. primum consul factus est, cum P. Licinio Crasso Divite, eique provincia Sicilia extra ordinem assignata, quam A. 549. prorogato imperio tenuit, ex eaque cum classe in Africam traiecit eamque A. 550. 551. 552. tenuit ac debellato Hannibale ex S. C. et populi iussu pacem cum Poenis fecit, et clarissimo triumpho urbem ingressus est, *Africani* cognomen honoris causa adeptus. A. 554. censor fuit cum P. Aelio Paeto. Orat. II. 67. A. 559 secundum consul fuit cum Ti. Sempronio Longo. In secundo hoc consulatu Har Resp. 12. pro Corn. 1. subsellia a populi consessu separat in Megalensibus et senatui primum locum dat. Off. I. 33.

eius filius *Publius* L. Aemilii Paulli filium adoptat, propter infirmitatem valetudinis non potuit patris similis esse. (Habuit etiam alterum filium *Cnaeum*, Valer. Max. IV. 5. Eum Pighius ad A. 559. putat esse eum qui ap. Liv. 41. 27. L. Scipio dicitur praetor. *Ern.*)

P. CORNELIUS SCIPIO, filius Africani maioris, qui Scipionem Africanum minorem ab Aemilio Paullo adoptavit. Off. I. 33. propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui. Brut. 29. si corpore valuisset in primis habitus esset disertus, quod Cicero ait indicare oratiunculas et historiam quandam Graecam scriptam dulcissime.

P. CORNELIUS SCIPIO AEMILIANUS, *Africanus minor*, L. Paulli Aemilii filius adoptatus a P. Cornelio Scipione Africani maioris filio, sub initium belli Punici tertii A. U. 602 tribunus militum fuit in Celtiberia; deinde anno eius belli secundo (A. U. 603.) quum rex Masinissa decessisset e castris ante Carthaginem evocatus, eius regnum inter tres filios divisit. A. U. 606. Cos. cum L. Livio Mamiliano Druso creatus provinciam Africam extra sortem accepit, Carthaginemque obsessam A. U. 607 prorogato ei proconsulari imperio cepit et excidit, Africaque in provinciae Romanae formam redacta cognomen Africani a Scipio Africano maiore, quasi hereditate relictum, propria etiam virtute et felicitate obtinuit, et ad urbem reversus triumphum splendidissimum duxit, A. U. 611. censor fuit cum L. Mummio. Brut. 21. A. U. 619. secundum consulatum gessit, in quo collegam habuit C. Fulvium Flaccum. Eodem anno ei Hispania citerior bellumque Numantinum extra sortem decretum est. A. 620. Numantiam cepit et funditus delevit; annoque sequente de Numantinis triumphavit. A. 624 quum ferveret seditio a triumviris agris dividundis M. Fulvio Flacco, C. Graccho et C. Carbone excitata, Scipio Africanus repente mortuus est, non sine magna suspicione eum ab inimicis veneno interemptum; vel alio modo noctu ei vim illatam esse. Mil. 7. Q. Fr. II. 3. N. D. III. 32. Id evenit Tuditano et Aquillio coss. quo anno sol geminatus apparuit, eodem quo Africanus sol alter exstinctus est. N. D. II. 5. non fuisset illa nox tam acerba Africano, si nihil eum fefellisset. Off. X. 8. Off. I. 22. singularis et vir et imperator in exscindenda Numantia non plus rei publ. profuit, quam eodem tempore Nasica privatus, quum Ti.

Gracchum interemit. Off. I. 25. inter eum et Q. Metellum Macedonicum dissensio fuit sine acerbitate. Ac. pr. II. 2. eius in legatione quam ante censuram obiit comes fuit Panaetius, qui Off. II. 22. eius abstinentiam laudat. Parad. VI. 5. fratri suo natu maiori Q. Fabio Maximo Aemiliano hereditatis L. Paulli patris sui partem suam concessit. Verr. II. 35. Siculis omnibus signa iis olim a Poenis erepta, Karthagine capta, quae potuit restituenda curavit. Mil. 3. interrogatus a C. Carbone trib. pl. quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit iure caesum videri. Verr. V. 10. superioris Africani in re gerunda celeritas, huius qui postea fuit, singulare consilium. Q. Fr. I. 8. Cyrum Xenophontis nunquam deponebat; avunculus Tuberonis fuit. Orat. II. 84. III. 23. Brut. 31. Verr. IV. 10. eius sororis filius C. Cato. Tusc. I. 33. eius fratris nepos nemini suorum similis; facie vel patris vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus. Att. VI. 1. eius censoris statua ad Opis posita. Orat. III. 7. gravitatem in dicendo habuit. Brut. 21. Off. I. 32. insignis eius eloquentia *Ibid.* 74. latine est locutus. *Ibid.* 21. reliquit orationes. *Ibid.* 87. Ac. pr. II. 5. Εἴρων dictus a Fannio. Brut. 21. Caecil. 21. homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus L. Cottam in iudicium vocat. *Ibid.* 25. adiuvat L. Cassii legem tabellariam. *Ibid.* 26. eius auctoritate C. Fannius C. F. tribunatum gerit. *Ibid.* 31. contra eius testimonium Q. Aelius Tubero, sororis filius indicavit, vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere. Att. VII. 11. Leg. I. 6. III. 5. inducitur loquens in Ciceronis libris de re publica. Tusc. II. 26. laudat Xenophontis illud quod diceret eosdem labores non esse aeque graves imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorum. Somn. 1. ei Africanus maior fingitur dormienti vaticinatus res ab eo gerendas. Tusc. IV. 22. M. Allienum in acie scuto protexit, gladiumque hosti in pectus infixit.

P. CORNELIUS SCIPIO, L. F. Off I. 18. Planc. 25. laudatur propter res in bello fortiter gestas, pro Balbo 15. occiditur in Hispania cum fratre Cnaeo, de quo supra. Phil. XI. 7. pater L. Asiatici et P. Scipionis Africani maioris. De Lucio supra.

P. SCIPIO, CN. F. L. N. Har. resp. 13. optimus a toto populo Rom. iudicatus, sacra matris Deum manu sua accipit. Vid. Liv. XXIX. 14. XXXV. 10. et ta-

men bis repulsam tulit. Plin. VII. 34. Orat. III. 33. omnibus civibus sui copiam fecit. Pontifex Max. Consul fuit A. U. 562. collega M' Acilii Glabrionis. vid. Liv. XXXV. 24. et iurisprudentia celeber, de quo vid. Rupertum ad Pompon. III. 3. *Ern.*

P. SCIPIO, P. F. Cn. N. *Nasica Corculum*, hoc est sapiens; vid. Tusc. I. 9. Brut. 20. (ubi ex emendata lectione dicitur Publii illius Idaeae matris qui sacra accepit filius) et 58. bis consul, nempe A. U. 591. cum C. Figulo et A. U. 598. cum C. Marcello et censor fuit A. U. 594. N. D. II. 4. C. Figuli collega a Ti. Graccho patre vitiose creatus, abdicat se magistratu. cf. Div. III. 35.

P. SCIPIO NASICA, P. F. P. N. CN. PRON. Planc. 21. aedilitiam repulsam fert. Brut. 22. cum D. Bruto Consul fuit, A. U. 615. Leg. III. 9. a Tribuno pl. Curiatio in vincula coniicitur. Planc. 14. consul a Granio praecone reprehenditur. Catil. I. 1. Pontifex Max. Ti. Gracchum interficit. Dom. 34. eius factum SCtis probatur. Lael. 12. vexatur ab amicis Gracchi. Off. I. 22. privatus aeque multum profuit reip. quam Africanus in exscindenda Numantia. Flacc. 31. Pergami moritur. Off. I. 30. in sermonibus eius nulla comitas fuit. Hic Serapis dictus est a similitudine suarii cuiusdam negotiatoris, sive alius vilis hominis primum ab irridente tribuno plebis, Liv. epit. 55. deinde vulgo. Vid. Plin. VII. 12. eius facete dictum est de Orat. II. 70. *Ern.*

P. SCIPIO NASICA, P. F. P. N. P. PRON. CN. ABN. Brut. 34. in consulatu mortuus, A. U. 642. collega L. Bestiae. Off. I. 30. sermone efficit, ut unus e multis videretur. Duxit Caeciliam Macedonici filiam.

P. SCIPIO, P. F. P. Serapionis Nepos. Brut. 58. gener L. Crassi. Hic est, qui pro Sext. Rosc. 28. memoratur.

P. SCIPIO NASICA, P. ex Licinia Crassi filius, Att. II. 1. a Favonio accusatur de ambitu: sed eripitur ei adsumptus a Pompeio Collega in Consulatu tertio. Dio Cass. XL. p. 144. Adoptatus est a Metello Pio, unde Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, et modo P. modo Q. dicitur: vid. quos laudat Oudendorp. V. C. ad Sueton. Tib. 4. Pompeii M. collega A. U. 701. et eiusdem socer: de quo vide supra in Metellis, memoratur etiam ad Div. VIII. 9. Verr. IV. 36. Verris advocatus, reprehenditur. *Ern.*

SEIUS, Att. V. 13. libertus aut procurator Attici iungitur Philogeni, qui Attici libertus erat. Alius est Fam. VII. 12. sed ibi Gronoviana legit Titius.

CN. SEIUS, Cluent. 38. Senator.

M. SEIUS, L. F. Off. II. 17. in caritate annonam assibus populo vendit in aedilitate A. 680. Plin. XV. 1. Planc. 5. iudicio condemnatus tamen M. Pisonem in petitione vincit. De hoc intelligi potest Fam. IX. 7. Idem, aut filius est, qui XI. 7. memoratur, et legatus D. Bruti fuisse videtur, it. Att. XII. 11. *Ern.*

Q. SEIUS, Postumus, Dom. 44. 50. Har. Resp. 14. eques Rom. cuius aedes P. Clodius emere voluit, domino repugnante.

SELENE, Verr. IV. 27. uxor regis Antiochi, primo Grypi, deinde Pii, ex Aegypto, quae et Cleopatra dicta est. Eius filii duo fuere, Antiochus Asiaticus, et Seleucus Cybiosactes, de quibus suo loco videndum. Eorum mentio in Verrinis IV. 27. add. Ioseph. Ant. XIII. 20. *Ern.*

SELEUCEA PIERIA, Att. XI. 20. urbs Syriae ad Euphraten, de qua vide Polyb. V. 59. et Cellar. G. A. III. 12. 26. seqq. *Ern.*

SELEUCIA, Fam. VIII. 14. regia Parthorum. Att. IV. 18. Seleuciana provincia; plerique intelligunt vel Ciliciam vel Syriam; in utraque enim est urbs Seleucia.

SELEUCUS, Fam. VI. 18. servus Q. Leptae.

Q. SELICIUS, Fam. IX. 16. a quo *Seliciana* villa. Att. I. 12. foenerator. Fam, I. 5. amicus Lentuli Spintheris, quocum Cicero consilia de causa Lentuli contulit.

SELIUS, Fam. VII. 32. malus orator.

C. et P. SELII, Acad. pr. II. 4. familiares L. Luculli, docti homines, qui Philonem Romae audierant.

SEMELE, Tusc. I. 12. N. D. II. 24. mater Bacchi.

SEMIRAMIS, Prov. Cons. 4. Sic Cic. A. Gabinium Syriae Procos. appellat, ut mollitiem eius notet.

Ti. et C. SEMPRONII, Orat. I. 9. sunt fratres Gracchi, de quibus v. in Gracchis.

A. SEMPRONIUS, musca quaesturae Orat. II. 60. Candidatus a Vargula male accipitur.

C. SEMPRONIUS Rufus, Fam. VIII. 8. calumniam fert, amicus Ciceronis: cuius saepe mentio, v. c. Att. VI. 2. Fam. XII. 22. 25. vide etiam *Rufio.*

Caesaris. Sed Graev. ostendit esse legendum: Servulae.

SEPYRA, Fam. XV. ep. 4. vicus Ciliciae, in ea Amani parte, sub cuius radicibus Arae Alexandri erant.

SERAPIO, Att. VI. 1. est Scipio Nasica, de quo ante.

SERAPIO, Att. X. 17. servus Attici.

SERAPIO, Att. II. 4 libros eius non intelligit Cicero. *Ibid.* 6. Eratosthenem valde reprehendit. Fuit Antiochenus, qui Geographica scripsit. Commemoratur etiam a Plinio in Elencho scriptorum L. IV. *Ern.*

SERAPIS, Div. II. 59. N. D. III. 19. etc. deus Aegyptiorum. Eius templum Syracusis. Verr. II. 66.

C. SERENUS, Planc. 5. praefertur Q. Catulo. Graev. Seranus, quod iam P. Manutio placuerat. Nam C. Serranus A. U. 646. Consul ante Catulum et Cn. Manlium, cuius proxime mentio. Serani s. Serrani sunt ex Attiliis, de quibus supra.

SERGIA tribus, Vat. 15.

SERGIUS, Phil. II. 25. mimus.

C. SERGIUS, Aurata s. Orata. Orat. I. 39. Off. III. 16. Praetor. A. U. 656.

CN. SERGIUS, Verr. III. 43. decumanus in Sicilia. Venerius, s. servus Veneris Erycinae.

L. SERGIUS, Verr. III. 78. scriba Ciceronis quaestoris.

L. SERGIUS, Dom. 5. familiaris P. Clodii, qui Q. Metellum Consulem P. Clodii fratrem lapidibus appetivit et percussit, eique se ad Cn. Pompeium interficiendum obtulit.

Q. SERGIUS, Cluent. 8. Senator, inter sicarios damnatus est.

SERIPHUS, N. D. I. 31. insula in mari Aegaeo, inter Cycladas, eius lepusculi et vulpeculae. Inde *Seriphius.* Sen. 3.

SERRANUS, ab aratro dictator, Sext. 33. 39. 43. etc. vid. in Attilius.

C. SERRANUS, Rab. Perd. 7. est Collega Q. Caepionis, de eodem accipe. Planc. 5. ex lectione Graeviana. vid. C. Serenus.

SEXT. SERRANUS Gavianus. Att. IV. 2. tribunus pl. Spinthere et Metello Cass. intercedit SCto, de aedibus Ciceroni restituendis, sed paullo post concedit. Har. Resp. 15. sacella inaedificat. De hoc acci-

pe etiam. Sext. 33. „Serranus non ab aratro, sed" etc. vid. de hoc loco Perizon. Animadv. Hist. c. 1.

SERRANUS DOMESTICUS, Q. Fr. III. 8. eius filius moritur. Laudat eum pater scripto Ciceronis. Ex quo intellige diversum esse ab illo Sexto, de quo dictum, inimico Ciceronis. Domestici nomen reperies etiam in lapide apud Gruterum DCCCIX. 9. *Ern.*

CN. SERTIUS, Verr. II. 48. eques Romanus.

Q. SERTORIUS, Brut. 48. qualis in dicendo fuerit. Muren. 15. sollicitatur a Mithridate, ut se cum eo coniungat. vid. L. Rabius et Magius. Manil. 4. a Cn. Pompeio vincitur. Hic notissimus Sullanorum a quibus proscriptus fuerat in Hispania hostis, et bellum cum eo gestum saepe memoratur, v. c. Agr. II. 30. Verr. V. 28. 56. Phil. XI. 8.

SERVAEUS, Font. 5. de cohorte M. Fonteii, aut portitor.

SERVILIA Bruti mater, Att. VI. 1. XIII. 11. 16. XV. 11. Att. XV. 13. ubi vulgo legebatur: *De Bruto te nihil scire dicit: sed Selicia venisse M. Scaptium,* cum Ursino e Ms. antiquo legendum: *sed Servilia* (scil. *ait* vel *scripsit ad me*) *venisse M. Scaptium;* et quum dicit: *sciturumque me omnia, quae ego statim* intelligendum est: *quae ego statim ad te perscribam.*

SERVILIA socrus Hortensii. Verr. II. 8. femina primaria.

SERVILIA Claudii, Att. XII. 20. filia Q. Caepionis qui naufragio periit.

SERVILII, Acad. IV. 18. fratres gemini, simillimi, ut dignosci vix possent. Hi sunt Q. et P. Q. Caepionis Filii, Cn. Nep. a quibus deinde *Geminorum* cognomen usurpatum et ad posteros propagatum est. P. Consul fuit A. U. 501. et 502.

SERVILII, Cascae, Phil. II. 11. vid. P. Servilius Casca.

SERVILIUS LACUS, Rosc. Am. 32. Romae fuit.

C. SERVILIUS Ahala, magister equitum, Sen. 16. iussu dictatoris L. Quinctii Cincinnati Sp. Melium interficit. Sed in huius praenomine mira est in Codd. *Mss.* et *edd.* Ciceronis inconstantia. Nam Catil. I. 1. dicitur QUINTUS, ibique monuerunt Muretus et Pighius ad A. 314. legendum *Caius.* Dom. 32. dicitur *Marcus;* ubi nihil Manutius aut reliqui Intt. in ed. Graeviana Dom. l. c. in exilium missus est. *Ern.*

C. SERVILIUS Vatia, M. F. in Caecil. 19. eum L. Veturius accusare vult, sed ei non permittitur. Hic Servilius est pater P. Servilii Isaurici, praetor provinciae, nescio cuius, fuit A. U. 640.

C. SERVILIUS GLAUCIA, Brut. 62. peracutus, callidus, cum primisque ridiculus. Catil. I. 1. interficitur. vid. in C. Glaucia.

C. SERVILIUS, Verr. V. 54. negotiator Panormitanus.

CN. SERVILIUS CAEPIO, Cn. F. Cn. N. Brut. 20. is, qui Consul fuit A. U. 584. cum Q. Philippo, quibus consulibus Ennius mortuus est. vid. Pighius ad h. a.

CN. SERVILIUS CAEPIO, Verr. I. 53. Censor, A. U. 628. ante cum Q. Pompeio Consul A. 612. Est superioris filius. Nam in fastis dicitur Cn. F. Cn. N. Fratrem vix putem: tot anni sunt inter utriusque Consulatum interiecti. *Ern.*

L. SERVILIUS, Verr. III. 72. eques Rom. magister publicanorum in Sicilia, praetore Verre.

L. SERVILIUS POSTUMUS, Fam. XII. 26.

M. SERVILIUS AHALA, Dom. 32. vid. C. Servilius Ahala.

M. SERVILIUS, Orat. II. 65. dissuasit legem annalem Ruscae, quae A. U. 622. lata est.

M. SERVILIUS Geminus, Att. VI. 3. a Metello Celere de repetundis accusatur. cf. Fam. VIII. 8. Fuit tribunus pleb. A. U. 693.

M. SERVILIUS, Fam. XII. 6. tribunus pl. Hirtio et Pansa Coss. producit Ciceronem in concionem, quo tempore Philippicam XI. dixit. Phil. IV. 6. cum collegis de republ. refert ad Senatum.

P. SERVILIUS Rullus, Agr. II. 20. vid. Rullus.

P. SERVILIUS VATIA, Isauricus, C. F. M. N. Manil. 23. legi Maniliae favet. Agr. II. 19. agri ab ipso imperio Rom. adiecti. Verr. I. 21. Olympum vi cepit. Red. in Sen. 10. Q. Metellum Consulem Ciceroni placat. Fam. I. 1. negat Ptolemaeum restituendum esse. Consul fuit cum Appio Pulchro. A. U. 674. ad eum qui tum senex mortem obierat respici videtur. Fam. XVI. 23.

P. SERVILIUS, P. Isaurici F. qui Consul cum C. Caesare fuit. A. U. 705. Att. IV. 15. praetor fuerat Pompeio II. Consule. A. U. 698. Fam. XIII. 66. Asiam

obtinet. *Ibid.* 69. Ciceronis collega in auguratu. *Ibid.* X. 12. Ciceroni adversatur in causa Antoniana. Fam. XII. 2. metu Antonii, in quem invectus erat, non audet in Senatum venire etc. Att. II. 1. Catonis imitator, laudatur etiam, Att. XI. 5. I. 19. etc.

P. SERVILIUS, Casca, Phil. II. 11. Att. XVI. 15. Phil. XIII. 15. unus de percussoribus Caesaris, qui ei primum vulnus inflixit. Trib. pleb. A. U. 710. vid. Plutarch. in Caesare P. 739. Sed Cic. Phil. II. 11. duos Cascas caedi interfuisse dicit. Plutarchus etiam l. c. fratrem huius Cascae commemorat. Is est *C. Servilius Casca*, quem Appianus commemorat, nisi quidem ibi P. legendum, de B. Cic. II. p. 813. Mirum enim si C. potius quam hunc P. nominasset, qui inter principes fuit. Ibidem etiam male Servilius Galba, pro Servius Galba, uti recte citant viri docti. Sed hoc obiter. cf. Viros doctos ad Sueton. Caesar. c. 82. *Ern.*

Q. SERVILIOS Caepiones, vid. in Caepionibus.

SEX. SERVILIUS Milonis familiaris, Fam. II. 6.

SERVIUS Galba. vid. Galba.

SERVIUS Sulpicius, vid. Sulpicius.

SERVIUS, Fam. VIII. 4. designatus tribunus pl. de ambitu accusatus condemnatur: eius locum petit Curio.

SERVIUS POLA, Fam. VIII. 12. accusator.

SERVIUS TULLIUS, Div. I. 53. ei dormienti caput ardet. Brut. 10. aequalis Pisistrati.

SERVIUS CLAUDIUS, Att. I. 20. eius libros Ciceroni donat L. Papirius Paetus. Fam. IX. 16. frater sc. patruelis aut consobrinus Papirii Paeti, homo doctus, qui facile diceret, qui versus Plauti esset, qui non. Grammaticus ergo fuit, cuius etiam ap. Sueton. de claris Grammat. Gell. XIII. 21. Plin. XXIII. 4. mentio fit. Ex ep. ad Att. l. c. colligere licet, eum Afranio et Metello Coss. mortuum esse. *Ern.*

SESTENAS, Att. VIII. 5. vulgo perperam sic legebatur pro *Sufenas*. Vid. M. Nonius Sufenas.

SEXTIA tabula, Quint. 6. etc. est Sextii argentarii cuiusdam, Sextiorum autem argentariorum saepe est apud Ciceronem mentio. Ad eam auctiones et aliae res agebantur, in quibus tabulis et testibus opus.

SEXTIANA dicta, Fam. VII. 32. quae Cicero indignabatur in se conferri, quia frigida erant et parum acuta, cuius *Sextii* fuerint incertum est. Ernestio

placebat illa dicta eius P. Sextii esse, quem Cic. oratione defendit; quia ex epist. ad Fam. V. 6. iocose scripta coniicere liceat eum ipsum facetum aut fuisse aut videri voluisse. Manutius quoque eum significari putabat, eundemque esse cum Gallo ad quem est Fam. VII. 27.

A. SEXTILIUS, Flacc. 15. videtur negotiator Acmonensis fuisse.

SEXTILIUS Andro, Flacc. 34. Pergamenus.

C. SEXTILIUS Rufus, Fam. XII. 13. praeest classi C. Cassii. XIII. 48. Quaestor primus in Cyprum missus a Romanis.

C. SEXTILIUS, Flacc. 36. M. Lurconis sororis filius.

P. SEXTILIUS, Flacc, 13. Quaestor urbanus. Silano et Murena Coss. A. U. 691.

P. SEXTILIUS RUFUS, Fin. II. 17. heres fiduciarius, hereditatem non tradit. Est fortasse superioris illius pater.

Q. SEXTILIUS, Q. Fr. II. 1. amicus Milonis: in eum et ceteros Milonis amicos impetum faciunt operae Clodianae, quum a Milone de vi accusatus Clodius esset.

SEXTIUS, Verr. V. 43. 45. lictor C. Verris in Sicilia.

C. SEXTIUS CALVINUS, Brut. 34. orator bonus, sed incommoda valetudine. Orat. II. 60. C. Iulii Caesaris familiaris; luscus — Eius dictum in Appium. Pighius eum putabat, qui ex praetura, quam A. 654. gessit, Macedoniam obtinuit, Pis. 34. Sed ibi in melioribus libris non *Sextius*, sed *Sentius* legitur, quae nomina etiam in Codd. Catulli permutantur. Voss. ad Catull. p. 103. *Ern.*

L. SEXTIUS, pater P. Sextii de vi accusati, Sext. 3. trib. pl. fuit, altius ascendere noluit.

L. SEXTIUS, Fam. XIII. 8. P. Sextii L. F. filius ex Albini filia.

L. SEXTIUS Pansa, Q. Fr. II. 11, eius postulationi resistit Q. Cicero Asiae praetor.

P. SEXTIUS, Brut. 48. praetor designatus A. U. 653. accusante T. Iunio L. F. damnatus est.

P. SEXTIUS, P. F. Fam. V. 17. exulat. Quaestor fuit, A. U. 695. et post aedilis. Habuit enim, ut ex l. c. intelligi potest, annonae curam, quae est aedilium. Eum Cicero epistola illa consolatur. P. Sextii,

de quo statim, patruelem, propinquum certe fuisse, ex eadem epistola apparet.

P. SEXTIUS, L. F. Sext. 3. C. Albini et deinde C. Scipionis uxorem duxit, quaestor urbanus Cicerone et C. Antonio coss. A. U. 690. deinde Catil. 1. 8. Fam. V. 6. proquaestor C. Antonii in Macedonia, ad Quir. p. R. 6. in Sen. 8. Att. III. 20. A. U. 696. tribunus pl. Lentulo Spinthere consule Ciceroni exsuli favet. Q. Fr. I. 4. Att. III. 19. eius rogationem de abroganda lege Clodia Cicero ait neque dignitatis satis habere neque cautionis, quia et nominatim (de Cicerone) ferri oporteret, et de bonis (Ciceroni restituendis diligentius scribi. Att. III. 20. 23. furit quod in Senatu, quum de comitiis Clodii aedilitiis ageretur, Metellus calumnia dicendi tempus eximeret, minaturque si ista comitia fiant, se per omnes dies comitiales de caelo servaturum. Att. IV. 3. A. U. 697. postulatur a Cn. Nerio de ambitu, et a M. Tullio Albinovano lege Lutatia de vi; ei Cicero officia sua pollicetur. Q. Fr. II. 3. eumque in oratione pro Bestia laudat. *Ibid.* 4. defenditur a Cicerone (oratione quae exstat) omnibusque sententiis absolvitur. Q. Fr II. 4. A. U. 700. praetor fuit. A. 704. pro praetore Ciliciam rexit. Att. VIII. 15. quia cum imperio est, potest cum Pompeio in Graeciam transire. *Ibid.* XI. 7. Caesar permittit, ut iisdem, quibus ante lictoribus uteretur, etsi SCtum improbaret, quo ipse aliique post fugam trib. pl. imperium acceperant. Fam. V. 20. pecuniam, quam Mescinius Rufus in fano deposuerat, aufert; ex quo intelligitur, eum Ciliciam obtinuisse. vid. Graev. ad ep. 7. L. VIII. ad Att.

T. SEXTIUS Gallus, Mil. 31. ante sacrarium Bonae Deae, quod in fundo eius fuit, primam plagam accepit P. Clodius.

SEXTIUS, Att. XIII. 2. parochus publicus, h. e. qui publico nomine excepit Ariarathen Ariobarzanis filium, Romam venientem. Quaestor circa tempus, quo haec epistola scripta est, fuit L. Sextius, qui M. Bruti post proquaestor in Macedonia, et A. 730. Consul fuit, fortasse P. filius, de quo supra.

SIBYLLA, Div. I. 18. 36. Rab. Post. 2. Erythraea. II. 54. eius versus. N. D. II. 3. eius vaticinationes. Verr. IV. 49. libri Sibyllini. Catil. III. 4. Sibyllina fata.

SICA,

SICA, Fam. XIV. 4. 15. Att. VIII. 12. XII. 30. XVI. 6. familiaris Ciceronis, in eius praedio deversatus est Cicero, abiens in exilium. Att. III. 2. 4. add. Plutarch. in Cicer. p. 877. ubi Vibius Siculus vocatur. Si tamen de eadem re utrobique sermo est. *Ern.* Eius suburbanum, Att. XII. 34.

SICILIA, Orat. 62. eius laus. Verr. III. 5. utilitas ex eius re frumentaria ad Romanos redundans. Verr. IV. 48. Cereri et Liberae consecrata. Verr. III. 6. quo iure Romanis accesserit. Verr. V. 60. suburbana et fidelis provincia. Manil. II. 21. a Pompeio Magno periculis liberata. Verr. V. 17. eius septendecim populi.

SICILIENSIS, N. D. VII. 10. Siciliense fretum. Agr. I. 4. Brut. 92. Siciliensis annus Ciceronis, est annus quo Lilybaei proquaestor fuit. A. U. 678.

C. SICINIUS, Brut. 76. Q. Pompeii, qui Censor fuit, ex filia nepos, quaestorius mortuus est, probabilis orator.

CN. SICINIUS, Brut. 60. homo impurus, sed admodum ridiculus, (*grosser Spassmacher*), neque aliud in eo oratoris simile quidquam. Seditiosus trib. pl. fuit, A. U. 677. Quum omnes magistratus vexaret, M. Crassum tamen non attigit, quia metuebat. Plutarch. in Crasso p. 547. *Ern.*

SICINIUS, Att. V. 4. Nescio qui, Sicinius in Crasso Plutarchi, quem Corradus hic commemorat, est Cn. Sicinius, de quo ante, sed is in tribunatu interfectus est. Manutius putat, peritum fuisse conscribendorum edictorum provincialium. *Ern.*

SICULI, Verr. III. 8. Brut. 12. acuti. Verr. IV. 43. dicaces. Orat. II. 54. faceti. Verr. III. 27. frugi et sobrii. Verr. II. 13. eorum iura sub Romanis. Att. XIV. 12. ab Antonio cives Romani facti. Off. II. 14. usi sunt Ciceronis patrocinio in accusando Verre. Orat. II. 69. Siculi alicuius facete dictum in stultum patronum. Orat. 69. Siculorum oratorum genus dicendi concidendis numeris abiectum.

SICURRA servus Felicis cuiusdam, Q. Fr. III. 9.

SICYON, Att. I. 13. una de septem civitatibus veteribus Graeciae in Peloponneso prope Isthmum. Off. II. 23. quinquaginta annorum tyrannidem passa. Celebrantur calcei Sicyonii apud veteres. Her. IV. 3. Orat. I. 54. et *olivae Sicyoniae* apud Virgilium in Georgicis.

SILIUS, Att. X. 13. XII. 13. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 35. ab eo Cicero volebat hortos emere, in quibus monumentum Tulliae ponere posset.

P. SILIUS, Fam. VII. 21. IX. 16. XIII. 62. 63. Propraetor Bithyniae et Ponti A. U. 702. post praeturam A. 694. Eius provinciae administratio laudatur. Att. VI. 1.

SILVA SCANTIA, vid. Scantia silva.

SILVANUS deus silvarum, N. D. II. 55.

SILVANUS, Arch. 4. auctor legis Plautiae. vid. Ind. LL.

SILVIUS, Att. VI. 1. Ita falso olim legebatur Att. VI. 1. Veram lectionem *Silius*, (scil. P. Silius) iam Pighius commendavit p. 420.

SILUS, Orat. II. 70. Est fortasse M. Sergius Orata Silus, qui A. U. 648 quaestor provincialis fuit. Est enim cognomen Sergiorum. Hoc loco confirmatur disputatio Drakenb. ad Liv. XXXII. 27. docentis, cognomen Romanum esse non modo Silo, sed etiam *Silus*. Ap. Tacitum. A. XV. 59. est Domitius Silus in *Ms*. Flor. *Ern.*

SIMONIDES Ceus, Orat. II. 86. Fin. II. 32. memoriae artem invenit N. D. I. 22. poeta suavis itemque doctus et sapiens, rogatus quid aut quale sit deus, post multorum dierum deliberationem respondit, quo diutius consideret, tanto sibi rem videri obscuriorem. Div. I. 27. ignotum quemdam mortuum sepelit, et ab eo monetur in somnio, ne naviget. Tusc. I. 42. eius versus duo. Tusc. I. 24. eius memoria insignis.

SIMULANS, Sext. 64. nomen Comoediae Afranii.

SINOPE, urbs Ponti, Agr. II. 20. Manil. 8. Verr. I. 34.

SINUESSANUM diversorium, Fam. XII. 20. Att. XIV. 8. XV. 1. Sinuessa, oppidum et colonia Latii in finibus Campaniae trans Lirin amnem. Att IX 15. 16.

SIPONTUM, urbs Apuliae. Graecis *Sipus*, Att. VI. 2. IX. 15. X. 7. Inde *Sipontina* siccitas, Agr. II. 27.

SIPYLUS, mons Lydiae, ad quem Magnesia altera, Q. Fr. II. 11.

SIREGIUS, Att. XV. 17. I. Fr. Gronovius conjiciebat: *Sira regius;* Sirae enim mentio ep. 15. Is Aegyptius fuit, quod res ipsa docet, Cleopatrae for-

tasse legatus. Ceterum in edd. non Sira, sed Sara legitur. *Ern.*

SIRENES, Fin. V. 18. fabula de Sirenum cantibus, quomodo intelligenda.

SISAPO, Phil. II. 19. urbs Hispaniae, cuius verus situs non satis certus est. Ad eam miniaria metalla, quae societates publicanorum exercebant. vid. Plin. XXXIII. 7. Unde proverbium: Tenes cum sociis, tamquam Sisaponem. vid. Suritam et Cel. Wesseling. ad Ant. Itin. p. 444. Sed in primis Turneb. Adv. X. 16. *Ern.*

L. CORNELIUS SISENNA, Brut. 64. doctus, bene latine loquens, gnarus reip., facetus, inter aetatem Hortensii et Sulpicii interiectus. In historia vincit superiores, sed abest tamen a summo, add. Vell. II. 9. Leg. I. 2. puerile quid in historia consectatur. Brut. 74. sermonis usitati emendator esse voluit; itaque inusitatis verbis usus est. A C. Rufio ridetur. Div. I. 43. disputat, somniis credi non oportere. Corn. I. in praetura bonorum Cn. Cornelii possessionem edicto P. Scipioni dat. De hac Praetura et edicto est disputatio Guil. Ott. Reizii Excurs. IX ad Theophilum. Verr. II. 45. defensor C. Verris, et Brut. 74. Chritilii Verr. IV. 15. 20. vir primarius et dives; de eo vid. Corrad. ad Brut. p. 344. *Ern.*

P. SISER, Att XI. 13. liberti nomen.

SISYPHUS, Tusc. I. 41. prudentia eius. *Ibid.* 5. versat saxum apud inferos.

P. SITTIUS NUCERIANUS, Sull. 20. Vulgo legebatur *P. Cincius* N.

SITIUS, Att. XV. 17. Sittiana syngrapha est. Fam. VIII. 2. P. Sitium reperies ap. Hirtium B. Afr. 36. *Ern.*

SMYRNA, urbs Ioniae; unde Smyrnaei, Brut. 21. Agr. II. 15. Flacc. 30. Phil. XI. 2.

SOCRATES philosophus Atheniensis. Att. VIII. 2. quum XXX tyranni essent Athenis mansit. Div. I. 54. post pugnam apud Delium eadem, qua ceteri, via fugere non vult, quia deterreatur a deo. Fam. IX. 22. eum fidibus docuit Connus. Sen. 8. senex fides tractat. Off. I. 26. Tusc. III. 15. eius semper idem vultus. Tusc. I. 9. 9. 41. eius oratio apud iudices. Div. I. 25. eius somnium. Tusc. I. 24. eius sermo die mortis habitus. Sen. 21 eius verba de immortalitate animae. N. D. III. 33.

eius mors. Tusc. III. 23. pauper erat. *Ibid.* V. 34. Fin. III. 28. obsonabat ambulando famem. Orat. III. 16. Sen. 21. Lael. 2. fuit omni sapientia princeps. Fin. II. 1. parens philosophiae. Orat. III. 16. nullam literam reliquit. Acad. pr. II. 5. Brut. 85. Orat. II. 67. Off. I. 30. usus est dissimulatione vel ironia. Off. I. 30. fuit dulcis et facetus festivique sermonis. N. D. I. 34. ab Epicuro vocatur scurra Atticus. Tusc. V. 4. auditor Archelai primus philosophiam devocavit e caelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere. Ac. post. I. 4. primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis avocavit philosophiam et ad vitam communem adduxit, ut de virtutibus et vitiis omninoque de bonis rebus et malis quaereret. Acad. post. 1. eius omnis oratio tum in virtute laudanda, et in hominibus omnibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur. *Ibid.* ita fere disputare solitus, ut nihil affirmaret ipse, refelleret alios, ideo arbitratus ab Apolline se sapientissimum esse iudicatum, quod haec esset una sapientia non arbitrari sese nescire quod nesciat. Inv. I. Top. 9. plurimum est inductione usus. Brut. 8. disputandi quadam subtilitate sophistarum instituta refellebat. Fin. II. 1. percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea quae ii respondissent, si quid videretur, diceret. Ac. pr. II. 5. de se ipso detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Off. III. 3. Leg. I. 12. exsecrabatur eos, qui opinione distraxissent utilitatem ab honestate et natura. Tusc. III. 32. Alcibiadi persuasit inter ipsum et baiulum nihil interesse. Fat. 5. Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit et bardum, quia iugula concava non haberet. Tusc. IV. 37. quum multa in conventu idem Zopyrus in eum vitia collegisset, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent; ab ipso autem Socrate sublevatus, quum illa sibi insita, sed ratione a se deiecta diceret. Hinc ratio dicitur Tusc. IV. 1. Socratica medicina. Div. I. 3. mansit in antiquorum philosophorum doctrina de divinatione. Div. I. 54. statuit esse divinum quiddam, quod ipse daemonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revocanti. Idem Xenophonti consulenti sequereturne Cyrum, censuit de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem esse referen-

SOPATER, Verr. II. 28. Haliciensis.

SOPATER, Verr. IV. 39. Tyndaritanus.

SOPHOCLES, Verr. III. 88. Agrigentinus, homo disertus et doctus.

SOPHOCLES, Off. I. 40. a Pericle collega in praetura reprehenditur, quod pulchrum puerum admiraretur. Div. I. 25. poeta divinus, in somnio vidit Herculem dicentem, quis pateram suam auream surripuisset. Ex Orat. I. intelligi potest, Ciceronem Sophoclem pro principe Tragicorum habuisse.

SOPOLIS, Att. IV. 16. pictor celeber tempore Ciceronis. Huius etiam mentio apud Plin. XXXV. 11. Sed ibi vulgo *Sopylus* dicitur: et sic laudat Iunius in Catalogo p. 21. etc. *Ern.*

SORANUS, a Sora oppido Latii, Planc. 9. Soranus augur, Div. I. 47.

SOSIUS servus. Her. IV. 50.

SOSIPPUS, Verr. II. 9. Agyrinensis, frater Epicratis.

SOSITENUS, Verr. 87. Entellinus.

SOSITHEUS, Att. I. 12. servus anagnostes Ciceronis.

C. SOSIUS, Att. VIII. 6. IX. 1. praetor Lentulo et C. Marcello Coss. Fuit Quaestor M' Lepidi.

Q. SOSIUS, N. D. III. 30. eques Roman. ex agro Piceno, tabularium incendit.

SOSTRATUS, Verr. III. 23. Centuripinus.

SOSUS, Acad. IV. 4. liber Antiochi contra Philonem.

SOTERICUS MARCIUS, Balb. 25. Tiburtinus. Sotericum malum artificem laudat Seneca ap. Gell. XII. 2. *Ern.*

SPARTA, urbs Peloponnesi quae et *Lacedaemon*, caput Laconicae, unde *Spartiatae*. Her. IV. 25. Fin. II. 30. Off. II. 22. Spartiatarum mora ad tibiam procedens. Tusc. II. 16. puerorum Spartiatarum exercitia. Tusc. II. 14. 20. V. 27.

SPARTACUS, Har. Resp. 12. etc. dux fugitivorum, qui bellum Servile commovit.

SPHAERUS, Tusc. IV. 24. Stoicus; eius definitiones laudantur, et ab ipso Cicerone adhibentur. Bosporanus, Zenonis Cittiei discipulus non ultimus; de eo vid. Laërt. VII. 177. Torrent. ad Suet. Aug. 89. *Ern.*

STATIUS Albius, Cluent. 62. colonus in Falerno. Eum Manutius putat Statii Albii Oppianici libertum fuisse, quia eodem nomine et praenomine usus fuerit.

STATIUS, Fam. XVI. 16. Att. IX. 8. it. V. 1. XII. 5. XV. 19. Q. Fr. I. 2. 4. e servo Qu. Ciceronis libertus apud eum gratiosissimus.

CAECILIUS STATIUS, poeta. Orat. II. 64. in Synephebis. Tusc. I. 14. N. D. I. 6. Sen. 7. vid. *Caecilius.*

L. STATIUS MURCUS, Phil. XI. 12. e praetura proconsul Asiae, iubetur C. Cassio provinciam et exercitum tradere. Adde Vell. II. 70. de eius exitu, *ibid.* 77. quem etiam Appian. Civ. Bell. et Dio Cassius tradunt; add. Wesseling. Obs. I. 12. *Ern.*

SEXT. STATIUS, Att. VI. 1. commendatur a Pompeio Ciceroni, ut praefectus fiat.

STELLATIS CAMPUS, Agr. I. 7. in mediterranea Campania, de quo adeundus Camillus Campan. Fel. Diss. II. c. 33. sqq. *Ern.*

STESICHORUS, Sen. 7. Verr. II. 34. eius statua Himerae posita. Fuit enim Himera patria eius, de eo et carminibus eius vid. Fabric. B. G. II. 15.

STHENIUS, Verr. II. 34. V. 42. Thermitanus hospes Verris. Verr. III. 7.

STILPO, Megarensis, Fat. 5. philosophus acutus et probatus: natura ebriosus et mulierosus, naturae vitium corrigit. cf. Acad. pr. II. 24. Zenonis Cittiei praeceptor, de quo vid. Laert. II. 113.

STOICI, philosophi a Stoa s. porticu dicti, Mur. 29. Ac. pr. II. 42. quorum princeps Zeno Cittieus. Off. I. 35. pene Cynici. III. 8. solum, quod honestum, statuunt bonum. Legg. I. 20. a veteribus Academicis verbis discrepant, non re. Off. III. 3. summum bonum dicunt, convenienter naturae vivere. add. Fin. III. 4. eorum sententia de summo bono explicatur toto libro III. et refellitur Peripateticorum more libro IV. Fin. III. 2. 12. 13. V. 8. N. D. I. 7. a Peripateticis verbis discrepent, an re? Fin. III. 2. ex omnibus philosophis Stoici plurima verba novaverunt. Div. I. 3. Acad. IV. 33. omnia fere divinationis genera defendunt. Div. I. Stoicis non placet singulis iecorum fissis aut avium cantibus interesse deum. Div. II. 9. eorum aut fatum aut divinatio reiicienda. Tusc. I. 32. animos putant diu

Corradi potissimum sententia. *Octavam partem tolli luminarium in aedibus ad Streniae memineris.*

C. SUBERINUS, Calenus, Fam. IX. 13. familiaris Ciceronis.

SUBURANA, Agr. II. 29. tribus urbana.

SUCRO, Balb. I. fluvius Hispaniae, inde Sucronense praelium in bello Sertoriano A. U. 677.

SUESSA, Phil. III. 4. Aurunca, in Campania, prope Minturnas. Phil. IV. 2. XIII. 8.

L. SUETIUS, Verr. I. 5.

M. NONIUS SUFENAS praetor, A. U. 704. Att. IV. 15. VIII. 5. Sed h. l. male vulgo legebatur *Setenas;* pro quo *Sufenas* rescribendum esse vidit Pighius ad A. U. 703.

Num. SUFFUCIUS, Div. II. 41. honestus homo et nobilis, eius somnium.

L. CORNELIUS L. F. P. N. SULLA postea FELIX cognomine appellatus. Quaestor fuit C. Marii Proconsulis Numidiae A. U. 648. ubi ei Iugurtha vinctus traditus ab eoque ad Marium ductus est. Anno sequente legatus Marium secutus est in Galliam, ibique regem Tectosagum cepit; deinde in bello Cimbrico sub Mario tribunus militum strenue res gessit. A. 660. praetor iurisdictionem inter cives et peregrinos obtinuit; et ludos Romae edidit A. 661. Asiam et Ciliciam propraetor rexit. A. 663. L. Iulii Caesaris in bello Marsico legatus fuit. Fontei. 15 A. 665. primum consulatum gessit cum Q. Pompeio Rufo; Agr. I. 5. II. 15. Cluent. 5. et factionem P. Sulpicii Rufi et C. Marii oppressit eosque proscripsit. A. 666. proconsul in Asiam profectus est ad bellum Mithridaticum, quod eo duce gestum est usque ad A. 669. quo anno pacem cum Mithridate fecit, Asiamque provinciam constituit. A. U. 670. in Italiam traiecit, exercitumque adversus inimicos suos duxit; quibus victis ad urbem accessit, castrisque in Campo Martio positis, inimicorum bona publicavit; deinde Cn. Carbonem cos. reliquosque inimicos devicit, cognomen Felicis assumpsit et dictator creatus Brut. 90. 96. Fin. III. 22. Quint. 24. summam hanc potestatem per duo annos 672. 673. tenuit, et hoc quidem anno 673. simul consul creari voluit, collegamque habuit Q. Caecilium Metellum Pium. Verr. I. 50. A. U. 674. dictatura se abdicavit, annoque sequente Puteolis phthiriasi correptus mortuus est. Caecin. 33. Arretinis civitatem

ademit. Leg. III. 9. laudatur quod tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit. Phil. XII. 11. cum Scipione inter Cales et Teanum, quum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi et de iure civitatis legis conditiones contulit. Harusp. 12. dissensit cum Mario clarissimo cive consul nobilissimus et fortissimus L. Sulla, horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit. Leg. II. 22. C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor, quod fortasse timens suo corpori posse accidere, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari. Verr. III. 35. unus fuit post Romam conditam cui Res publ. totam se tradidit temporibus coacta et malis domesticis. Manil. 3. triumphavit de Mithridate. Fam. III. 10. Off. I. 30. cuivis deservit, ut impetret quae vult. *Ibid.* II. 8. eius victoria noxia Romanorum imperio quod disciplinam perdidit. Phil. IX. 6. ei primo statua equestris inaurata posita est. Div. II. 30. ei immolanti serpens apparuit. Arch. 10. Hispanos et Gallos donavit civitate. Off. III. 22. ex SCto liberavit civitates pecunia accepta. Dom. 30. Volaterranis civitatem adimere non potuit. Q. Fr. I. 1. Rhodiis insulas quasdam attribuit. Parad. VI. Sullani temporis messis. Agr. II. 26. Sullanorum agrorum invidia.

P. CORNELIUS SULLA. cuius patruus fuit L. Cornelius Sulla Felix. Is Off. II. 8. dictatore illo propinquo suo hastam vibravit h. e. proscriptionibus bonorum praefuit, deinde sexto tricesimo anno post a sceleratiore hasta non recessit h. e. Caesare dictatore idem praefuit auctioni, quum Caesar inimicorum bona sub hasta venderet. Fam. IX. 10. XI. 17. ubi eum mortuum esse narratur. Eius frater fuit SER. CORN. SULLA qui memoratur Sull. 2. idemque intelligendus Off. II. 8. his verbis: *Alter autem qui in illa dictatura* (Sullae) *scriba fuerat, in hac* (Caesaris) *fuit quaestor urbanus.*

P. SULLA, pro quo est oratio, L. Sullae propinquus. Consul designatus cum Antonio, de ambitu condemnatur, et post a L. Torquato de coniuratione accusatus, a Cicerone defenditur et absolvitur. Q. Fr. III. 5. accusat Gabinium de maiestate. Att. IV. 16. Gabinium de ambitu postulat.

SER. SULLA, vid. in P. Cornelius Sulla.

SULMO, urbs in Pelignis. Att. VIII. 4. 12.

C. SULPICIUS OLYMPUS, Verr. I. 48. civis Romanus.

C. SULPICIUS, Gallus, Orat. I. 53. Brut. 20. Graecis literis et eruditus et eloquens. Consul fuit A. U. 587. cum M. Marcello. vid. Liv. XLV. 44. Off. I. 6. Sen. 16. astrologiae studiosus et peritus. Liv. XLIV. 3. et ibi Interpr. add. Plin. H. N. II. 12. et quos ibi laudat Harduinus. cf. Pigh. ad a. c. et inprimis ad A. U. 576.

C. SULPICIUS, Catil. III. 3. praetor Cicerone consule.

P. SULPICIUS RUFUS, Brut. 88. natus A. U. 629. Har. resp. 19. Trib. pl. A. U. 665. *Ibid.* 20. C. Iulio consulatum contra leges petenti longius resistens, fit popularis. Off. II. 14. huius eloquentiam accusatio illustravit C. Norbani. Catil. III. 10. a L. Sulla eiicitur. Brut. 49. 55. 56. 57. summus aetatis suae orator nullas orationes reliquit, quae extant P. Canutius post mortem scripsisse fertur. Orat. III. 3. interficitur. Brut. 63. 89. cf. ad Her. I. 15. IV. 2. Orat. I. 7. add. Vellei. II. 18. 19.

P. SULPICIUS, Verr. Act. I. 10. Trib. pleb. A. U. 684. Manutius ad Att XVI. 14. putabat ex hoc loco, ubi Cicero dicit: *Q. Manlium et Q. Cornificium duos severissimos atque integerrimos iudices, quod tribuni plebis tum erunt iudices non habebimus. P. Sulpicius iudex tristis et integer magistratum ineat necesse est Nonis Decembr.* ex hoc igitur loco intelligi Sulpicium potius aedilem plebis designatum, quam trib. pl. des. fuisse, quia de tribunis plebis proxime iam dixerit. Verum hoc argumento certi nihil efficitur. Etsi Manutius facile nobis persuadet aediles plebis, qui quasi ministri fuerint tribunorum plebis eodem die quo tribuni plebis i. e. Nonis Decembribus magistratum iniisse.

P. SULPICIUS ad quem scripta est epistola, Fam. XIII. 77. Caesaris legatus in Gallia fuit, et tempore belli Africani Illyrico praefuit cum Vatinio.

Q. SULPICIUS, Gallus, Orat. I. 53. filius C. Sulpicii Galli.

SER. SULPICIUS, Brut. 16. consul anno decimo post exactos reges: Unde gens Sulpicia; de qua vid. Cic. Muren. 7.

S. SULPICIUS, Q. F. Lemonia, Rufus. vid. Phil. VIII. 7. IX. 1. Mur. 3. accusat L. Murenam, cuius competitor fuerat, de ambitu. Fam. VIII, 6. Consul cum M. Marcello. A. U. 702. *ibid.* 10. cunctator est. *Ibid.* IV. 3. 4. Att. IX. 19. filium mittit contra Cn. Pompeium, cum Caesare facit. Fam. VI. 6. post praelium Pharsalicum a Caesare Achaiae praeficitur. Phil. I. 1. nullum Caesaris decretum post Idus Martias figendum censet. Brut. 40. in iure civili praeceptoribus usus est L. Lucilio Balbo et C. Aquilio Gallo. *Ibid.* 40 — 42. eximie laudatur eius iuris peritia, ars dialectica, et eloquentia. Mur. 7. ICtus. Phil. IX. 1. in legatione ad Antonium Mutinam obsidentem obiit; de cuius honoribus tota oratione sententia dicitur, in quam SCtum factum est. Fragmentum inscriptionis, quae ei pro Rostris posita est, vid. v. c. ap. Reines. Inscr. p. 504. Nomen Servii saepissime est apud Ciceronem. De quo singulis locis intelligendum sit, res et temporis ratio facile docebit. Ad eum aliquot epistolae Ciceronis exstant lib. IV. ad Familiares duaeque eius ad Ciceronem. IV. 5. et 12. *Ern.*

S. SULPICIUS, superioris fil. Att. IX. 19. contra Pompeium mittitur. Div. XI. 7. consobrinus D. Bruti. *Ibid.* IV. 3. 4. philosophiae et omnibus liberalibus studiis operam dat. Trib. pl. fuit A. U. 706.

SUMMANUS, Div. I. 10. Deus, cuius simulacrum in fastigio Iovis Capitolini positum erat, de caelo ictus. Caput eius ex responso haruspicum in Tiberi inventum. De Summano Ovid. Fast. VI. 731. negat se satis, qui sit, scire. Glossae Sumanus Ἅδης, Προμηθεύς Plinius H. N. II. 52. ei tribui dicit nocturna fulmina: quem sequitur Augustin. IV. 23. C. D. et alii: eoque pertinet inscriptio ap. Gruterum p. CXXI. n. 1. Lapis antiquus, in quo Iupiter Summanus exhibetur, illustratur in libro Benedictini Monachi: *Explication de divers monumens singuliers*, p. 334. *Ern.*

SUNIUM, promontorium, urbs et pagus Atticae. Att. VII. 3. XIII. 10. inde *Sunii* eius incolae, Leg. II. 2.

SURA, Fam. V. 10. nomen liberti.

SYBATA, pl. Att. V. 9. insulae tres prope Corcyram. Schol. Thucyd. ad I. 47.

SYLLUS, N. D. I. 33. Pythagoreus hoc nomine fuit. Sed is huius loci non est. Est enim de

Academicis sermo. Sed de *Syllo* Academico nil reperio. *Ern.*

SYNEPHEBI, Opt. g. or. 6. Tusc. I. 14. N. D. III. 29. Comoedia Menandri. Fin. I. 2. N. D. I. 6. Sen. 7. fabula Statii Caecilii.

SYNNADA, plur. urbs Phrygiae magnae; item *Synnas*, Att. V. 16. dicta. Fam. III. 8. XV. 4. Inde *Synnadense* forum Laodiceae actum. Att. V. 21.

SYPHAX, Inv. II. 34. rex Numidarum, primo Romanorum, deinde Carthaginensium socius. Victus in triumpho ductus est. Liv. XXX. extr.

SYRACUSAE urbs Siciliae, Brut. 16. Verr. I. 21. Fam. IX. 16. earum descriptio, Verr. IV. 52. earum soli caelique natura, Verr. V. 10. captae a M. Marcello, Verr. IV. 52. *Syracusanae Mensae*, Fin. II. 28. *Syracusiae Mensae*, Tusc. V. 35.

SYRACUSANUS PORTUS, Verr. V. 37. et quoties occurrit, intelligendus maior, nam minor dicebatur Laccius. vid. Dorvillius ad Charitonem p. 282. *Ern.*

SYRACUSII, Div. I. 20.

SYRI, Prov. cons. 5. nati servituti. N. D. III. 15. piscem venerantur. Verr. III. 33. eorum reges. Orat II. 66. Syri venales, Pis. 1. per ludibrium dicitur Piso Syrus de grege novitiorum.

SYRIA, Sext. 43. eius gazae opulentissimae. Agr. II. 19. eius rura. Verr. IV. 27. eius regum pocula. Dom. 9. opima fertilisque.

SYRIA mater Veneris quartae, quam ex Tyro concepisse dicitur. N. D. III. 23.

SYRIACI publicani, Q. Fr. II. 13.

SYRO, Fin. II. 35. Fam. VI. 11. Epicureus, amicus Ciceronis.

SYRUS, Att. XII. 22. XV. 11. Attici servus.

SYSPIRA, Att. II. 4. locus in Armenia celebris aurifodinis.

T.

P. TADIUS, Verr. I. 39. Videtur negotiatus esse Athenis, post Verris legatus in Sicilia. Verr. V. 25.

Q. TADIUS, Verr. I. 49. IV. 17. propinquus Verris. Testis contra Verrem. Hic fortasse est *Tadius*, cuius mentio. Att. I. 5. 8.

TAR-

TARQUINIUS Priscus, Div. I. 17. Legg. I. 1. ei ab aquila apex imponitur. Tusc. V. 37. Demarati filius. Sull. 7. rex peregrinus.

L. TARQUINIUS, Superbus, Rab. perd. 4. superbissimus et crudelissimus rex. Div. I. 22. ei. somnium portendens exsilium. Att. IX. 10. peregrinos contra patriam duxit Leg. II. 4. scripta eo rege nulla erat lex Romae de stupris. Tusc. III. 12. Cumis senio confectus est.

SEX. TARQUINIUS vim Lucretiae affert. Leg. II. 4.

L. TARQUITIUS, Att. VI. 8. Popma putat esse eum, cuius ap. Plinium in Catal. Auctor. L. II. libri de disciplina Etrusca commemorantur. *Ern.*

TARRACINA, Att. VII. 5. Orat. II. 59. Fam. VII. 23. VIII. 11. urbs Latii ad mare, quae et Anxur dicitur Volsco nomine.

TARRACO urbs Hispaniae meridionalis Deiot. 14.

TARSUS, caput Ciliciae, Fam. II. 17. Att. V. 20. *Tarsenses* pessimi socii. Fam. XII. 13.

TARTESSIUS, Att. VII. 4. a Tartesso, quae est urbs Baeticae Hispaniae ad ipsa Baetis ostia, alio nomine Carteia, ut vulgo Geographi tradunt. Sed Valesius ad Exc. Peiresc p. 72. docet Carteiam esse Calpen: Tartessus quae fuerit, non liquere. *Ern* Sen. 19. Tartessiorum rex Arganthonius. At ex hoc loco satis patet *Tartessum* eandem esse urbem, quae alias Gades dicitur.

L. TARUTIUS Firmanus, Div. II. 47. familiaris Ciceronum, homo in primis Chaldaicis rationibus eruditus, repetit natalem Romae a Parilibus, quibus a Romulo condita dicitur. Romam conditam dicit, quum in iugo luna esset, et eius fata praedicit.

T. TATIUS, Her. IV. 12. rex Sabinorum, qui ob raptas Sabinas bellum cum Romulo gessit

TAURI PYLAE, Att. V. 20. angustiae, per quas iter patet ex Cappadocia in Ciliciam, Curt. III. 2.

TAURISCUS, Orat. III 59. actor, eius dictum.

TAUROMINIUM, urbs Siciliae, unde *Tauromimitanus*, in Verr. II 66. it. III. 6. etc. de qua legendus Diod. Sic. XVI. p. 411.

TAURUS, mons Asiam pene totam mediam percurrens. Sext. 27. Fam. II. 15. Att. V. 16. Deiot. 13.

M. TAURUS, Q. Fr. III. 1. 2. de hoc nihil praeter hoc constat, quod fundum habuit confinem fundo Q. Ciceronis.

TAURUS, Fam. XII. 20. est is, quem A. U. 716, consulem suffectum fuisse putant, *L. Statilius.* Videtur legatus Calvisii Sabini fuisse, qui ex sortitione Antonii Africam petebat, quum eam Cornificius ex SCto obtineret. cf. *Minotaurus.* Quum autem provinciam Calvisius tum non obtinere posset, eius legatus tamen Taurus fuit A. U. 715. *Ern.*

TAYGETUS, mons Graeciae, a mari per totam Laconicam procurrens, ad usque Arcadiam. Div. I. 50.

TEANUM Appulum, Cluent. 9. 69.

TEANUM SIDICINUM, in Campania, Att. III. 11. 12. 13. diversum a Teano Appulo. De Sidicino capiendus est locus, Phil. XII. 11. quod non procul abest a Calibus, it. Agr. II. 31. 35.

TEBASSUS, Att. XIV. 10. nomen veterani Caesariani.

TEGEATAE, Div. I. 18. incolae urbis *Tegeae* in Arcadia.

TELAMO, Tusc. III. 18. 24. 29. patria pulsus est. Orat. II. 46. N. D. III. 32.

TELEPHUS, Flacc. 29. rex Mysiae, viam ostendit Agamemnoni.

TELLUS dea, Har. Resp. 10. N. D. III. 10. eius aedes. Dom. 38. Phil. I. 1. 13. II. 35. Att. XVI. 14. Q. Fr. III. 1.

TELMESSES, Div. I. 42. cives Telmessi. Graec. Τελμισσεῖς a *Telmesso.* Div. I. 11. urbe C..riae. Drakenborch. ad Livium XXXVII. 16. *Telmissus* scribendum censet. *Ern.*

TEMENITES Apollo, Verr. IV. 53 a *Temeno,* loco prope Syracusas, cuius incolae Temenitae. vid. Interpretes ad Sueton. Tiber. 74.

TEMNUS, Flacc. 18. oppidum Aeoliae.

TEMPE Reatinorum, Att. IV. 15. dicitur pro regione amoenissima.

TEMSA, Verr. V. 16. oppidum primum Bruttiorum. Scribitur etiam *Temesa* et *Tempsa.* Unde *Temsanum incommodum,* in Verr. I. 15 direptis Temsae a fugitivis. Aes Temesaeum, vid. Intt. ad Ovid. Metam. XV. init. *Ern.*

TENE, Att. VI. 2. pro quo alii, probante Graevio legunt *Tenea,* est vicus maritimus Achaiae, inter Corinthum et Mycenen. *Tenea,* Mela, Strabo. Plinius *Atene,* manifeste pro *Tenea.*

TENEDIA SECURIS, Q. Fr. II. 11. proverbio dicitur de iis rebus, quae praeciduntur et plane celeriterque auferuntur. Originem proverbii vide in Adag. Erasm. p. m. 1451. s. In nummis Tenediorum est Securis: de quibus extat libellus. *Ern.* vid. Ind. lat. in Securis.

TENEDUS, Verr. I. 19. insula Asiatica ad oram occidentalem Troiano agro opposita; unde *Tenedii*: in qua urbs eiusdem nominis. N. D. III. 15. Q. Fr. II. 11. Muren. 13. Arch. 9.

TENES, N. D. III. 15. conditor Tenedi, et Deus urbis. cf. Verr. I. 19.

TERENTIA Ciceronis uxor, Att. I. 5. articulorum dolores habet, *ibid.* I. 2. filium parit, *ibid.* II. 4. eius saltus ita placet Ciceroni, ut sibi Epirum possidere videatur, Fam. XIV. 4. exsul cupit in eius complexu emori, *ibid.* Q. Fr. I. 3. fidissima atque optima uxor, Fam. XIV. 2. trahitur a Vestae ad tabulam Valeriam, Fam. XIV. 1. rogatur a Cicerone ne vicum vendat, Fam. XIV. 5. provincia decedenti Ciceroni suavissima et optatissima dicitur, Fam. XVI. 9. simul cum Cicerone ex provincia redeunte Brundisium introit, Fam. XIV. 7. angitur adversa Ciceronis valetudine, Fam. IX. 9. ipsa minus belle se habet; mox tamen convalescit, Att. XI. 16. post reditum Ciceronis e bello civili dicitur scelerate quaedam facere, Att. XII. 24. intervertit partem pecuniae Ciceroni mittendae, Fam. IV. 14. a Cicerone dimittitur, A. U. 707 Att. XII. 18. reprehendit aliquid in obsignatoribus testamenti.

TERENTINA, Fam. VIII. 8. tribus rusticanae nomen.

TERENTIUS Vespa, Orat. II. 62.

TERENTIUS poeta comicus, Opt. gen. or. 1. differt ab Attico, Lael. 24. familiaris Laelii. Eius versiculi laudantur, Inv. I. 19. 23. ex Andria, Att. VII. 3. Fam. I. 9. N. D. II. 23. Off. I. 42. ex Eunucho. Fin. I. I. 1. V. 10. Tusc. III. 27. ex Heautontimorumeno. Tusc. III. 14. Att. II. 19. e Phormione.

TERENTIUS, Attici servus fugitivus, Att. VI. 1.

A. TERENTIUS, Caecin. 9. testis in Caecinam. Eundem esse puto, qui Fam. XVI. 12. A. Varro dicitur, quem A. 691. quaestorem fuisse reperio. *Ern.*

L. TERENTIUS, Att. XI. 17. Ex Africa, tempore belli civilis, clam emittitur per Nasidium Pompeianum.

P. TETTIUS accensus C. Neronis praetoris in Asia, Verr. I. 28.

TEUCER, Telamonis regis Salaminii filius, Her. I. 11. Tusc V. 37. a patre Salamine pulsus Cyprum navigavit ibique alteram Salamina condidit.

TEUCER Pacuvii, Orat. I. 58. tragoedia.

TEUCRIS, Att. I. 12. 13. 14. Ficto hoc nomine vulgo C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam designari putant. Sed potius videtur mulier designari, Antonii fortasse necessaria, quae pecuniam Ciceroni se soluturam promiserat, ac deinde promissa patravit.

THALES, Milesius, Orat. III. 34. in otio vixit. Leg, II. 11. eius dictum de Diis. Acad. IV. 37. ex aqua omnia esse dixit. N. D. I. 10. Deum ex aqua cuncta fingere. Div. I. 49. animadvertit olearum ubertatem fore, praedicit defectionem Solis.

THALLUMETUS, Att. V. 22. servus aut libertus Attici eruditus.

THARASO, Fam. II. 7. libertus C. Curionis Filii.

THASUS, insula Graeca ad Thraciae oram, Her. IV. 54. Pis. 36.

THAUMAS, N. D. III. 19. Iridis pater: quae inde Thaumantias a poetis vocatur.

THEANUM, vid. Teanum.

THEBAE, urbs Boeotiae. Fat. 4. ibi crassum caelum.

THEBANI, Inv. II. 23. Lacedaemonios superarunt. Brut. 13. Thebanus orator nullus.

THEBE, Inv. II. 49. Alexandri Pheraeorum tyranni uxor. Off. II. 7.

THELXIOPE, N.D. III. 21. Musa ex primis quatuor Iove altero natis.

THEMISTA, Fin. II. 21. Pis. 26. est Epicurea, Lampsacena. De qua vid. Menag. ad Laërt. X. 5. et Hist. Mul. phil. p. 498.

THEMISTAGORAS, Verr. I. 33. Lampsacenus.

THEMISTOCLES, Off. I. 22. quamvis sit eius nomen quam Solonis illustrius citeturque Salamis clarissimae testis victoriae, quae anteponatur consilio Solonis ei, quo constituit Areopagum, non minus praeclarum hoc, quam illud iudicandum est. Acad. IV. 1. eius memoria. Off. II. 74. ad eum doctus homo accessisse dicitur eique artem memoriae pollicitus esse se traditurum, eique Themistocles respondisse: gratius sibi

illum esse facturum, si se oblivisci quae vellet, quam si meminisse docuisset. Brut. 7. quum prudentia tum etiam eloquentia praestitit. Orat. III. 16. faciendi dicendique sapiens. Off. I. 30. taciturnus, dissimulator, insidiis aptus. *Ibid.* II. 20. interrogatus, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret, *ego vero, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam quae viro.* Sext. 67. eum conservatorem patriae non deterruit a re publica defendenda Miltiadis calamitas Arch. 9. dixisse dicitur, quum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret; *eius a quo sua virtus optime praedicaretur.* Tusc. I. 46. ante Salaminam ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam. Sen. 3. Seriphio cuidam fertur in iurgio dixisse, quum ille dixisset, non eum sua sed patriae gloria splendorem assecutum: nec, hercule, si ego Seriphius essem, nobilis, nec tu si Atheniensis esses, clarus umquam fuisses. Tusc. I. 2. quum in epulis recusasset lyram habitus est indoctior Tusc. IV. 19. noctu ambulabat in publico, quod somnum capere non posset, quaerentibusque respondebat, Miltiadis tropaeis se e somno suscitari. Fam. V. 12. eius fuga. *Ibid.* laudatur ab Herodoto, Att. X. 8. item a Thucydide. Off. III. 11. eius consilium de incendenda Lacedaemoniorum classe perutile quidem, sed minime honestum, auctore Aristide repudiatum. Brut. 10. 11. mors eius fabulosa Att X. 8. Themistocleum consilium, tribuitur Pompeio, qui existimabat, qui mare teneat, eum necesse esse rerum potiri. Orat. II. 84. Fin. II. 35. laudationes extiterunt Themistoclis. Fin. II. 21. in Epicuri schola nunquam Themistoclis aliorumque clarorum virorum nomen auditur.

THEODECTES, Phaselites, Orat, 51. 57. Aristotelis auditor, in arte in primis oratoria, itemque Isocratis. vid. Laërt. V. 24. et ibi Menag. Valer. M. VIII. 14, 3. et Suidas in N. vid. Tusc. I. 24. eius insignis memoria. Quintil. Inst. Orat. XI. 2, etc.

THEODORUS, Byzantius, Brut. 12. Sophista Socratis temporibus in arte subtilis, in orationibus ieiunus. Scripsit aliis orationes. Orat. 12. a Socrate in Platonis Phaedro appellatur λογοδαιδαλος, vid. Quintil. III. 1. Apud Laërtium II. 104. civilibus orationibus clarus dicitur. Orat. 13. in dicendo praefractior nec satis rotundus.

THEODORUS, Cyrenaicus, N. D. I. 1. 23. 42. deos tollit, unde Atheus dictus, et tum Athenis tum Cyrenis eiectus est. vid. Laërt. II. 86. 101. s. Tusc. I. 43. Tusc. V 40. mortem crudelem contemnit, quam ei rex Lysimachus minatur propter libertatem linguae. Ad eum missus erat a Ptolemaeo, Lagi filio, apud quem diu moratus est. Laërt. l. c. 102. Ab eo dicuntur Theodorii. Cave confundas cum Theodoro Cyrenaico, Geometra, quo Plato praeceptore usus est, cuius mentionem etiam Xenophon facit in Memorabil.

THEODORUS, Verr. IV. 51. Ennensis Senator.

THEODOSIUS, legatus, Har. Resp. 16. Chius.

THEOMNASTUS, Verr. II. 5. 21. III. 14. Syracusanus. Verr. IV. 66. Theoractus dicitur contumeliae causa.

THEOPHANES, Mitylenaeus, sed et Lesbius dicitur, Arch. 10. Att. II. 5. res Pompeii scripsit versibus. Ab eo civitate donatus est. Unde posteri eius Pompeiorum nomine Romae fuere. vid. Rykius ad Tac. A. VI. 8. Balb. 25. Att. VII. 7. Balbum Gaditanum adoptat. *Ibid.* II. 5. familiarissimus Pompeio, particeps consiliorum eius. *Ibid.* V. 1. plurimum apud Pompeium valet. cf. *ibid.* II. 12. 17. etc. item Plutarch. in Pompeio. Manutius in Argum. Or. pro Balb. libertum Pompeii facit, refutatus a Fabretto ad Inscr. ant. p. 478. vid. Burm. ad Vellei. II. 18. *Ern.*

THEOPHILUS, Fam. IV. 9. 10. libertus M. Marcelli.

THEOPHRASTUS, Aristotelis auditor, Orat. 19. 24. quod nomen a divinitate loquendi, quum antea Tyrtamus appellaretur, invenit. Orat. 12. eius iudicium de Herodoto et Thucydide. Att. II. 16. vitam theoreticam practicae anteponit. N. D. I. 13. inconstans est in sententia de Diis. Acad. I. 10. negat in virtute sola esse beate vivere, propterea reprehenditur Tusc. V. 9. Inv. I. 55. Syllogismum oratorium quinquepartitum facit. Brut. 47. ab anicula hospes vocatur. *Ibid.* 9. praeceptor Demetrii Phalerei. *Ibid.* 51. Tusc. V. 9. elegans et suavis. *Ibid.* 37. peregrinatus est. *Ibid.* III. 28. moriens naturam accusat. Leg. II. 6. auctor haud deterior Timaeo. Orat. I. 10. is et Aristoteles plura de philosophia scripserunt, quam omnes dicendi magistri. Att. II. 3. liber eius περὶ φιλοτιμίας: pro quo Tunstallus Ep. ad Midleton. p. 141. facit περὶ πολιτείας: qualem scri-

ptum ab eo testis Laërtius V. 45. eoque tum opus erat Ciceroni de Re publica scribenti. Vulgatum est e coniectura Victorii. Tusc. V. 9. Fin. V. 5. eius liber de vita beata. Off. II. 16. de divitiis. Tusc. III. 10. Callisthenes, h. e. de luctu, quo luget mortem Callisthenis amici sui etc. N. D. I. 33. Leontium meretricula Epicurea contra eum scripsit.

THEOPOMPUS, Leg. III. 7. Lacedaemonius, qui Ephoros instituit.

THEOPOMPUS, Orat. II. 13. Chius, Isocratis discipulus, scripsit historiam libris XII. initio facto, ubi Thucydides desiit, complexus annos 17. vid. Diodor. Sic. XIV. p. 305. Off. II. 11. Leg. I. 1. fabulosus est. Att. XII. 40. liber vel epistola ad Alexandrum M. *Ibid.* XII. 6. Theopompinum genus, est mordax scribendi genus, quo usus est Theopompus; eo se dicit Cicero usurum in ἀνεκδότοις. Brut. 17. officit Philisto. *Ibid.* 56. acerrimo ingenio fuit.

THEOPOMPUS, Att. XIII. 7. Cnidius, familiaris Caesaris. Estne hic, quem C. Trebonius Asia expulisse dicitur? Phil. XIII. 16. Alius, ni fallor, est ad Q. Fr. I. 2. 2. fortasse de cohorte Q. Cic. in provincia. *Ern.*

THEORACTUS, Verr. IV. 66. vid. Theomnastus.

THERAMENES, Tusc. I. 39. in ipso mortis articulo ludit in Critiam, cuius opera ad mortem damnatus erat. vid. Xenoph. Hist. Gr. L. II. etc. Orat. II. 22. eius scripta Ciceronis aetate nulla extitere. *Ibid.* III. 16. ob faciendi dicendique sapientiam floruit. Brut. 7. eius et aequalium dicendi genus.

THERICLEA, Verr. IV. 18. ex lectione Graevii: sunt pocula, quae nomen habent a Thericle, figulo Corinthio, qui certum genus poculorum excogitavit, neque solum figlina, sed etiam ex alia materia. Nam v. c. ep. Joseph. A. XI. 1. sunt θηρίκλεια χρύσεια inter vasa, quae Cyrus Iudaeis reddidit. Sed quidam eum τορευτήν faciunt. Eius mentio et apud Lucian. Lexiph. c. 7. Athenaeum IX. 470. E. v. inpr. Bentleius de Phalaridis Epistolis. Vixit tempore Aristophanis Comici. vid. Iunius in Catal. Pictor. etc. sed inprimis Salmasium ad Solinum, p. m. 134. sqq. *Ern.*

THERMAE, Verr. II. 35. oppidum Siciliae; unde Thermitani, *ibid.* 45.

THERMOPYLAE, angustus transitus per praeruptos montes, silvis impervios, ex Thessalia in Boeo-

tiam et Locridem, Leonidae praesertim suorumque militum virtute et morte clarus. Fin. II. 30. Tusc. I. 42. Off. I. 18. apud Thermopylas Cato maior depugnavit tribunus militaris M' Acilio Glabrione consule. Sen. 10.

A. THERMUS, e Minuciis, Flacc. 40. bis, Cicerone defendente, absolutus est magno populi gaudio, post praeturam

Q. Minucius THERMUS, Fam. II. 17. Asiae propraetor A. U. 701. sqq. antea Att. I. 1. curator viae Flaminiae. Phil. XIII. 8. Pompeium Cn. F. hortatur, ut ad Mutinam eat cum suis copiis. Ad eum sunt epistolae. Fam. II. 18. XIII. 53. 57.

THESEUS, N. D. III. 18. Neptuni filius. Off. I. 10. N. D. III. 31. III. 24. Pater Hippolyti, a Neptuno petit, ut ab equis eius laceretur filius. Neptunus quae promisit, praestat Leg. II. 2. Atticos ex agris in urbem compulit. Tusc. III. 13. 24. versus in Euripidis tragoedia eius personae tributi. Tusc. IV. 22. iratus non fuit quum Marathonii tauri cornua comprehenderet. Fin. I. 20. eius et Pirithoi amicitia.

THESPIAE, urbs Boeotiae sub Helicone ad sinum Crisseum, Musis sacra, quae inde *Thespiades* dicuntur. Verr. IV. 2. Fam. XIII. 22.

THESPROTIA, regio et urbs Epiri, ad sinum Ambracium. Att. VI. 3.

THESSALIA pars Graeciae inter Macedoniam, Epirum et mare Aegeum. Orat. II. 86. Flacc. 26.

THESSALONICA, urbs Macedoniae, ad sinum Thermiacum. Her. Resp. 16. Planc. 41. Pis. 17. Att. I. 17. III. 8. Fam. XIV. 2. Ibi Cicero exsul commoratur. Fam. XIV. 1. sqq. Att. III. 8. sqq. Inde *Thessalonicenses*, Prov. cons. 2.

THESSALUS, Verr. I. 23. Lampsacenus.

THEUDAS, Fam. VI. 10. libertus Trebiani.

THEUTONI, Manil. 20. populi Germaniae veteris ad sinum Codanum, et in insulis eius sinus, de quibus vid. Cellar. Diss. de Cimbris et Teutonis. *Ern.*

L. THORIUS Balbus, Sp. F. Fin. II. 20. 22. Lanuvinus (unde in numo eius quaestorio Iuno Sospita) voluptuosissimus. Pighius ad A. U. 673. eundem putat, qui Brut. 67. L. Turius dicitur, parvo ingenio, sed multo labore, cui paucae centuriae ad Consulatum defuere. Sic etiam Valens in familia Thoria p. 471. T. II. v. L. Turius, L. Thorius fuit trib. pl. A. U. 678. *Ern.*

THYONE, N. D. III. 23. uxor Nisi, mater Bacchi, quam Semelen interpretantur.

THYREUM, Fam. XVI. 5. oppidum Acarnaniae prope mare et urbem Leucadem.

TIBARANI, s. TIBARENI, Fam. XV. 4. populi Eleutherocilicibus finitimi, a Cic. victi.

TIBERINUS deus fluvii Tiberis. N. D. III. 20.

TIBERIS fluvius, Flacc. 29. Att. XIII. 33. corporibus civium completus. Sext. 35. *Tiberinum* ostium Manil. 12. Fin V 24. *Tiberina decursio* Africani minoris, quum Carthagine capta ad urbem rediret.

TIBERIUS, Att. V. 21. amicus Attici, Q. Volusi socer.

TIBUR, oppidum Latii ad Anienem amnem, Phil. VI. 4. XIII. 9. Att. XVI. 3. Unde *Tiburs*, Orat. II. 55. 65. Att. VIII. 14. ager, circa Tibur. *Tiburtinum* Scipionis, Phil. V. 7. praedium in agro Tiburtino. Fam. VIII. 14. Tiburs Lepidi. Cluent. 51. *Tiburs fundus.*

C. TIDIUS Strabo, Fam. XII. 6. ad C. Cassium in Syriam se confert, Caesare interfecto. Manut. malebat *Titius*: ut esset L. Titius Strabo, de quo Fam. XIII. 14. C. Tidium Strabonem inter provinciales praetores refert Pighius ad A. U. 700. *Ern.*

M. TIGELLIUS, *Hermogenes*, Fam. VII. 2. a Licinio Calvo acriter perstringitur. Att. XIII. 49. 51. De hoc homine Sardo, libertino, vid. Horat. Serm. I. 2.

TIGRANES, Manil. 2. 9. rex Armeniae, gener Mithridatis. Sext. 27. a L. Lucullo vincitur. Cn. Pompeius in suis castris supplici insigne regium restituit et regnare eum iubet. Att. II. 4. ad eum Clodius legatus ire volebat.

TIGRANES, filius superioris, Att. III. 8. P. Clodius, qui eum captivum e custodia surripuit et dimisit, non punitur. In custodiam coniecerat et Romam perduxerat Cn. Pompeius; Dio XXXVI. p. 27. De hoc facinore Clodii vid. eundem XXXVIII. p. 78. *Ern.*

TIGURINUS AGER, pagus Helvetiorum circa Tigurum, fragm. or. pro Tullio.

L. TILLIUS CIMBER, Phil. II. 11. de percussoribus Caesaris: quum ante acerrimus partium Caesarianorum propugnator fuisset. Senec. de Ira III. 30. Fam. XII. 13. classem in Bithynia comparat, paullo post mortem Caesaris. Eam provinciam a Caesare adhuc

TIMOLEON, imperator Corinthius, cuius vita est apud Cornelium Nepotem, Fam. V. 12. eius res gestae proditae sunt a Timaeo.

TIMON, Tusc. IV. 12. Amic. 23. Atheniensis, fugit congressus hominum.

TIMOTHEUS Cononis filius, Tusc. V. 31. Atheniensis imperator cenas Academicorum laudat. Orat. III. 34. summus imperator idemque doctissimus, Isócratem praeceptorem habuit, Off. I. 32. belli gloria patre non inferior.

TIMOTHEUS, Milesius, Leg. II. 15. quum plures quam septem nervos in fidibus haberet, Lacedaemonii eos demi iusserunt. Rem paullo aliter narrat Athénaeus L. XIV. c. 9. ex Artemone περὶ Διονυσιακῶν ἐπιστήματος, cf. Leopard. Emend. III. 14. ubi decretum Lacedaemoniorum in hunc Timotheum emendatur et explicatur. *Ern.*

TIMOTHEUS Terentiae libertus, Att. VI. 5. tecte describitur, qui sit Cononis patri συνώνυμος.

T. TINCAS, Placentinus, Brut. 46. homo dicax et facetus.

TIRENUS PONS, Att. XVI. 13. Codd. in hoc nomine variant. Sed haec est optimorum lectio. Fuit Minturnis, fortasse in Fluvio Liri. Nam is Minturnas praeterlabitur. *Ern.*

TIRESIAS, N. D. II. 3. Tusc. V. 39. Div. I. 40. II. 3. augur clarus et praestans, sed oculis captus.

TIRO, Div. VII. 29. servus, deinde libertus Ciceroni cui studiorum socius et administer fuit, item et filio et Q. fratri carissimus, ad eum sunt epistolae L. XVI. A. U. C. 708. incidit in morbum, de quo Cic. ad eum scripsit. Fam. XVI. 10. 13 — 15. 18. deinde Ciceronem procos. in Ciliciam comitatus, quum ille provincia decessisset in itinere Patris in morbum incidit, ibi Cicero eum Lysoni hospiti Patrensi commendavit Fam. XIII. 19. et Curio VII. 28. XIII. 19. itemque Asclaponi medico. Cf. Fam. XIII. 4. 5. 9 ex quo demum quum Cicero ad urbem venisset convaluit. Tertii eius morbi mentio fit in epistolis A. 708. ut videtur, scriptis. Fam. XVI. 17. 20. 22. Manumissum esse a Cicerone, A. U. 699. ex epistola Q. fratris. Fam. XVI. 16. intelligitur. coll. XVI. 18.

TIRO, Phil. II. 4. V. 6. est Numisius Tiro, de sicariis Antonii triumviri.

sisse, et Pompeianis partibus favisse: quod nescio an in P. hunc conveniat, qui in toto tribunatu Ciceroni, aliisque huius sectae adversatus est, P. Cascae collegae tribunatum abrogavit, et legem per vim tulit, de triumviris reip. constituendae in quinquennium creandis etc. vid. Pighius ad A. 710. Ceterum hic est Titius, qui Appium minorem reum fecit de vi. Fam. VIII. 8. nam vocatur emissarius Servilii. *Ern.*

SEXT. TITIUS, Orat. II. 11. tribunus pl. seditiosissimus, A. U. 554. Antonio Oratore et Albino Consule, a quo leges Titiae dicuntur. Multa contra remp. fecit, ei resistit Antonius. Idem in eum testimonium dixit, quum postea reus factus esset. Brut. 62. loquax et acutus, sed mollis in gestu. Ab eo saltationis genus molle nomen Titius accepit. Orat. II. 66. se Cassandram dicit, quod vera diceret, nec fidem inveniret. Rab. Perd. 9. condemnatus est, quod Saturnini imaginem domi suae haberet. Nescio an hic sit, qui Orat. II. 62. III. 23. nimis studiose pila lusisse, et signa sacra noctu fregisse dicitur. Non dubitat Corradus ad Brut. p. 341. *Ern.*

T. TITIUS, T. F. Fam. XIII. 75. Legatus Pompeio rei frumentariae praefecto. Hic est fortasse, ad quem epistola 16. L. V. perscripta est. cf. P. Titius. Idem videtur esse apud quem Cicero fuit in Anagnino. Q. Fr. II. 7.

TITIUS, Fam. VII. 12. Epicureus, si sana lectio est. Sed alii, ut Manutius, malunt, *Titus* h. e. Atticus, alii, quod Graevius recepit, *Seius*.

TITURIUS, Font. 5. Videtur de cohorte M. Fonteii fuisse, aut portitor Tolosanus.

M. TITURNIUS Rufus, Fam. XIII. 39. unus ex Titurnia familia reliquus est.

TLEPOLEMUS, Verr. III. 28. Graecus, pictor de cohorte Verris. IV. 13. 21. Cibyrata dicitur per iocum, quia Verri tamquam venator vasorum fuit.

TMOLITES, pro Flacc. 3. qui habitat in *Tmolo*, pro Flacc. 19. monte Lydiae, odoribus celebri.

TOLOSA, oppidum Galliae Narbonensis, Font. 5. Unde Tolosanum aurum, N. D. III. 30. est, quod Q. Servilius Caepio e templo Tolosano sustulit. Orat. II. 47. ea de causa a C. Norbano reus factus et condemnatus dicitur.

TONGILIUS, Catil. II. 2. de coniuratis Catilinariis fuit, et Catilinae scortum.

TORANIUS, Fam. VI. 20. Pompeianus, exul. Praetorius fuit, quem postea filius C. Toranius, Triumvirorum partes secutus, Triumviris prodidit, a quibus interfectus est. vid. Valer. M. IX. 11. *Ern.*

A. MANLIUS TORQUATUS, Planc. 11. Africae praetor A. U. 676. mirifice laudatur. Eius frater patruelis est *T. Torquatus* T. F. de quo infra.

A. MANLIUS TORQUATUS, Fin. II. 22. amicus Ciceronis summus. Att. V. 1. vir optimus. Fam. VI. 1. Athenis exulat, quod contra Caesarem steterat. Praetor fuit. A. U. 701.

A. MANLIUS TORQUATUS, Leg. II. 22. de quo sermo sit, ex re non satis certo iudicari potest. Forsan is est, qui Censor A. 506. et deinde bis Consul fuit. A. U. 509. et 512.

L. MANLIUS TORQUATUS, L. F. Cat. III. 8. Agr. II 17 etc. Consul cum Cotta. A. U. 689. Pis. 31. pro Cicerone apud L. Pisonem intercedit. *Ibid.* 19. Macedoniam Cicerone referente obtinet, et Imperator a Senatu appellatur. Brut. 68. elegans in dicendo, in existimando prudens, toto genere perurbanus. Eius filius est qui sequitur.

L. MANLIUS TORQUATUS, L. F. L. N. Sull. 2. accusat adolescentulus P. Sullam de ambitu, et ita facit, ut pater Consul fiat. Att. IV. 16. de accusatione Gabinii cum P. Sulla contendit. VII. 12. negat Pompeium extra Italiam sequendum. IX. 8. sequitur cum fratre Pompeium extra Italiam. Fin. I. 5. Epicureus; itaque inducitur eo libro disputans cum Cicerone et Triario de finibus. Brut. 76. non tam rhetor, quam πολιτικος, in eo literae interiores et reconditae, divina memoria summa verborum et gravitas et elegantia. Atque haec omnia vitae decorabat dignitas et integritas. Praetor fuit A. U. 704.

T. MANLIUS TORQUATUS, L. F. Tusc. IV. 22. qui primus Torquatus dictus est. vid. Liv. VII 10. vid. Manlius.

T. MANLIUS TORQUATUS, Fin. I. 7. collega Cn. Octavii in Consulatu A. U. 588. eius filius, a D. Silano adoptatus, quum in Praeturae Macedoniae pecunias cepisse diceretur, pater, re cognita, eum vetuit

in

in conspectum venire. Male editur L. Torquatus. Nam Fasti habent T. ut Epit. Livii 54. *Ern.*

T. TORQUATUS, T. F. Planc. 11. Auli Africae praetoris frater patruelis. Brut. 70. doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis, plus facultatis ad dicendum habuit quam voluntatis. Ad consulatum venisset sublato ambitu, si vixisset.

TRABEA, Fam. IX. 21. poeta comicus. Tusc. IV. 31. eius versiculi. Fin. II. 4.

TRACHINIAE, tragoedia Sophoclis, Tusc. II. 8.

TRALLES, urbs Lydiae nobilis ad Maeandrum fluvium, ex vulgari opinione, quam dubiam reddidit nuper Cel. Wesseling. ad Hieroclem p. 659. Agr. II. 15. Fam. III. 5. Att. V. 14. Q. Fr. I. 1. unde *Tralliani.* Flacc. 22. Orat. 70. Phil. III. 6. *Ern.*

TRANSALPINAE gentes, Phil. VIII. 6. *Transalpinum* bellum. Catil. III. 2. Manil. 10. Off. II. 8. *Transalpini sanguinis* cognatio materna tribuitur Pisoni p. Red. in Sen. 7. quia Calventii hominis Transalpini, qui Placentiae consederat, filia mater Pisonis Caesonini fuit.

TRANSPADANI Galli, Att. VII. 7. Fam. XVI. 11. Caesari promissae civitatis beneficio devincti, quam iis dictator dedit. Fam. XII. 5. clientes Cassii Off. III. 22. *Transpadanórum causa* scil. qui data Cispadanis civitate, sibi quoque eam dari aequum esse dicebant, quam deinde Caesare dictatore obtinuerunt. Fam. VIII. 1. Att. V. 1. *Transpadana comitia* sic intelligenda. Pompeius A. 702. volebat Transpadanos, qui ius Latinum haberent accipere ius municipiorum, ut Romam venire et suffragia ferre possent. Inde Cic. ait rumorem esse de Transpadanis eos iussos IV viros creare, qui scilicet municipiorum magistratus erant. Fam. II. 17. *Transpadani alarii* sunt equites auxiliarii trans Padum lecti, quibus Cicero se uti negaverat in bello contra Parthos quod instare putabatur.

C. TREBATIUS TESTA, Fam. VII. 12. Epicureus fit. *Ibid.* 5. commendatur Caesari Galliae proconsuli, Top. I. Topica sibi a Cicerone explicari vult. ICtus fuit, ad quem multae et facetae sunt L. VII. epistolae. Tribunus pl. A. U. 706. de eo vid. Menag. Amoen. I. C. c. 14. Fam. VII. 20. eius possessiones Velienses. Fam. XI. 27. communis Ciceronis et Matii amicus. Att. IX. 9. de bello civili nihil bene sperat.

putat esse eum, qui praetor post fuit, et de re rustica scripsit: cuius villam, quem ipsum valde laudat Varro de R. R. I. 2. Unde Scrofae cognomen ortum sit, quod huius avus primus tulit, ipse sic narrat apud Varronem de re rustica. II. 4. *Avus meus primum appellatus est Scrofa, qui quaestor quum esset Licinio Nervae praetori in Macedonia provincia relictus* (A. U. 611.) *qui praeesset exercitui, dum praetor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Avus quum cohortaretur milites, ut caperent arma atque exirent contra, dixit, celeriter se illos, ut scrofa porcos disiecturum; id quod fecit. Nam eo praelio hostes ita fudit ac fugavit, ut eo Nerva praetor imperator sit appellatus, avus cognomen invenerit, ut diceretur* Scrofa. *Itaque proavus ac superiores de Tremelliis nemo appellatus* Scrofa, *nec minus septimus sum deinceps praetorius in gente nostra.* Aliam eius cognominis rationem narrat Macrobius Sat. I. 6. quae tamen facetior videtur, quam verior. *Tremellius*, inquit, *cum familia atque liberis in villa erat. Servi eius quum de vicino scrofa erraret, surreptam conficiunt. Vicinus advocatis custodibus, omnia circumvenit, ne qua haec efferri possit, atque dominum appellat, restitui sibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem comperisset scrofae cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat, quaestionem vicino permittit. Quum ventum est ad cubiculum verba iurationis concipit nullam esse in villa sua scrofam, nisi illam quae in centonibus iaceat. Lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio Tremellio Scrofae cognomen dedit.*

Q. TREMULUS, e Marciis, Phil. VI. 5. Hernicos vicit, statua eius in foro posita. Is, qui Consul bis fuit A. 447. et 455.

TRES TABERNAE, Att. I. 13. locus in via Appia, cuius in descriptione itineris Paullini mentio fit: ad quem diverti viatores et cibo vinoque se reficere poterant.

C. TRIARIUS, e Valerius, Fin. I. 5. amicus Ciceronis, vir gravis et doctus, minus delectatur Epicuro, quod ornamenta Platonis, Aristotelis, etc. neglexit. Att. XII. 28. eius liberis tutor est Cicero. Brut. 76. eius plena fuit literatae senectutis oratio, gravis. Bello civili periit. Hunc locum male refert ad L. Triarium Pighius ad A. 672. Videtur eum verbum *senectutis* mo-

visse. Sed additur: *in illa aetate*, h. e. quamvis tum adolescens esset. Deinde quod cum Torquato iungitur, id ipsum docet, de C. sermonem esse. vid. de Fin. l. c. Tribunus plebis fuit A. 702. et a Cn. Pompeio in bello civili classi praefectus. Caes. B. C. III. 5. Fam. VIII. 7. eius soror Paulla Valeria divortium facit et D. Bruto nubit. Manutius ad h. l. male appellat P. Triarium. Nam loci Ciceroniani, quos profert, ostendunt, eum de Caio loqui voluisse. Nisi forte ista fuit P. soror, et locos illos male de eo accepit. *Ern.*

L. TRIARIUS, Verr. I. 14. quaestor urbanus, A. U. 672.

P. TRIARIUS, L. F. Att. IV. 16, 17. Q. Fr. III. 2. accusat M. Scaurum, defendit Cicero. vid. Ascon. arg. Or. pr. M. Scauro.

TRICIPITINUS, e Lucretiis, Leg. II. 4. Lucretiae pater.

TRIETERIDES, N. D. III. 23. sacra Bacchi e Niso et Thyone nati.

TRIOCALINUM, Verr. V. 4. a *Triocalis*, oppido Siciliae mediterraneae inter Himeram fluvium et Crimissum.

TRIPTOLEMUS, Her. IV. 6. Tusc. I. 41. Verr. IV. 49. notus ille auctor et inventor agriculturae in Graecia, de quo est in fabulis.

TRITANNUS, Fin. I. 3. Centurio viribus insignis, de quo vid. Plin. H. N. VII. 20. Solin. c. 4.

TRITIA, Att. VI. 2. urbs maritima Achaiae.

TRITO, N. D. I. 28. II. 35. Deus marinus. Att. II. 9. iocose dicuntur Lucullus aliique divites qui piscinis delectabantur *Tritones piscinarum.*

TRITOPATREUS, N. D. III. 21. Iovis et Proserpinae filius.

TROAS, Q. Fr. III. 6. tragoedia Q. Ciceronis.

TROEZENE, urbs Argolidis. Ibi bello Persico depositae Atheniensium mulieres et liberi, Off. III. 11.

TROGINI, Div. II. 37. Troginorum tetrarchia dicitur Deiotaro a Caesare erepta. Sed nemo veterum Troginos memorat: unde I. Gronovius *Trogmorum* coniiciebat. vid. Cellar. G. A. III. 4. Davies ad h. l.

TROGLODYTAE, Div. II. 41. populi Africae varii, in speluncis habitari soliti. Errant enim, qui unum certum populum hoc nomine dici putant.

TROGMI, vel TROCMI, populus Galatiae Liv. XXXVIII. Vid. *Trogini.*

TROGMORUM tetrarchia, Div. II. 37.

TROIA, urbs Troadis in Asia minori, Sen. 10. Eam brevi perituram praesagit Agamemnon, si decem habeat Nestoris similes. Homer. Iliad. B. 372. Troica tempora, Brut. 10. Troianis Helena causa belli, Phil. II. 22. Troianus equus. Orat. II. 23. Verr. IV. 23. Phil. II. 13. Troicum bellum a Calliphone narratum. Fam. V. 12.

TROIANUM praedium Phameae vicinum agro Antiati, quod Cicero emere cogitabat, Att. IX. 13.

TROILUS, Tusc. I. 39. Priami filius ab Achille interfectus.

TROMENTINA, Att. IV. 16. tribus populi Rom. rusticana, a campo Tromento. Festus.

TROPHONIANUS, Att. VI. 2. *Trophoniana Charonis* narratio est de eo, qui in antrum Trophonii descendit, quod in Boeotia fuit. Scil. Dicaearchus in libro *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* loquentem Chaeronem induxerat, et de alicuius descensu in illud antrum narrantem.

TROPHONIUS, N. D. III. 19. 22. Valentis et Phoronidis filius, idem cum Mercurio ex his genito. Div. I. 34. prope Lebadiam ei sacra fiunt; ubi sc. notum illud antrum Trophonii fuit. Alius ab hoc est

TROPHONIUS, Tusc. I. 47. qui aedificavit templum Delphicum; eius votum.

TRUCULENTUS comoedia Plauti, Sen. 14.

TRUENTINUM CASTRUM, Att. VIII. in agro Piceno oppidum ad ostium fluvii Truenti, unde nomen accepit.

TRYPHO, Att. III. 8. Fam. XIII. 61. est nomen servile.

L. AELIUS TUBERO, Ligar. 7. cum Cicerone una domi eruditus, post affinis, in omni vita familiaris etc. Planc. 41. Q. Fr. I. 1. 3. legatus Q. Ciceronis in Asia. Lig. 8. Sortitus belli civilis initio ex SCto Africam provinciam, quam Considius obtinuerat, quum eam a Varo iam occupatam invenisset, ad Cn. Pompeium in Macedoniam se contulit. Restitutus est post a Caesare cum filio Quinto, de quo mox.

P. TUBERO, Q. F. P. N. Orat. II. 84. Africanum avunculum laudavit, scripto C. Laelii.

Q. TUBERO, Q. F. P. N. Muren. 36. Stoicus, Africani sororis filius, eius perversam sapientiam in funere Africani aegre fert populus, proptereaque praetura excidit. Brut. 31. in triumviratu iudicavit contra avunculum Africanum. Eius orationes in Gracchum. Ex h. l. colligit Pighius, eum trib. pl. A. 620. fuisse, cf. de Orat. III. 21. Att. IV. 16. de patre utriusque, L. Paulli genero, vid. Plinium H. N. XXXIII. 11. Val. M. IV. 4. *Ern.*

Q. TUBERO, L. F. Lig. 1. 5. accusat Ligarium de vi. In bello civili Pompeium cum patre secutus est, post a Caesare restitutus. Quum in causa Ligariana non vicisset, ad ius civile se contulit.

P. TUBERTUS; e Postumiis, Leg. II. 23. primo Valerii Poplicolae, et deinde Menenii Collega fuit. In urbe sepultus est, eiusque posteri hoc ius tenuerunt.

L. TUBULUS, ex Hostiliis, Fin. II. 16. Praetor, et quidem, ut est Att. XII. 5. L. Metello et Q. Maximo Coss. h. e. A. U. 611. pecunias capit ob res iudicandas, et decreta de ea re quaestione fugit. cf. *ibid.* IV. 28. V. 22. N. D. I. 23. III. 31. fr. or. p. Scaur. Perizon. Triga Diss. p. 152. extr. credit esse nepotem C. Hostilii Tubuli, praetoris urb. A. U. 544. cuius frequens mentio ap. Livium L. XXVII. sqq. *Ern.*

M' TUCCIUS, Fam. VIII. 8. accusat C. Sempronium Rufum, et ab eodem accusatur. vid. Drakenb. ad Liv. epit. 20.

CN. TUDICIUS, Cluent. 70. Senator.

C. SEMPRONIUS C. F. TUDITANUS, pater eius qui proxime sequitur, proavus Hortensii oratoris, fuit inter decem legatos qui post captam Corinthum missi sunt ad Achaiam provinciam ordinandam, Att. XIII. 6.

C. SEMPRONIUS C. F. C. N. TUDITANUS, A. U. 624. Quaestor provincialis A. 608. Tribunus plebis A. 613. Aedilis curulis. A. 615. praetor A. 621. consul cum M' Aquillio A. U. 624. quum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus. Brut. 25. avus Hortensii oratoris. Att. XIII. 6. 30. 32.

M. SEMPRONIUS C. F. M. N. TUDITANUS quaestor provincialis fuit. A. U. 501. Tribunus plebis A. 506. aedilis plebis A. 509. praetor urbanus A. 511. consul A. 513. cum C. Claudio Centhone, Brut. 18. Tusc. I. 1.

P. SEMPRONIUS C. F. C. N. TUDITANUS, Quaestor fuit A. U. 531. Tribunus plebis A. 536. Aedilis curulis A. 539. praetor A. 540. propraetor Ariminum in Gallia obtinuit A. 540. sqq. Censor cum M. Cornelio Cethego A. 544. procos. A. 548. Graeciam obtinuit Aetolis subsidio missus; consul A. 549. cum M. Cornelio Cethego, Brut. 15. A. 550. procos. Bruttios cum imperio obtinuit.

TUDITANUS, Acad. pr. II. 27. affinis Catuli, insanus. Phil. III. 6. avus Fulviae Antonii uxoris; eius insania, vid. Valer. M. VII. 8. et ibi Perizonium.

M. TUGIO, Balb. 20. Videtur ei iuris parti se maxime dedisse, quae est de iure aquaeductuum.

TULLIA Ciceronis et Terentiae filia, Att. I. 5. patris deliciae, *ibid.* I. 8. munusculum ab Attico flagitat, Att. I. 3. despondetur C. Pisoni Frugi, Fam. XIV. 4. eius matrimonio et famae serviendum censet Cicero exsul, Q. Fr. I. 3. eius pietas, modestia, ingenium, Att. IV. 1. nonis Sext. natali suo patri ab exsilio redeunti praesto est Brundisii, Q. Fr. II 4. 5. Crassipedi despondetur, Att. VI. 4. 9. Fam. III. 12. postea absente Cicerone Dolabellae, Att. VI. 6. etsi Cic. de Ti. Nervae genero cogitabat, Att. X. 18. eius partus septimestris, Fam. XIV. 11. eius iniquam fortunam pater dolet; Att. XI. 23. eius divortium cum Dolabella, Fam. VI. 13. parit filiolum, Fam. IX. 11. IV. 5. moritur, Att. XII. 12. sqq. Ei Cicero fanum erigere hortosque, ubi id exstrui possit, emere cupit.

P. TULLIO, Syrus, Har. Resp. 1. amicus Clodii.

L. TULLEIUS, Fam. XV. 4. vulgo perperam legitur pro *L. Tullius.*

L. TULLIUS, Att. V. 4. V. 21. legatus Ciceronis in Cilicia.

L. TULLIUS MONTANUS, Att. XII. 52. cum Cicerone filio Athenas proficiscitur.

M. TULLIUS Laurea, Att. V. 4. XIII. 22. Fam. V. 20. scriba Ciceronis.

M. TULLIUS DECULA, Planc. 21. aedilitiam repulsam tulit. Agr. II. 14. consul cum Cn. Cornelio, A. U. 672. Hunc putat esse Sigonius, quem Cicero defendit reum de vi, ex qua oratione pauca fragmenta restant.

M. TULLIUS, Q. Fr. II. 3. postulat Sextium de vi. Ipse Cicero nescit, qui sit.

M' TULLIUS, Brut. 16. patricius, Consul cum Sulpicio A. X. post reges exactos.

TULLIUS, Verr. III. 71. magister publicanorum in Sicilia, amicus Verris.

TULLIUS Cimber, vid. Tillius.

TULLIUS, Att. XV. 26. 29. debitor Ciceronis.

TULLUS, Catil. I. 6. Att. VIII. 15. est Volcatius Tullus, qui M. Aemilii Lepidi collega in Consulatu fuit. A. U. 687.

TULLUS Cluvius, Phil. IX. 3. unus e legatis Rom. qui a Larte Tolumnio interfecti sunt. Sed Pighius legendum censet L. Iulius: qui A. U. 303. decemvir fuit, non C. Iulius, qui trib. mil. fuit. A. U. 315. vid. ad h. a. Apud Plinium XXXIV. 6. ed. Hard. vocatur *Tullus Cloelius*, e *Ms.* Edd. aliae habent *Tullus Caelius*. vid. Harduin. et not. Gruteri ad Cic. l. c. *Ern.*

TULLUS HOSTILIUS, Phil. XIII. 12. tribunus plebis designatus.

D. TURRANIUS, Att. I. 6. homo χρηστομαθής, cum Q. Cicerone in praediis Arpinatibus est. VI. 9. VII. 1. cum Cicerone in Cilicia aliquamdiu fuit. Eundem hominem esse, res ipsa suspicari facit, etsi priori loco sit Turranius, altero Turannius. Nam haec nomina eadem sunt, ut et Turanius. Eadem varietas etiam in lapidibus deprehenditur. Fortasse est ille ipse, qui commemoratur ap. Plin. H. N. III. 1. IX. 8. vid. Harduin. Ind. Auctor. *Ern.*

M' TURRANIUS, Phil. XIII. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusat.

TURDUS, Fam. IX. 21. cognomen familiae Papiriae plebeiae. C. Papirius Turdus trib. pl. est ap. Liv. XLI. 6. *Ern.*

L. TURIUS, Brut. 67. parvo ingenio, sed studiosus. Ei paucae centuriae ad consulatum defuere. Olim hic legebatur *Thorius;* unde viri docti ceperunt de L. Thorio Balbo, de quo supra. Nescio an in hominem illum voluptuosissimum cadat multus labor, quem huic L. Turio Cicero tribuit. Turius apud veteres non unus occurrit. Q. Turius ap. ipsum Ciceronem, alius Turius ap. Horat. Sat. II. 1. 49. ubi vid. Schol. et Bentleium. L. Turius a M. Catone contra Cn. Gellium defensus commemoratur apud Gellium Noct. Att. XIV. 2.

ut lapides taceam. Nam apud Donium IV. 93. est L. Turius L. F. etc. *Ern.*

Q. TURIUS, Fam. XII. 26. negotiator Africanus.

TURIUS Eros, Fam. XII. 25. libertus Q. Turii.

TURPILIA, Fam. VII. 21. de eius testamento, quo Silium vel ex asse vel ex aliqua parte heredem fecerat, controversia.

TURPIO, Att. VI. 1. homo sutorius; et tamen Romae inter iudices sedens.

L. TURSETIUS, Phil. II. 16. ei testamentum M. Antonius subiicit.

TURULIUS, Fam. XII. 12. Quaestor Tillii Cimbri in Bithynia

TUSCENIUS, Q. Fr. I. 1. 6. II. 2. homo obscurus, qui de Q. Cicerone questus erat.

TUSCI, iidem qui Etrusci, Att. VIII. 12.

TUSCULANUM, praedium Ciceronis in agro Tusculano, Att. I. 1. eius gymnasium valde Ciceronem delectat *ib.* II. 1. aere alieno eum obruit eius villa a Clodio diruto aestimatur HS quingentis milibus *ib.* IV. 2 a Cicerone proscribitur *ibid.* in eius porticula exedria constituta. Fam. VII. 23.

TUSCULANUM, Anicii, Q. Fr. III. 1. 7. Balbi. Att. VII. 7. Bruti. Orat. 31. Brut 87. C. Iulii Caesaris. Orat. II. 3. Catuli et Metelli. Verr. IV. 57. Q. Ciceronis. Att. I. 14. L. Crassi. Orat. I. 7. 21. Crassi. Att. IV. 16. Gabinii. Dom. 47. Red. in Sen. 7. Laelii. Orat. I. 62. Lentuli. Att. VI. 1. Lucceii. Fam. V. 15. Luculli. Ac. pr. II. 48. Fin. III. 2. Q. Metelli et L. Crassi. Balb. 25. Pompeii. Phil. XIII. 5. M. Scauri. Caecin. 19. Varronis. Fam. IX. 1.

TUSCULANUS MONS, Pis. 21. *ad hunc Tusculanum in monte montem exstruendum*, h. e. villam ob ingentem magnitudinem montis similem in colle aedificandam. Scil. eiusmodi villam Piso aedificaverat. Sext. 43.

TUSCULUM, oppidum Latii, Agr. II. 25. clarissimum municipium, Font. 14. edidit multas familias consulares. Planc. 8 ibi aedes Castoris et Pollucis. Div. I. 43. Inde *Tusculani*, Balb. 13. in civitatem accepti, Off. I. 11. eorum Aqua Crabra, Agr. III. 2. Balb. 20.

TUSCUM mare inferum, Orat. III. 19.

V.

M. VACCUS, e Vitruviis, Dom. 38. eius domus eversae area *Vacci prata* dicta, quod Privernatium et Fundanorum dux contra Romanos fuisset, A. U. 424. vid. Liv. VIII. 19. 20. *Ern.*

VACERRA, Fam. VII. 8. ICtus tempore Ciceronis.

VADA, Fam. XI. ep. 10. sunt *vada Sabatia*, Sabata s. Sabatorum. Sabata erat oppidum maritimum, in ora Genuensi, praecipuum, non longe Savona distans, cui adiacent campi palustres, qui Vada dicuntur et vada Sabatiorum seu Sabatia. Cluver. Ital. Ant. I. 8. *Ern.*

VADA VOLATERRANA, Quint. 6. 1. vid. *Volaterrae*.

VALENS, N. D. III. 22. Mercurii cuiusdam e Phoronide pater.

VALENTINI, Verr. V. 16. a *Valentia*, oppido Bruttiorum, quod et *Vibon* et *Vibo Valentia* dicitur, municipium fuit illis temporibus. vid. *Vibo.*

A. VALENTIUS, Verr. III. 37. interpres C. Verris in Sicilia. IV 26.

VALERIA GENS, Flacc. 1. et 11. eius laus in liberanda patria.

VALERIA tabula, in foro Romano; vel argentaria vel auctionaria, Vatin. 9. ab ea dicuntur tribuni plebis Vatinii collegae, qui tum forte ad eam convenerant, iussisse mitti Bibulum, quem Vatinius in vincula duci iusserat, Fam. XIV. 2. ad eam exulis Ciceronis uxor ducitur, quod eo consilio videtur factum, ut de pecunia numeranda per argentarium caveret.

VALERIA, Flacc. 34. uxor Andronis Sextilii.

PAULLA VALERIA, Fam. VIII. 7. soror Triarii, discidium facit, et D. Bruto nubit. Fam. XI. 8. dicitur *Polla*, quod veteribus usitatum, erat pro *Paulla*. vid. in C. Triarius. Observent tirones Paullae nomen, aeque ut Paulli, quae cognomina proprie sunt, interdum esse etiam praenomina, ut hoc loco. vid. Perizon. in animadv. hist. cap. 3. p. 130 *Ern.*

VALERIUS, Verr. III. 21. 28. praeco Verris.

VALERIUS, Orat. III. 21. scenicus, quotidie cantabat.

VALERIUS, Att. II 3. absolvitur, Hortensio defendente; incertum utrum Valerius Flaccus, an Valerius Messala, an Valerius ICtus.

eius consulatus mentio fit, quem cum A. Cornelio Cosso in bello Samnitico gessit.

P. VALERIUS Publicola, Leg. II. 23. in urbe sepultus, idque posteri tenuerunt. Har. resp. 8. pro meritis in remp. domum in publica villa accepit. Quomodo viri docti verba, *in publica villa*, tentarint, docebit Graevius ad h. l.

P. VALERIUS, Flaccus, Phil. V. 10. legatus Romanorum ad Hannibalem in Hispania.

P. VALERIUS, Phil. I. 3. comes Ciceronis, cum primum iter in Graeciam post mortem Caesaris instituisset. *Ibid.* et Att. XVI. 7. villam habuit ad Leucopetram, in quam tum Cicero divertit. Att. V. 21. a Deiotaro sustentatur, debitor Attici, idem est quem Fam. XIV. 2. nominat hominem officiosum. vid. Valerius interpres.

Q. VALERIUS, Soranus, Brut. 46. doctus Graecis literis et Latinis. Orat. III. 11. literatissimus omnium Latinorum. Eum et D. Valerium Cicero vicinos suos appellat, quod Sora vicina erat Arpino.

Q. VALERIUS, Q. F. ORCA, in Sen. post redit, 9. praetor A. U. 696. P. Lentulo Spinthere et Metello Nepote Coss. Ex praetura Africam provinciam obtinuit A. U. 697. Fam. XIII. 6. Fam. XIII. 4. Postea A. 708. legatus propraetore a Caesare praepositus agris dividundis, XIII. 4. ei Volaterranos commendat, petitque ut quoniam Caesar in primo suo consulatu agrum Volaterranum et oppidum in perpetuum omni periculo liberarit, aut eius auctoritatem sequatur aut certe ei integram causam reservet. Simili consilio eidem, Fam. XIII. 5. Curtius commendatur. cf. ep. 6.

C. VALGIUS Hippianus, Fam. XIII. 76. Q. Hippii ibi nominati filius naturalis, C. Valgius dictus est a patre, qui eum adoptavit. C. Valgium quendam, qui de usu herbarum ad Augustum scripsit, commemorat, Plin. XXV. 2.

VALGIUS, Agr. III. 1. P. Rulli socer, qui multos agros tempore Sullano occuparat.

VARDAEI, Fam. V. ep. 9. populus Dalmatiae.

C. CN. et L. VARENI, Fr. Or. pro Vareno, qui defensus est a Cicerone, reus inter sicarios, quod Caium occidisset, Cneum vulnerasset.

VARGULA, Orat. III. 60. dicax homo, C. Iulii Caesaris, eius, qui in libris hic inducitur, amicus.

C. VARGUNTEIUS, Sull. 2. Senator, socius Catilinae, qui Ciceronem in lectulo interficere voluit.

P. VARINIUS, Flacc. 19. praetor Asiae, A. U. 680. Appian. Civil. B. I. p. 205 appellat Vatinium Glabrum: quod cognomen ei abiudicat Sigonius ad A. 680. asserit Bimardus ex antiqui monumenti fragmento, in quo historia belli servilis descripta fuit ap. Murator. Thes. nov. Inscr. T. I. p. 4. *Ern.*

M. VARISIDIUS, Fam. X. 7. 12. eques Romanus familiaris Ciceronis.

A. VARIUS, Fin. II. 19. iudex durior.

L. VARIUS Cotylas, Phil. XIII. 12. columen amicorum Antonii. Phil. VIII. 10. 11. legatus Antonii ad Senatum.

P. VARIUS, Att. I. 1. videtur negotiator aut foenerator fuisse; ab eo Caecilius Attici avunculus magna pecunia fraudatus est.

Q. VARIUS Hybrida, Sucronensis, e Sucrone Hispaniae oppido. Sext. 47. seditiosus; ei restitit M. Scaurus tribunus plebis. A. 662. legem tulit ut quaereretur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent. Haec est lex Varia de maiestate, de qua vid. Ind. Legg. Orat. I. 25. homo vastus et foedus, sed eloquentia magnam gratiam consecutus, Brut. 49. 62. bonus orator, Brut. 89. sua lege damnatus est, N. D. III. 33 homo importunissimus. M. Livium Drusum ferro et Q. Metellum Numidicum veneno sustulit, summo cruciatu ipse periit, Sext. 47. M. Scaur. fr. M. Scaurum principem in proditionis crimen vocat lege sua, sed frustra. cf. Valer. Max. III. 7. quem reprehendit Wesselingius V. C. Obs. I. 11. *Ern.*

Q. VARIUS, Verr. II. 48. testis in Verrem. an hic est, qui inter iudices Milonianos fuit? Mil. 27.

VARRO, Fam. XI. 10. Plancus scribit: *Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui possem.* Hunc locum de M. Terentio Varrone eruditissimo illo et πολυγραφωτάτῳ intelligi non posse facile patet; huic enim non ita magnae divitiae fuerunt, ut in proverbium abire potuerint. Manutius putabat *Varronis* h. l. idem esse ac *baronis*, idque ad M. Antonium pertinere; sed verisimilius est nomen aliud in mendo librariorum latere.

A. TERENTIUS VARRO Murena, Fam. XVI. 12. amantissimus Ciceronis. Ei A. U. 704. Tiro commendatur, idem occurrit, Fam. XIII. 22. ubi T. Manlio praecipue favere dicitur. Eius filium putat esse Manutius eum, qui cos. fuit cum Augusto, A. U. 730.

C. TERENTIUS VARRO, Brut. 19. qui in clade Cannensi cum Paullo collega cecidit, A. U. 537. vid. de eo Liv. XXII. 25. s.

C. VISELLIUS VARRO, prov. cons. 17. Brut. 76. consobrinus Ciceronis, pater enim eius Aculeo Ciceronis materteram uxorem duxerat. Verr. I. 28. tribunus militum in Asia, praetore C. Nerone. Att. III. 23. T. Fadio tribuno pl. legem scribit de Cicerone revocando, ab hoc ipso probatam. Brut. 76. aedilis curulis fuit, incertum quo anno, *ibid.* post aedilitatem quum iudex quaestionis esset, est mortuus, *ibid.* orator populo non satis vendibilis; oratio enim verbis quidem apta et sententiis crebra, sed tamen obscura et celeritate caecata. Idem perfectus in literis et iuris civilis peritus.

M. TERENTIUS VARRO, Brut. 56. L. Aelium praeceptorem habuit. Acad. post. II. 3 Antiochum audivit philosophum Academicum. Primum tribunus plebis fuit; deinde piratico bello Pompeii classibus praefuit; in bello autem civili eius legatus in Hispania ulteriore exercitum rexit. Fam. IX. 13. inde a Caesare depulsus ad Pompeium in Graeciam se contulit; post pugnam Pharsalicam, villa eius Cassinate ab Antonio direpta Phil. II. 40. 41. a Caesare in gratiam receptus est; vir Romanorum omnium doctissimus et πολυγραφώτατος. Att. XIII. 18. Ac. post. I. 3. bibliothecam Romae habuit. Att. IV. 14. eius chronologia et Antiquitatum libri item libri de poetis et de philosophia laudantur. Acad. post. I. 3. denuntiat Ciceroni librum ei inscribendum, scil. libros de lingua Latina. Att. XIII. 12. ipse cupit a Cicerone librum sibi inscribi, *ibid.* Ergo Cicero ad eum scribit Academica posteriora, quorum exstat liber primus. De his libris ad eum scribendis Cicero agit. Att. XIII. 12. 13. 16. 14. 18. 19. 22. 23. 25. 35. eosque ad Varronem cum epistola misit quae est. Fam. IX. 8. ad eum sunt aliae Ciceronis epistolae. A. U. 707. scriptae. Fam. IX. 1 — 7. laudat Hegesiae genus dicendi. Att. II. 21. 22. eum Cicero scribit sibi favere in periculo a Clodio metuendo. Att. II. 25. eius tamen tergiversationem vituperat. Att. III. 8. de Cice-

rone exsule bene meretur. Att. III. 15. Div. I. 31. doctus homo perterretur vaticinio Rhodii cuiusdam remigis.

M. TERENTIUS VARRO GIBBA quaestor Bruti praetoris in Gallia Cisalpina, Fam. XIII. 10.

P. VARUS, Attius, Lig. 3. Africae praetor, Africam initio belli civilis privatus occupat, quum Italia profugisset, vid. Caesar de bello civil. I. 20. Hic est P. Attius Att. VII. 13.

SEX. QUINTILIUS VARUS, Phil. XIII. 15.

SEXT. VARUS, Fam. X 32. Hispaniae proconsul, incertum est, qui sit; quando Sext. Quintilium Varum Hispaniae proconsulem fuisse, nemo prodidit. vid. Manut. ad h. l. *Ern.*

VATICANI MONTES, Att. XIII. 33.

VATICANUS ager, Agrar. II. 35. circa montem Vaticanum trans Tiberim iuxta Romam.

P. VATINIUS, N. D. II. 2. III. 5.

P. VATINIUS, quaestor Cicerone consule. A. U. 690. cf. Pighium ad A. 488. Vatin. 1. sqq. in qua oratione pleraque eius scelera, in primis in tribunatu C. Caesare Cos. suscepta commemorantur. Phil. X. 5. Imperator et praetor Illyrici, Dyrrachii portas aperit Bruto, et ei exercitum tradit, c. 6. Div V. 10. augur fit in locum Appii. V. 9. Imperatoris epistola ad Ciceronem, qua petit, ut se defendat, et supplicationem conficere studeat. *Ibid.* I. 9. a Cicerone defenditur et quare.

VECTENUS, Att. X. 5. 11. amicus Ciceronis, Monetalis appellatur. cf. XV. 13. XII. 3. argentarium fuisse ex locis his, aut foeneratorem saltem, intelligitur.

T. VECTIUS, Flacc. 34. Senator.

P. VEDIUS, Att. V. 1. Pompeii familiaris, homo nequissimus.

M. VEHILIUS, Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio attributam recusat accipere. Ex hoc nomine quidam Velleius fecere, quod nomen hoc notius esset. estque ita in nonnullis editionibus. Vehilii etiam in lapidibus antiquis reperiuntur. *Ern.*

VEIENTO, Att. VII. 3. a decedente Bibulo, provinciae Syriae praefectus. P. Manutius quaestorem putat

putat fuisse. Sed constat Sallustium quaestoris locum apud Bibulum obtinuisse, Fam. II. 17. Itaque magis placet cum Pighio ad A. 703. legatum putare, quem enim, nisi quaestorem praeficeret, praeficere poterat, nisi legatum aliquem? vid. Div. II. 15. Sunt autem e Fabriciis Veientones Et fortasse huius nepos fuit aut pronepos A. Fabricius Veiento, qui post praeturam A. U. 807 a Nerone in exilium missus est De eo Xiphilinus in Nerone et Tacit. Ann. XIV. 50. *Ern.*

VEII, urbs Etruriae. Unde *Veiens ager*; Rosc. Am. 16. Fam. IX. 17. et *Veientes*, populus Etruriae, Tusc. III. 12 cuius caput Veii.

VEIENTINA, Att. IV. 16. tribus pop. Rom.

VEIOVIS, N. D. III. 24. est quasi malus Iupiter. Nam, ut Gellius ait, V. 12. quum *Iovem* a *iuvando* nominassent, eum quoque Deum qui non iuvandi potestatem, sed nocendi haberet *Veiovem* appellaverunt, dempta atque detracta iuvandi potestate. Eius aedes fuit Romae inter arcem et Capitolium, ubi eius simulacrum sagittas tenebat paratas videlicet ad nocendum.

VELIA, oppidum Lucaniae, proximum fluvio Haleti, Top. 1. Verr. II. 40. V. 17. Phil. I. 4. X. 4. Fam. VII. 19. Att. XVI. 6. ad quod est portus Velinus.

VELIA, Att. VII. 13. regio editior Romae, Palatino monti propinqua

VELIENSES, incolae oppidi Veliae, Balb. 24. Velienses sacerdotes Cereris.

VELINA, Att. IV. 15. tribus pop. Rom.

VELINUS LACUS, Att. IV. 15. prope Veliam urbem.

C. VELLEIUS, Orat. III. 21. Epicureae philosophiae addictus, L. Crassi oratoris familiaris. N. D. I. 6. Senator, ad quem tum Epicurei primas deferebant. Hic est, qui trib. pl. fuit, A. U. 663.

Q. VELOCIUS, Orat. III. 23. gladiatoriam didicit puer; sed adultus plus operae foro, amicis et rei familiari tribuit. Perperam ex h. l. colligit Petavius ap. Olivetum ad h. l. eum lanistam et actorem causarum eodem tempore egisse. *Ern.*

VELVINUS, Q. Fr. I. 1, 2. nomen hominis obscuri, qui fundum habebat, non procul a fundo Q. Ciceronis.

hinc Ventidium mulionem castrensem suffarraneum fuisse, an vere ad alium ex oratione, aut libro deperdito. De eius natalibus, miraque fortuna vid. praeter Plin. l. c. Gellium Noct. Att. XV. 4. De eius rebus gestis in Asia Dionem Cass. XLVIII. XLIX. *Ern.*

VENULEIA, Att. XII. 24. P. Crassi mater.

VENULEIUS, Verr. III. 42. de Verris cohorte.

VENULEIUS, Fam. XII. 30. legatus Calvisii, qui cum aliis quibusdam Africam absente Calvisio administrare audebat, obtinente e SCto provinciam Cornificio. Ei lictores, ut ceteris, ademerat Cornificius, quod probat Cicero. Quaestorem provincialem fuisse A. U. 702. reperio, eodem anno, quo et Latinus et Horatius, eiusdem Calvisii legati, quaestores fuere. *Ern.*

VENUS. Huius deae nomine quatuor commemorantur, N. D. III. 23. prima Caelo et Die nata, cuius erat Elide delubrum; altera spuma procreata, ex qua et Mercurio Cupido secundus natus esse ferebatur: tertia Iove et Dione nata, quae nupsit Vulcano, quarta Syria Tyroque concepta, quae Astarte vocabatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Verr. V. 50. *in illa calamitate non Martem fuisse communem sed Venerem possumus ducere;* hoc facete dictum respicit calamitatem a piratis acceptam, quae Veris negligentia et culpa acciderat, qui ipso illo tempore cum mulierculis in litore perpotaverat. Cael. 21. iocose Clodia dicitur Venerem suam spoliatricem ornamentis spoliasse, quibus ea scil. iuvenes amatores spoliaverat, iisque Veneris signum quod habebat in armario exornare solebat. Eadem postea simili ioco dicitur *Venus hospitalis.*

VENUS marmorea statua apud Cnidios. Verr. IV. 60.

VENUS COA, Apellis tabula, Att. II. 21. Orat. 2. N. D. I. 27. Off. III. 2. Verr. IV. 60.

VENUSIA, oppidum in finibus Apuliae et Lucaniae, patria Horatii Flaccii; unde Venusini.

VERCELLAE, Div. XI. 19. municipium Galliae Transpadanae.

C. VERRES, pater, Verr. II. 39. Senator.

C. VERRES, C. F. Verr. I. 12. quaestor Cn. Carbonis, in Gallia eum et provinciam deserit. Brut 92. ad Sullam victorem transit et pecuniam publicam avertit. *Ibid.* 17. 19. Cn. Dolabellae legatus in Cilicia, et, quae-

store Malleolo mortuo, proquaestor. Furta et scelera in legatione perpetrata. *Ib.* 36. sq. Malleoli pecuniam avertit, nec pupillo restituit. *Ibid.* 38. contra Cn. Dolabellam a M. Scauro accusatum testimonium dicit, eumque prodit. *Ibid.* 40. 5. praetor urbanus A. U. 670. eius praeturae flagitia. *Ibid.* 40—60. sqq. In praetura ex SCto de sartis tectis iudicat. Post praeturam Siciliam provinciam propraetor obtinuit per triennium A. 680 — 682. ubi primum in iurisdictione avarissime et iniquissime versatus est; Verr. II. 12 sqq. secundo in re frumentaria innumerabilia furta commisit primum in frumento decumano; Verr. III. 6 — 69. deinde in empto; *Ibid.* 70—80. denique in aestimato. *Ibid.* 81 sqq. tertio Siculos fere omnibus signis, picturis. gemmis, vasisque pretiosis spoliavit; Verr. IV. 2. sqq. denique plurimos homines innocentes Verr. V. 2—52. in his etiam cives Romanos *Ibid.* c. 53. sqq. crudelissimis suppliciis affecit Eum Lampsaceni vivum comburere voluerunt. Verr. I. 31. ei eiusque filio statuae ponuntur inauratae Syracusis. Verr. II. 21. eius adventus in urbem Syracusarum cum Marcelli victoria comparatus. Verr. IV. 52. eius iussu Verrea sublatis Marcellis in Sicilia instituta. Verr. II. 21.

Q. VERRES, Act. I. 8. e tribu Romilia, C. Verris propinquus.

VERRIUS, Fam. IX. 20, 26. amicus Paeti et Ciceronis. *Ibid.* XII. 14. amicus Lentuli Spintheris fil. Manut. Fam. IX. 20. putat esse Verrium Flaccum illum, iuris Pontificii peritum, cuius libertus fuit Verrius Flaccus Grammaticus.

C. VERRUTIUS, Verr. II. 76. nomen fictum a Verre, sub quo ipse latebat.

VERTUMNUS, Verr. I. 59. Deus, qui in omnes figuras se vertit, aut vertere potest. vid. Propert. IV. 2.

VESCIANUM, Att. XV. 2. praedium prope Vesciam urbem, non procul a Minturnis: a qua tamen Vescinum potius dicendum fuisse bene notat I. F. Gronovius. Nam et Vescinus (Agr. II. 25.) ager circa Vesciam, dicitur.

VESERIS, fluvius, it. oppidum Campaniae sub monte Vesuvio. Fin. I. 7. Off. III. 31.

VESTA, Div. I. 45. Ex eius luco vox audita. De hoc luco. qui sub Commodo combustus est, vid. Herodian. L. I. c. 14. *Ern.*

C. VESTORIUS, Puteolanus argentarius, Att IV. 6. in Ciceronem liberalis, IV. 16. in eum Cicero officiosus scribit ad Ciceronem de Attici itinere, Att. IV. 14. IV. 17. eius Latinus ἀττικισμός Att. V. 2. VI. 2. Fam. VIII. 8. eius controversia cum Sempronio Rufo. Att. XIII. 46. eius negligentiam accusat. quod sibi de Cluvii hereditate non scripserit, quae sua interesset. Att. XIV. 12. Cicero cenat apud eum, appellatque hominem a dialecticis remotum, in arithmeticis satis exercitatum. Ex h. l. intelligitur locus Attici, de *haeresi Vestoriana*. Att. XIV. 14. Sic enim appellasse videtur Atticus argentarios foenori exercendo intentos.

L. VETECILIUS, Ligur. Verr. II. 8.

M. VETILIUS, Phil. III. 10. vid. Pighius ad A. 709.

P. VETILIUS, Caes. 9. testis in Caecinam.

VETTIUS, Att. II. 4. est Cyrus architectus.

VETTIUS, Chrysippus, Fam. VII. 12. Cyri architecti libertus.

VETTIUS, Cael. 30. unus de stupratoribus Clodiae, quem, quum orae inter eos essent inimicitiae, ulta est per Camurtium quendam et Eserniuin etc.

L. VETTIUS, Vat. 10. in Senatu confessus est, se cum telo fuisse Cn. Pompeii interficiendi causa. Att. II. 24. index a Caesare inductus in Senatum, ut diceret, se interficere principes voluisse invidiae inimicis Caesarianis faciendae causa. Sed mendacium deprehenditur, et reus ipse fit de vi; res accurate ibi narratur. cf. Sext. 63. Adde de eius indiciis in causa Catilinaria Dionem Cass. XXXVII. p. 48. de ipso interpretes Suetonii ad Caesaris. 17. *Ern.*

P. VETTIUS Chilo, Verr. III. 71. eques Romanus, magister publicanorum in Sicilia.

P. VETTIUS Scato, Phil. XII. 11. Dux Marsorum. Cum eo Cn. Pompeius colloquium inter castra habet. vid. Interpretes ad Vellei. II. 16.

P. VETTIUS, Verr. V. 44. quaestor Verris.

Q. VETTIUS Vettianus, Brut. 46. Marsus, vir prudens et in dicendo brevis.

SP. VETTIUS, coheres Ciceronis, Att. XIII. 12.

T. VETTIUS IUDEX, Flacc. 34. praetor A U. 694. quaestionem de repetundis sortitus, in causa Flacci de repetundis accusati quaesitor.

VICTOR, Att. XIV. 14. homo obscurus exsul, quem Antonius testamenti Caesariani calumnia revocaturus putabatur.

VICTORIA, Div. I. 43. eius signum Capuae sudat. Att. XIII. 44. eius signo in pompa vecto populus plausum non dedit, ne Caesari dari videretur, cuius signum prope Victoriae signum gestabatur. Verr. I. 10. Victoriae ludi. Verr. IV. 49. Victoriae simulacrum in dextra Cereris manu. N. D. II. 23. eius templum Romae. N. D. III. 34. Victoriolas aureas quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur sustulit Dionysius Syracusarum tyrannus.

VIENNA, Fam. X. 9. urbs Allobrogum, in Gallia Narbonensi.

VICTORIATI numi, Font. 5. i. q. quinarii Victoriae imagine insignes; quinque Asses valebant. Vid. Eckhel doctr. numor. veterum Vol. V. p. 20.

M. VIGELLIUS, Orat. III. 21. a Panaetio Stoicam philosophiam didicit.

L. VILLIUS, L. F. Pomptina, Annalis, Fam. VIII. 8. Senator, unde Annales Villii dicti. vid. in Ind. Legg. Leges Annales.

S. VILLIUS, Fam. II. 6. Milonis familiaris.

VINDULLUS POMPEIUS, Att. VI. 1. Pompeii Magni libertus.

L. VINICIUS, vid. Vicinius.

VINIUS, Att. II. 2. Sed in hoc loco fluctuat codd. Mss. scriptura. In nonnullis pro *Lollio - Vinio* legitur *oleo - vino*.

S. VIRBIUS, Cluent. 8. Larinas.

VIRGILIANUS, vid. Q. Fabius.

C. VIRGILIUS, Planc. 40. Praetor, Q. Ciceronis, Collega, Siciliae praetor eo anno, quo Cicero exulavit, noluit eum, quamvis amicum, Clodii minis territus recipere. Q. Fr. II. 2. 2. in magna existimatione est. Fam. II. 19. propinquus Curionis. Att. XII. 51. XIII. 26.

C. VIRGILIUS, Prov. Cons. 4. vid. C. Virginius.

M. VIRGILIUS, Brut. 48. frater T. Aufidii trib. pl. L. Sullae Imperatori diem dixit, sc. in tribunatu A. U. 666. ut eum a profectione ad bellum Mithridaticum

abstraheret. Sed Sulla, neglecto Virgilio, abiit, ut est ap. Plutarch. in Sulla p. 458. ubi male *Virginius* dicitur In ipso Cicerone *Virginius* et *Virgilius* permutantur. *Ern.*

C. VIRGINIUS, Prov. Cons. 4. legatus, impedit Pisonem Calventium, ne Byzantio omnia signa auferat. Sed Codd. habent *Virgilius*, quod recepit Graevius. Quis autem ille Virgilius sit, nescio. Nam praetor ille Siciliae an sit, dubito, quod vix Romam rediisse potuit quum Piso in provinciam abiret, siquidem rediit, et non eo quoque anno Siciliam obtinuit. C. Virginium autem reperio tribunum plebis A. U. 690. *Ern.*

A. VIRGINIUS, Lael. 27. eius adolescentis familiaritate delectatur Laelius, ut P. Rutilii. Fuit ergo P. Rutilii aequalis. Ceterum hanc lectionem e *Mss.* revocavit Langius: qui valde hic variant, et de lectione vehementer docti Viri dissentiunt. vid. Gulielm. et Grut. ad h. l. item Pigh. Annal. ad A. 634. Mihi omnem dubitationem de h. l. tollere videtur, quod ita, ut hic, iunguntur ap. Pomponium de Orig Iur. §. 40. P. Rutilius Rufus, et Paullus, quod est vitiosum pro Aulus Virginius, ut eorundem praeceptorum in Iure Civili, inprimisque P. Mucii, discipuli. cf. C. Langius ad l. c. et Rupert. ad Pompon. L. III. c. 6. *Ern.*

L. VIRGINIUS, Fin. II. 20. filiam suam interficit, ne Appii Decemviri libidini dedatur. Rem narrat Liv. III. 44. sqq.

VIRGINIUS, Att. XII. 5. argentarius.

VIRIATUS, Off. II. 11. Lusitanus, propter praedae aequabilem partitionem magnas opes habuit, quibus exercitus imperatoresque cesserunt. Brut. 21. Viriati bellum cum Romanis.

VISCELLINUS, Lael. II. a Viscellis, oppido Norici, quae est Provincia Romana inter Danubium amnem et alpes Noricas.

VISCELLINUS, Lael. 11. est Sp. Cassius, qui post tertium consulatum appetiti regni crimine damnatur et de Saxo Tarpeio deiectus est. vid. in Cassius. De scriptura vocis nil certi dici potest, quando et Latini et Graecorum historicorum libri mire variant, Viscelinus, Vulselinus, Becellinus, Uscelinus, Vitellinus, Betillinus etc. Viscellinus est in Fastis Cuspiniani, quos

sequitur Sigonius: quem vid. ad A. 251. itemque Pighium. *Ern.*

VISEIUS, Phil. XIII. 12. tribunus plebis designatus Antonii beneficio, antea Pisauri balneator fuerat.

VISELLIA, Att. XV. 13. Ciceronem valde observat.

C. VISELLIUS VARRO, vid. in *Varronibus.*

L. VISIDIUS, Phil. VII. 9. Eques Romanus, qui Ciceronem in Consulatu diligenter custodivit. Antonio Mutinam obsidente, vicinos cohortatus est, ut milites fierent, et suis eos facultatibus sublevavit.

VITULARIA VIA, Q. Fr. III. 1. 2. fuit in Arpinati. Nam e Manliano fratris praedio, quod in Arpinati erat, recta in Fufidianum Vitularia via profectus est; quod in eodem agro erat. cf. Manut. ad h. Epist. *Ern.*

Q. VOCONIUS Saxa, Verr. I. 42. Balb. 8. legem tulit de mulierum hereditatibus. vid. Ind. Legg. Verr. I. 42. male pro *Q.* habent editiones Gron. et Graev. *C.*

Q. VOCONIUS, Cluent. 54. iudex quaestionis in causa Cluentii fuit. Ex quo intellige, eum aedilitium fuisse. vid. Ind. Latin. in Iudex quaestionis. Male Sigon. Ant. Iur. Civ. Rom. II. 18. praetorem facit, et iudicem questionis pro quaesitore dici contendit. Ab hoc diversus est mea sententia, qui sequitur. *Ern.*

VOCONIUS, qui Att. VIII. 15 dicitur initio belli civilis cum imperio fuisse. Hic est, qui A. U. 692. quaestor, et A. 700. praetor urbanus fuit, et deinde Pompeium in Macedoniam secutus est. Ceterum illud addendum est ex Phil. III. 6. Voconios ex Aricia fuisse ortos.

VOCONTII, Fam. X. 23. populi Galliae Transalpinae, quorum caput *Forum Vocontiorum.*

VOLATERRAE, oppidum Etruriae, Rosc. Am. 7. Unde *Volaterrana vada*, Quinct. 6. in Etruria, non procul a Volaterris.

VOLATERRANI, municipes, Fam. XIII. 4. eorum agrum publicavit L. Sulla, Att. I. 19. iisque civitatem ademit, quae est illa *calamitas civilis* Caecin. 7.

C. VOLCATIUS, Corn. 1. fr. vir honestissimus, a Cn. Dolabella communi et quotidiano iure privatur.

Nescio, an is, de cuius subita morte Plinius H. N. VII. 53. tradit. *Ern.*

L. VOCATIUS Tullus, Planc. 21. in aedilitate petenda repulsam fert; postea tamen Consul fuit. Sull. 4. cum M' Aemilio Lepido, A. U. 687. Tog. Cand. fr. consilium habet, an petentis Consulatum Catilinae ratio habenda esset, negatumque est, ei potestatem petendi concedendam esse. Div. I. 1. Pompeio censet restitutionem Ptolemaei committendam.

L. VOLCATIUS Tullus, L. F. Fam. XIII. 14. praetor urbanus A. 707. is, qui postea Consul fuit A. 720. Fam. IV. 4. M. Marcello offensus, Caesari non agit gratias, eo restituto.

VOLCATIUS, Verr. II. 9. 23. 73. 76. e comitibus C. Verris.

VOLCAE, vulgo VOLGAE, Font. 7. pro quo Graevius reposuit *Volcae*, populi Allobrogibus confines. Eos commemorat Caesar B. G. VII. 7. ubi item in omnibus bonis edd. Volcae, it. ap. Melam. II. 5.

VOLSCI, populi Italiae in Latio, Att. IX. 10. Off. I. 11. eorum bellum, Brut. 10. in civitatem recepti, Balb. 13.

VOLTINIA, Planc. 16. Tribus Rom.

VOLTINIENSES, Planc. 17.

VOLUMNIA, Fam. XIV. 16. minus officiosa est in Terentiam, quum Cicero exularet. Non facile dixerim, utrum Senatoris Volumnii, quocum magnus usus Ciceroni fuit, soror aut filia, an nota illa liberta fuerit. *Ern.*

VOLUMNIA, Phil. II. 24. liberta Volumnii Eutrapeli, mimico nomine Cytheris; vid. Cytheris.

L. VOLUMNIUS, Fam. VII. 32. Senator, quocum magnus usus Ciceroni fuit. De praenomine constat e Varrone R. R. II. 4. 12. Estne hic Volumnius Flaccus, qui cum mandatis ad Senatum a Bruto Mutinae obsesso mittitur, Bruti legatus, Fam. XI. 12. 18? *Ern.*

P. VOLUMNIUS, Cluent. 70. Senator, qui inter iudices in Cluentiana causa fuit.

P. VOLUMNIUS Eutrapelus, Phil. XIII. 2. Antonii amicus. Fam. VII. 32. 33. epistolae ad eam scriptae sunt. Ex epistolis autem Fam. IX. 26. 32. colligere licet, urbanitatem hominis non insignem adeo fuisse, sed scurrilem potius et mimicam. vid. Ind. Graec. in εὐτραπελία.

VOLUSIANUS, Verr. III. 21. haruspex C. Verris. Idem *ibid.* c. 11. dicitur Volusius; ut aut locus alter ex altero corrigendus, aut potius ita accipiendum sit, ut in eadem epistola idem dicitur Hippius et Hippianus. Div. XIII. 76.

L. VOLUSIENUS, Cluent. 70. eques Romanus.

VOLUSIUS, Verr. III. 11. haruspex. vid. Volusianus.

CN. VOLUSIUS, Att. V. 11. Ciceronis quaestorem fuisse putat Manutius, quem vide. Inter comites Ciceronis fuisse, certum est. Non autem negare possum, certam mihi videri Corradi opinionem, qui pro *Cn.* censebat legendum *Q. Ern.*

Q. VOLUSIUS, Att. V. 21. de comitibus Ciceronis in Cilicia, praefectus, puta, aut tribunus mil. Fam. V. 10. a Cicerone eloquentiam discit, de eodem est *ibid.* 20.

M. VOLUSIUS, Fam. XVI. 12. quaestor ex Asia rediens Ciceroni literas affert a Tirone. Hic est, qui postea aedilis plebis proscriptus a triumviris singulari fallaciae genere percussores evasit, ut commemorat Valer. Max. VII. 3. 8.

VOPISCUS, Iulius Caesar. Phil. XI. 5. defendente Cicerone quinquies absolutus est, sexta vice autem accusatus, damnatus est restitutus a Caesare aedilis factus, postea consulatum petit, Antonii castra ad Mutinam sequitur. Hunc esse arbitror, cuius mentio apud Varronem R. R. I. 7. extr. *Ern.*

VULCANIAE insulae propter Siciliam. Eas Vulcanus Menalio natus tenuisse fertur, N. D. III. 22.

VULCANUS. Hoc nomine quatuor fuisse feruntur: primus Caelo natus; secundus in Nilo natus s. Nili filius, tertius ex tertio Iove et Iunone; quartus Menalio natus, N. D. III. 22. *Vulcani statua* quam fecit *Alcamenes,* in qua stante atque vestita leviter apparebat claudicatio non deformis, N. D. I. 30. Vulcani aedes, Verr. II. 61. tectus Vulcaniis armis id est fortitudine, Tusc. II. 14.

VULCHALON, Font. 5. locus ignotus in provincia Gallia, Transalpina.

L. VULTEIUS, Verr. III. 66. de comitibus L. Metelli in Sicilia.

T. VULTURCIUS, Catil. III. 2. IV. 3. socius Catilinae.

U.

ULUBRAE, oppidulum Latii in agro Pomptino, Fam. VII. 18. ibi ranunculi. Unde *Ulubranus* populus, *ibid.* 12.

ULYSSES; s. ULIXES. Her. I. 11. II. 19. Inv. I. 8. 49. in suspicionem venit Aiacem ab eo interfectum. Inde sumitur exemplum constitutionis coniecturalis. Inv. II. 58. ad hostes transire turpe videtur esse, at non eo animo quo Ulysses transiit. Brut. 10. ei laus in dicendo tribuitur ab Homero, quod eum vim habere voluit. Orat. 22. maestior pingitur in tabula Timanthis immolationem Iphigeniae repraesentante. Tusc. II. 21. apud Sophoclem flebiliter lamentatur in vulnere. *Ibid.* V. 3. seculo suo sapiens habitus est. Off. III. 26. eum tragoediae Graecorum insimulant simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse; cuius rei apud Homerum nulla suspicio est. Orat. III. 19. erravit in mari Tusco. Leg. I. 1. apud Homerum Odyss. Z. 163. Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit. Fin. V. 18. invitatur a Sirenibus apud Homerum Odyss. M. 184. versiculis a Cicerone Latine translatis. Tusc. I 41. eius prudentia. Fam. I. 10. rediens cognovit suorum neminem. Off. I. 31. fuit omnibus iucundus et affabilis. Fam X. 13. dicitur πτολιπορθος. Orat. I. 44. Ithacam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam immortalitati (scil. apud nympham Calypso Odyss. II. 254.) anteponit.

P. UMBRENUS, Catil. III. 6. homo libertinus a quo primum Allobroges ad Gabinium producti.

UMBRIA, regio Italiae ad mare superum Etruriae exadversum sita. Rost. Am. 16. Mur. 20. Att. VIII. 12. *Umbri*, Div. I. 41. avibus addicti.

UMMIUS, Fam. XVI. 14. nomen videtur corruptum et varie legitur in Mss. defenditur tamen a Victorio, quia reperitur nomen *Ummidius* ab eo derivatum. Manutius putabat legendum esse *Manium*, scil. *M' Curium.*

UPIS, N. D. III 23. pater Dianae tertiae ex Glauce; eamque Dianam Graeci saepe *Upim* paterno nomine appellant.

URANIA MUSA. Ea in Ciceronis poëmate de consulatu suo loquens inducitur. Vide fragmenta eius poematis. Q. Fr. II. 9. Div. I. 11.

URBINAS, Phil. XII. 8. ex Urbino Umbriae municipio oriundus.

URIUS Iupiter, Verr. IV. 57. eius religiosissimum simulacrum in aede Iovis Syracusana Verres abstulit. *Ibid.* Cicero *Iovem Urium* Latine *Iovem Imperatorem* dicit. Eius fanum a Pisone direptum in Pis. 35. Est Graece Ζεὺς οὔριος qui ventum secundum dat navigantibus, omninoque benivolus Aeschyl. Choëph. 805.

UTICA, urbs et conventus in Africa propria, s. in Zeugitana eius parte; a qua Cato Uticensis dictus est. Verr. I. 27. Lig. 1. Phil. III. 10.

X.

XANTHIPPE, Tusc. III. 15. Socratis uxor.

XANTHIPPUS, Off. III. 26. Lacedaemonius, quo duce M. Attilius Regulus captus est.

XENIAE BALNEAE, Cael. 25. pro quo alii Seniae, pars Baiarum.

XENO, Att. V. 10. 11. VII. 1. Epicureus Ciceronis temporibus, ab ipso et Attico diligitur.

XENO, Apollonidiensis, Att. V. 13. ex Apollonide urbe Asiae. Eum Cicero Thermo commendat.

XENO, Menenus, Verr. III. 22. Centuripinus. In eum atrox Verris iniuria.

XENOCLES, Brut. 91. Adramytenus (Adramyto Mysiae urbe oriundus) rhetor Asiaticus, quocum Cicero fuit adolescens.

XENOCRATES, Acad. pr. II. 35. poster. Fin. V. 1. I. 4. Chalcedonius. Cor. III. 17. Platonis discipulus. N. D. I. 13. 26. condiscipulus Aristotelis. Orat. III. 13. Academiae nomen obtinuit, ab Aristotele nil dissensit. Off. I. 30. severissimus philosophorum et propterea clarus et magnus. Att. I. 16. eum iurare non permiserunt cives, quod ei, non iurato, crederent. Tusc. V. 32. Alexandri dona magna contemnit. N. D. I. 13. scripsit de natura Deorum, Deos octo facit. Acad. IV. 46. multos libros scripsit de ratione loquendi. Tusc. I. 10. quid de animo senserit. Acad. I. 4. Platonis ubertate completus non relinquit Socratis dubitationem et disserendi genus. Tusc. V. 18. 31. virtutem exaggerat, cetera abiicit.

ri; mel se auferre ex Hymetto voluisse diceret, certe sine causa videretur tanta conatus. Off. III. 11. eum ut recipiant Athenienses Cyrsilus suadet. N. D. I. 41. deorum templa et aras evertit. Leg. II. 10. templa Graeciae inflammavit auctoribus Magis.

Z.

ZALEUCUS, Leg. I. 22. legislator Locrensium. Att. VI. 1. an leges Locris scripserit, nec ne? Leg. II. 6. negat ullum fuisse Timaeus.

ZENO, Cittieus, Acad. I. 10. 11. 12. auditor Polemonis, corrigere conatur disciplinam Academicam, in quibus discesserit? philosophiae eius compendium. *Ibid.* 13. eius philosophia est potius correctio, quam commutatio Academicae veteris ex opinione Antiochi. Fam. IX. 22. de obscenitate verborum pugnat cum Academia Mur. 29. eius philosophia ridetur. Fin. III. 2. non tam rerum inventor, quam verborum novorum. Tusc. II. 21. N. D. I. 34. Socratem vocat scurram Atticum. Div. I. 3. manet in antiquorum philosophorum sententia de divinatione. *Ibid.* in suis commentariis quasi semina quaedam sparsit divinationum. Acad. IV. 41. aethera summum deum esse putat mente praeditum. Tusc. I. 9. animum ignem putat. Acad. I. 12. negat esse aliquid posse, quod non sit corpus. Tusc. V. 6. 7. etc. eius de perturbationibus doctrina. Off. III. 8. putat nos ad honestatem natos esse, eamque solam esse expetendam. Acad. IV. 24. in quo eius cum Arcesila disputatio vertatur. N. D. I. 14. eius sententia de Diis, quomodo Hesiodi Theogoniam interpretetur. Orat. 32. manu dialecticae et rhetoricae differentiam demonstrat. Div. II. 58. eius sententia de somno, et quid sit dormire? Acad. pr. II. 6. quomodo definiat καταληπτόν? *Ibid.* 47. gestu manus visum, assensum et comprehensionem et scientiam explicat. Eius quoque mentio fit *Ibid.* 42. Tusc. III. 17. Fat. 4. et multis aliis locis.

ZENO, Eleates, Tusc. II. 22. 21. ne in summis quidem doloribus indicat conscios proditionis. N. D. III. 33. Eleae a tyranno necatur; eius in dolore et morte constantia. Tyrannus ille fuit Nearchus, quamquam in eo nomine discrepant veteres.

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT

OMNIA

AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT

ET

POTIOREM LECTIONIS DIVERSITATEM

ADNOTAVIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMUS XX

IDEMQUE ULTIMUS

INDICEM GRAECOLATINUM

INDICEM RERUM

ET

CHRONOLOGICUM

COMPLECTENS.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIƆIƆCCCXXI.

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

LEXICON CICERONIANUM.

TOM. IV.

INDICEM GRAECOLATINUM
INDICEM RERUM
ET
INDICEM CHRONOLOGICUM
COMPLECTENS.

LIPSIAE
APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.
CIↃIↃCCCXXI.

INDEX
GRAECO-LATINUS

CONTINENS

GRAECA

IN

CICERONIS LIBRIS

OCCURRENTIA

ET

EORUM INTERPRETATIONES

ADSPERSIS SUBINDE ANIMADVERSIONIBUS.

INDEX
GRAECO - LATINUS.

Ἀβδηριτικὸν, *Abderiticum*, *stultum*, quod Abderitae stupidi putabantur. Att. VII. 7.

Ἀβλάβεια, *abstinentia*, *innocentia*, *frugalitas*. Tusc. III. 8.

Ἀγέλαστος, *expers risus*. Fin. V. 30. ita dictus est M. Crassus, quem Lucilius semel dixerat in vita risisse, neque tamen ea re in eo contigisse ait Cic. ut minus ἀγέλαστος vocaretur. Plin. H. N. VII. 18. „*Ferunt Crassum, avum Crassi* in Parthis interempti, nunquam risisse ob id Agelastum vocatum."

Ἀγοητεύτως, *sincere*, *sine praestigiis et fuco*, *sine assentatione*. Att. XII. 3.

Ἄγραφον, *non scriptum*. Att. VI. 1.

Ἀγών, *certamen*, *contentio*. Att. XIV. 7. I. 16. est studium contentionis, quod in oratione adhibetur, unde ipsae orationes in causis veris, et quidem in primis in forensibus, ἀγῶνες dicuntur, et declamationibus umbraticis opponuntur, vid. v. c. Longin. περὶ ὕψους, S. XI. 1. plura apud Cresoll. Theatr. Rhet. III. 17. Spanhem. ad Iulian. Or. I. p. 11. 12. 13. Olear. ad Philostr. Vit. Sophist. L. XXII. §. I. n. 4. *Ern.*

Ἀθέτησις, *improbatio, reiectio.* Att. VI. 9.

Αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit, Πλάτων, οἶσθ', ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις: *tyrannorum preces*, inquit Plato (ep. 7. ad Dionis propinquos) *permistae sunt, ut scis, necessitatibus.* Att. IX. 13. quae rogant, necessario facienda sunt: eorum preces sunt imperia. *Ern.*

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους, *vereor Troianos et Troianas peplos trahentes.* Att. II. 5. et aliis locis, ex Hom. Iliad. Z. v. 442. et X. v. 105.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι, *veriti sunt quidem recusare, timuerunt autem suscipere.* Att. VI. 1. XVI. 11. ex Homer. Iliad. *H'*. v. 93.

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, *semper fortiter agere, et aliis praestare.* Fam. XIII. 15. Qu. Fr. III. 5. ex Hom. Iliad. *H*. v. 208.

Αἴκε δύνηαι, *si modo possis.* Att. XIII. 12. ex Hesiod. Op. et D. v. 350.

Αἵρεσις, *secta.* Fam. XV. 16.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν. Integer senarius sic habet: αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην τ' ἐᾶν λέγειν: *Turpe est tacere, et sinere Isocratem loqui.* Att. VI. 8. Cum Isocrates scholas rhetoricas aperuisset, et magna hominum multitudo eas frequentaret, Aristoteles aemulatione commotus et ipse rhetoricen docuit. Eodem modo Cicero, cum Bibulus triumphum peteret, turpe esse putabat, si non et ipse peteret. *Ern.*

Αἰσχροῦ φαντασία, *turpitudinis imago, species,* cum venit in mentem, turpiter nos facturos, aut fecisse. Att. IX. 6.

Ἀκαδημικὴ sc. σύνταξις. Att. XIII. 11. vid. ep. 16. h. l. ubi est *Academice* σύνταξις. Sermo est de libris Ciceronis Academicis, quorum primo

Ἀκκῶ. Σημαίνει δὲ καὶ τὸ θέλοντά τι προςποιεῖσθαι μὴ ἐθέλειν. Καὶ Αἰλιανός. „Οὐδενός τε τῶν ἐπ' ἄσμασι θαυμαζομένων ἐκρίθη δευτέρα. Ἅτε δὴ οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς περιεργίας ἀκκιζομένη σὺν καιρῷ καὶ πρὸς ζηλοτυπίαν εὐφυῶς ἄγουσα τὸν ἄνδρα." Καὶ παροιμία· Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον. Ἐπὶ τῶν βδελυττομένων λόγῳ μὲν, ἔργῳ δὲ ἐφιεμένων. Ἰδὼν γάρ τις νεκρὸν ὄνον, ἔφη πρὸς Σκύθην παρόντα· δεῖπνόν τι, ὦ Σκύθα. Ὁ δὲ ἐμυσάξατο μὲν, ὕστερον δὲ περὶ αὐτὸν ἐπονεῖτο. Καὶ Ἀκκισμοὺς προςποιήσεις.

Ἀκοινώνητον, *alienum a familiari consuetudine.* Att. VI. 3.

Ἀκοινωνήτως, *minime familiariter.* Att. VI. 1.

Ἀκολακεύτως, *citra assentationem.* Att. XIII. 51.

Ἀκολασία, *licentia nimia.* Att. XIV. 11.

Ἄκουσμα, Att. XII. 4. quidquid ad aures (convivarum) suaviter deliniendas, aut oblectandas comparatum est. *Non assequor*, inquit, *ut scribam, quod tui convivae, non modo libenter, sed aequo animo legere possint, si velim gravitatem eius constantiamque laudare; hoc ipsum ἄκουσμα sit.* Sic ap. Xenoph. ἀπομνημον. L. II. c. 1. virtus voluptati dicit: τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς, ἀνήκοος εἶ. Haec ἀκούσματα, quae et ἀκροάματα dicuntur, erant *recitationes anagnostarum, symphoniaci pueri,* γελωτοποιοί, etc. *Ern.*

Ἀκραὲς, *liquidum, non turbidum, non perturbatum.* Att. X. 17.

Ἀκρόαμα, Arch. c. 9. pro *anagnoste* est apud Nepotem in vita Attici c. 4. Vid. ἄκουσμα.

Ἀκροστιχὶς, *genus versus Sibyllini, cum deinceps e primis versuum literis aliquid connectitur,* ut in quibusdam Ennianis. Div. II. 54.

Ἀκροτελεύτιον, *clausula, v. c. carminis, le-*

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν,
Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.
Sed meum numquam animum in pectore inflexit: nubes enim tegebat atra. Fam. XIII. 15. ex Hom. Odyss. *H*. 258. et *Ω*. 314.

Ἀλλ' οἰμωζέτω, *sed ploret, male ipsi sit.* Qu. Fr. III. 9. e Comico aliquo fortasse, apud quos saepissime οἰμώζειν iubent, quibus mala precantur. Hinc πολλὰ οἰμώζειν λέγειν.

Ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδιμεν· ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι.
Sed nobis curae non est convivio suavi operam dare, verum magnam cladem a Iove immissam intuentes extimescimus, incertumque est salvine futuri, an interituri simus. Att. XIV. 13. ex Homer. Iliad. *I*. 228 seqq.

Ἄλλα μὲν αὐτὸς, *ut ait ille*, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, *alia quidem ipse, alia autem vel Deus suggeret.* Att. IX. 15. ex Hom. Odyss. *Γ*. v. 26. et 27.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, *sed haec quidem, quae ante acta sunt, omittemus, licet cum moerore.* Att. VII. 1. X. 12. ex Hom. Iliad. *Σ*. v. 112. et *T*. v. 65.

Ἀλληγορία, figura, de qua Rhetores. Orat. 27.

Ἀλληγορίαις, *verbis alium sensum, quam quem prae se ferunt, habentibus.* Att. II. 20.

Ἄλλο πρόβλημα, *alia quaestio.* Att. VI. 5.

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀποθοῦνται ψόγον, *aliis bonis rebus augendis hanc maculam eluunt.* Att. XIV. 22. senarius poëtae nescio cuius.

Ἀλογηθῇ, *negligatur.* Att. XII. 3.

Ἀλογίστως, *inconsiderate, stulte.* Att. IX. 10.

Ἀλόγως, *sine ratione, temere.* Att. XII. 35. XIII. 48.

Ἄμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, *simul a fronte et a tergo.* Fam. XIII. 15. Homer. Iliad. *A*, 343.

Ἀμαλθεία, *Amalthea.* Att. I. 16.

Ἀμαλθεῖον, *Amaltheum.* Att. I. 16. Est praedium Attici, cui nomen imposuit ab Ἀμαλθεία. *Amalthea* in fabulis quae sit, notum est, sed l. c. est gymnasium, aut diaeta praedii Epirotici. L. II. ep. 1. Cicero dicit: *Amalthea mea te exspectat.* Eam fuisse gymnasium in Arpinati, ut Corradus ait, verosimile est, aut diaetam, quam imitaturus Atticum Cicero extruxerat. In hac Amalthea I. Fr. Gronovius putabat posuisse Atticum imagines virorum illustrium, a quibus, ut ab Amalthea Iupiter, ita imperium Romanum, tamquam nutritum, ad tantam magnitudinem pervenisset: his adiecisse versus, qui facta eorum et magistratus continerent, de quibus Nepos vit. Att. c. 18. *Ern.*

Ἄμβροτος, *immortalis, divinus.* Att. XVI. 5.

Ἄμεμπτα, *non accusanda.* Att. VII. 1.

Ἀμεταμέλητος, *non poenitendus.* Att. VII. 3. XIII. 52.

Ἀμηχανία, *inopia consilii.* Att. XV. 29.

Ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφιλέτην etc. *deforme et turpe est eius, qui contrariae sit in republica factionis, debitorem esse.* Att. VII. 8.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ, *respiratio veneranda Alphaei.* Att. XII. 5. sunt Pindari verba Nem. I. 1. sic appellat Arethusam, διὰ τὸ ἀποῤῥῶγα καὶ οἷον στόμα τὴν ἀρέθουσαν κρήνην τοῦ Ἀλφειοῦ εἶναι, ut ait Scholiastes. *Ern.*

Ἀμφιβολία, *ambigue dictum.* Fam. VII. 32.

Ἀμφιλαφεία, i. q. divitiarum affluentia, bona copia, s. ἀμφιλαφὴς περιουσία. Q. Fr II. 6. ἀμφιλαφείαν *illam quam tu soles dicere bono modo desidero, sic prorsus, ut advenientem excipiam libenter, latentem etiam nunc non excitem. Tri-*

bus locis aedifico, reliqua reconcinno, viro paullo liberalius, quam solebam. Quintus a Marco fratre quaesiverat, an si Romam e Sardinia rediisset eum bene nummatum deprehensurus esset, in eoque illo vocabulo *ἀμφιλαφείας* usus erat. Cicero igitur respondet se illam opum affluentiam s. nummorum abundantiam modice desiderare; si venerit libenter excepturum; non autem etiamsi nunc lateat nec dum ad se pervenerit, operose et anxie quaesiturum et excitaturum esse. Et quae sequuntur statim rationem reddunt, cur nondum ad illas divitias potuerit pervenire, quia tribus locis aedificet, cetera reconcinnet, et genio liberalius indulgeat. Similis locus est ad Q. Fr. II. 15. quem hic iam olim[1] a nobis ita emendatum ponimus. *Quare suavitatis equidem nostrae finendae causa cuperem te ad id tempus venire quod dixeras; sed illud malo tamen, quod putas; etenim magni aestimo ἀμφιλαφείαν illam tuam et explicationem debitorum. Illud quidem sic habeto nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. Parva sunt quae desunt, nostris quidem moribus, et ea sunt ad explicandum expeditissima, modo valeamus.* Ernestius aliique a vero horum locorum sensu prorsus aberrarunt. S.

Ἀμύμων, reprehensionis expers. Att. XVI. 5.

Ἀκαθεώρησις, animadversio, consideratio. Att. XIV. 15. et 16.

Ἀναλογία, comparatio, proportio, quam vulgo dicimus, cum olim *proportio* esset tantum *ratio.* Att. VI. 2. de Univ. 4. v. Varr. L. L. IX. p. 135. ed. Steph. *Ern.*

Ἀναντιφωνησία, taciturnitas in respondendo, cum alicui nihil respondemus. Att. XV. 13. quam Cicero Verr. I. 31. taciturnitatem ipse vocat.

Ἀναντιφώνητον, sine responsione. Att. VI. 1.

Ἀντίχθων, *terra opposita pedibus nostris.* Tusc. I. 28.

Ἀντιμυκτηρίσαι, *vicissim deridere* Fam. XV. 19.

Ἀντιόχεια, *Antiochi sententiam continentia.* Att. XIII. 12 et 16.

Ἄνω, κάτω, *sursum, deorsum.* Att. V. 10. Per ἄνω κάτω ibi significatur schola Academica, quia Academici de omnibus in utramque partem disputare solebant. Similis est interpretatio huius formulae apud Suidam: Ἄνω κάτω· τὸ πάντα λίθον κινεῖν. Cicero igitur l. l. quum dicit: Ἄνω κάτω *si quid est, est in Aristo:* significat Aristum illo tempore potissimum Academicae sectae laudem sustinere. S.

Ἄνω ποταμῶν, *supple ex Euripide versum:* ἱερῶν χωροῦσι παγαί, *sursum versus sacrorum flu-minum feruntur fontes.* Att. XV. 4. prov. de rebus ἀδυνάτοις, quo saepe usi sunt poetae. v. c. Ovid. Her. V 30. ubi vid. Interpretes. *Ern.* Illum locum sic Germanice vertas: *wenn aber auch Corfulenus übergeht, dann kehrt sich die Welt um.*

Ἀξία. Fin. III. 6. et 10. vocabulum Stoicum, quod illam rei proprietatem indicat, qua fit aestimabilis et digna, quae diligatur, aut aliis praeferatur; id quod facit, ut res inter προηγμένα referatur: *pondus dignum aestimatione,* ut Cicero interpretatus est loc. cit. *Ern.*

Ἀξιοπίστως. Att. XIII. 37. *nihil tam ἀξιοπίστως dici* i. e. tam apposite ad persuadendum.

Ἀξίωμα, *enuntiatum, effatum, enuntiatio quaelibet.* Acad. Qu. II. 29. Tusc. I. 7. Fat. 10. Hodie mathematici cum Aristotele accipiunt, pro enuntiato, quod ex se intelligitur: sed Stoici de quovis enunciato dicebant, quod interdum et facit Aristoteles. v. Menagius ad Laërtium VII. 65. *Ern.*

rat, ut eo lecto multi sibi mortem consciscerent, inscripsit *ἀποκαρτεροῦντα*, quod in eo quidam inducebatur, qui, cum vellet e vita per inediam discedere, et ab amicis revocaretur, iis respondens vitae humanae incommoda enumerat. *Ern.*

Ἀπολιτικώτατον, civilis gubernationis maxime expertem, reip. gerendae inscium. Att. VIII. 16.

Ἀπολογισμὸν συντάξομαι, defensionem componam. Att. XVI. 7.

Ἀποπροηγμένον, reiectum. Stoici cum nollent boni malique loco ponere quicquam praeter virtutem et turpitudinem, ceteras res, quibus non potest eodem modo animus humanus moveri, tanquam valetudinem rectam, morbum, dolorem, voluntatem, vitam, mortem, divitias, paupertatem etc. distribuebant in *προηγμένα*, et *ἀποπροηγμένα*, h. e. dignas, quae deligerentur, vel repudiarentur, ut v. c. valetudo recta *προηγμένον* esset, morbus *ἀποπροηγμένον*. Div. IX. 7. Fin. III. 15. *Ern.*

Ἀπορία, dubitatio. Att. VII. 21. XV. 4. XVI. 8. VII. 12.

Ἀπορῶ, dubito. Att. VII. 11. IX. 13.

Ἀποσπασμάτια, fragmenta. Att. II. 1.

Ἀπότευγμα, spei frustratio, infelix successus. Fam. IX. 21. Att. XIII. 27. Qu. Fr. III. 2.

Ἀποτόμως, acerbe, aspere. Att. X. 11. ductum a medicis, qui secant et urunt, et *ἀποτόμοι* dicuntur. v. Cuperus Obs. II. 17. *Ern.*

Ἀπότριψαι, abstergito. Att. VII. 5.

Ἀποφατικά, negantia, contraria aientibus, iis opponuntur *καταφατικά*. Top. 11.

Ἀποφθέγματα, facete dicta. Div. IX. 16. Off. I. 29.

Ἀπρακτότατος, rebus agendis ineptissimus. Att. I. 16.

Ἀπροσδιόνυσον, absurdum, ineptum, alienum

Att. XVI. 13. proprie significat *alienum a Baccho.* Iis enim qui inter scyphos seria tractabant, acclamari solebat: *Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.*

Ἀπρόσιτος, non facilis aditu; minime affabilis, asper. Att. V. 20.

Ἀπροσφώνητος, insalutatus. Att. VIII. 8.

Ἀργὸς λόγος, ignava ratio. Fat. 12. genus sophismatis, quod inde nomen traxit, quod credebatur, homines, eo deceptos, ignavos et otiosos reddere. Est enim huiusmodi, ut est apud Cic. de Fat. 12. *Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces etc.* Hoc sophismate utebantur in disputationibus de libertate, fato. De eo egregie Facciolatus acroas. V. *Ern.*

Ἄρειος πάγος, Areopagus; rupes Martia, ubi senatus Atheniensis conveniebat, unde et pro senatu ipso dicitur et eius conventu, iudicio. Att. I. 14.

Ἀρετὴ non est διδακτόν, virtus non est res, quae tradi et doceri possit. Att. X. 12. de quo est Aeschinis Dialogus I. *Ern.*

Ἄρη πνείων, Martem spirans, de iis dicitur, qui ipso vultu crudelitatem aliquam et saevitiam prae se ferunt. Qu. Fr. III. 4. Ex Aeschyli Agam. 387. *Ern.*

Ἀριστεία, praeclarum facinus, dignum *ἀριστείῳ*, h. e praemio, quod dari solet iis, qui *ἀριστεύουσιν*, h. e. rem praeclaram gerunt. *ἀριστείαν* Att. XIV. 16. appellat Dolabellae Cos. facinus, quum columnam in Caesaris sepulcro evertisset, de quo in Philippicis passim. Att. XIV. 16. XVI. 19. *Ern.*

Ἀριστοκρατικῶς, accommodate ad statum et sensum optimatum. Att. I. 14.

Ἀριστοτέλειον, Aristotelicum. Att. XIII. 19.

Ἀριστοτέλους ἐξωτερικοί, Aristotelis libri ita dicti.

dicti. Att. IV. 16. quia ad sensum popularem propemodum scripti, ut ab his quoque intelligi possent, qui philosophiam eius non didicissent; nam hi ἐξωτερικοὶ appellabantur. His opponuntur ἀκροαματικοὶ, qui his scribuntur, qui philosophiam didicerunt, doctis, eruditis. *Ern.*

Ἀρκαδίαν. *Hexameter integer sic habet:* Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔτοι δώσω, *Arcadiam me poscis, rem magnam me poscis, nequaquam dabo.* Att. X. 5. proverbium, cum quis petit, quod fieri non potest, aut difficillimum est. Is versus oraculo editus est, de quo Herodotus L. I. c. 66. p. 26. ed. Steph. *Ern.*

Ἄρκτοι, *Ursa maior et minor.* Nat. Deor. II. 41.

Ἁρμονία, *consensus.* de Univ. 8.

Ἀῤῥωστήματα, *aegrotationes.* Tusc. IV. 10. vocabulum Stoicum, ex arte medica translatum et traductum ad animum; in quo genere translationis nimii erant Stoici, in primis Chrysippus. In animo itaque, ut in corpore, esse dicebant νοσήματα et ἀῤῥωστήματα, quae ex perturbationibus existerent, cum inveterassent penitusque insedissent, tamquam avaritiam, gloriae cupiditatem, mulierositatem. Differunt autem νόσημα et ἀῤῥώστημα gradu. *Ern.*

Ἀρχέτυπον. Att. XII. 5. XVI. 3. est proprie *exemplar primigenium.* Hunc sensum habet L. XVI. ep. 3. nam ibi dicit, se remittere σύνταγμα retractatum, non ἀπόγραφον ab exemplo primo, sed ipsum ἀρχέτυπον, crebris locis inculcatum et refectum. Sed L. XII. 5. ἀρχέτυπα *Nicasionum*, sive, ut I. F. Gronovio recte placebat, νεοεικοστώνων, sunt *tabulae eorum, qui recens mancipes sunt facti, sive redemerunt vicesimas*, similes his, quas quivis pater familias diligens conficiebat. *Ern.* Nempe Lambinus et Popma *Nicasiones* argenta-

rios et feneratores esse putarunt, quod sane est verisimile. Et Popma quidem monuit, *Nicasio* esse nomen proprium, quod etiam apud Ciceronem Verr. IV. occurrat. Bosio placebat *Neoeicasionum*, ut sit fictum nomen ex νεος et εἰκάζειν, quasi dicantur novi priscarum tabularum refectores. Cui quidem rationi multum praeferenda est I. F. Gronovii sententia, qui ad h. l. „*Lege*, inquit, *Νεοεικοστώνων ἀρχέτυπα.* hoc sensu: Etsi fuit ratio cur Kalendis Romae non essem, nimirum ne inter primos essem in tabulis novorum publicanorum, qui vicesimam exigunt. *Εἰκοστώνης* est emptor vel manceps vicesimae, qui vicesimam conduxit, vicesimarius vid. Lips. excurs. ad XIII. annal. Taciti ubi ex Arriano glossae, non ex his ille corrigendus. *Εἰκοστώνης ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν, vicesimarius.*" Hactenus ille. Ego vero cum Mongaltio in versione harum epistolarum Gallica Lambini et Popmae sententiam sequor totumque locum sic interpretor: mihi ob aes alienum nondum expeditum Kalendae vitandae fuerunt (tristes scil. debitoribus) et Nicasionum ἀρχέτυπα fugienda (i. e. tabulae, in quibus feneratores debitorum nomina consignabant) conficiendaeque tabulae h. e. pecunia alia mutuo sumenda, ut versura solvere possim.

Ἀστρατηγικώτατος, *artis imperatoriae maxime ignarus.* Att. VIII. 16.

Ἀσφαλὲς, *tutum.* Att. XVI. 5.

Ἀσφάλεια, *securitas, tutum praesidium adversus vitae pericula.* Att. II. 19. XVI. 8.

Ἀσώματος, *sine corpore; corporis expers.* Nat. Deor. I. 12.

Ἀταραξία, *status mentis perturbatione vacuus.* Fam. XV. 19.

Ἄτεχνοι, *artis expertes.* Top. 4.

Ἀτισία, *defectus solutionis, cum quis solvendo non est.* Att. XIV. 19.

Ἀτοπώτατον, *absurdissimum, alienissimo loco positum,* Att. XV. 26.

Ἀτριψία, *ruditas in aliquo genere.* Att. XIII. 16.

Ἀττικισμὸς, *Atticismus, sive orationis lepos.* Att. IV. 17.

Ἀττικώτατα, *quae maxime sunt Attica.* Att. XV. 1.

Ἀττικώτερα, *magis Attica.* Att. I. 13.

Ἄτυφον, *sine ambitione, sine fastu.* Att. VI. 9.

Αὐθεντικῶς, *cum auctoritate, certo auctore.* Att. IX. 14. X. 9.

Αὐθωρεὶ, *illa ipsa hora.* Att. II. 13.

Αὔξησις, *amplificatio.* Or. 36.

Αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ᾽ Ἕκτορα πότμος ἕτοιμος, *statim enim tibi deinde post Hectorem mors parata.* Att. IX. 5. Sic apud Homerum Iliad. Σ. 96. Thetis filium suum Achillem alloquitur, cui ille statim v. 98. respondet: Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλον ἑταίρῳ Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι, *utinam statim moriar, cum non potui socio,* (Patroclo) *cum interficeretur, opem ferre.*

Αὐτονομία, *facultas et libertas suis utendi legibus.* Att. VI. 1. et 2.

Αὐτόχθων, *nativus et indigena.* Att. VII. 2.

Βεβίωται, *vita feliciter acta est.* Att. XII. 2. XIV. 21. Vixi! Virgil. Aen. IV. 653.

Βλάμματα, *detrimenta.* Fin. IV. 21.

Βλάσφημα, *quae mali sunt ominis.* Att. XV. 11. *εὔφημα* contra *bene ominata* dicuntur, vid. Casaub. ad Theophr. Charact. cap. 19. *Ern.*

Βούλησις, *voluntas.* Tuscul. IV. 6.

Βούλυσις, *vespera, tempus, quo boves ab aratro solent solvi.* Att. XV. 27. Ex Homero intelligi potest, veteres tempora diei appellasse ab iis rebus, quae agi solerent. Et quoniam rustica tunc temporis vita erat hominum, ab opere rustico nomina partibus dici tribuerunt. Vespera igitur dicta *βούλυσις* sive *βουλυτόν*, quod est Iliad. *Π.* v. 779. v. Schol. *Ern.*

Βοῶπις, *magnis iisque perpulcris oculis praedita:* Iunonis epitheton Homericum. Att. II. 9. et 12. XIV. 22.

Γ.

Γαυριῶ, *glorior.* Att. XVI. 5.

Γέλως σαρδόνιος, *Sardonius risus.* Fam. VII. 25. proverbium de iis, qui ridendo sibi nocivum concitant periculum. Servius ad Virgil. Ecl. VII. 41. „In Sardinia nascitur quaedam herba, quae Sardea dicitur, ut Sallustius dicit, apiastri similis haec comesa hominum rictus dolore contrahit, et quasi ridentes interimit.“ Inde igitur multi putarunt dictum esse *Γέλωτα Σαρδόνιον.* Alii potius a *σεσηρέναι rictum diducere* derivandum esse censuerunt, unde porro factum *διασαρδονεῖν.* S.

Γενικῶς, *generaliter.* Att. I. 14. Tunstallus; *omnino, sine exceptione.*

Γενικώτερον, *generalius.* Att. IX. 10.

Γεροντικώτερον, *senilius.* Att. XIII. 1.

sunt, ita Gabinium accusatores terruerant, nihil ei nocuerant. *Ern.*

Γυμνασιώδη, *apta gymnasio.* Att. I.

Δ.

Δαίμονες, genus Deorum, quod Latine *Lares* dici posse putat Cicero. de Univ. 11. v. Ind. Lat. in *Lares.*

Δεδῆχθαι, *morsum esse.* Att. XIII. 20.

Δεινὸς ἀνὴρ, τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο; *vehemens vir, et qui vel insontem accusare audeat.* Att. XIII. 25. ex Homer. Iliad. *Δ.* v. 653.

Δέῤῥεις, *pelles, involucra.* Att. IV. 17.

Δεύτεραι φροντίδες, *posteriores cogitationes.* Qu. Fr. III. 1. 6. ex Euripidis Hippolyto 436.

Δημήτηρ, *Ceres*, nominata, quasi *Γημήτηρ*, terra mater. Nat. D. II. 26.

Δῆμοι. Att. VII. 3. *Loca.* Nam Latinis *loca* sunt *χῶροι*, *χωρία.* v. Salmas. ad Solin. p. m. 690. Verti etiam potest: *populi, pagi.* Nam *δῆμοι Ἀττικῆς*, *Populi Atticae*, de quibus extat *Meursii* libellus, nihil sunt, nisi *pagi*, (*Cantons*) in quos Attica erat descripta, et a quibus Athenienses, ut Romani a tribubus, nominabantur. Nam ut Romani, v. c. dicebant: *Q. Verres Romilia*; sic Graeci: *Δημοσθένης Παιανιεύς.* Cicero dicit se scripsisse *in Piraeeum*; idque sibi vitiosum visum non esse, quod de Piraeeo dixisset, non ut de *oppido*, sed ut de *loco*, h. e. *pago*, *regione.* sic Terentium dixisse *e Sunio.* Sunium aeque esse oppidum ac Piraeeum. Itaque si *δῆμοι* sint oppida, necessario Terentium quoque peccasse. Sed Terentium intellexisse *Sunium pagum*, *populum*, cuius caput esset urbs Sunium, et qui ab eo op-

pido appellaretur. Sic se dixisse in *Piraeeum pagum*, *populum*, non *oppidum* ipsum. Sic capiendus est locus, quem nec ὁ πάνυ Graevius satis cepit. Nam *locum* explicat de *vico*, qualis Haga Batavorum; quae vocabuli vis locum hic non habet. Nam non magis dici potest: *profecti sumus in Hagam*; quam *in Lipsiam*. *Ern.*

Διάθεσις, *sensus*, *cogitatio*, *quo quis animo est*. Att. XIV. 3.

Διάλογος, *dialogus*, *colloquium*. Att. XV. 13. V. 5.

Διαίρεσις, *divisio*, *distributio*. Att. VI. 1.

Διανοητικαὶ φαντασίαι, *intelligibiles visiones*, *visa rerum intelligibilium non sensibilium*. Fam. XV. 16. vid. infra *φαντασία*.

Διαῤῥήδην, *aperte*, *diserte*. Div. XVI. 21.

Διάῤῥοια, *alvi profluvium*. Div. VII. 26.

Διὰ σημείων, *per notas*, *siglas scribere*. Att. XIII. 32.

Διατροπή, *infamia*, *dedecus*. Att. IX. 13.

Διάφασις, *prospectus*. Att. II. 3.

Διαφόρησις, est vocabulum medicum, quod significat *transspirationem*, *quae fit per sudorem*, unde *διαφορητικὰ ἰάματα*, *medicamenta ad sudorem efficiendum accommodata et comparata*. Neque video, quid causae sit, quare, cum de imbecillae valetudinis homine Tirone sermo sit, cui *διαφόρησις* profuisse dicatur, in hac significatione verbi acquiescere nolimus, et cum P. Manutio interpretari, *relaxationem animi*, quae potius altero illo indicatur: *si vero etiam Tusculanum profuit*. Fam. XVI. 18. *Ern.*

Δίβαφον, *bis tincta purpura*, *vestis auguralis*. Fam. II. 16. ad quem locum vid. Ind. Lat. v. *Infector*. Att. II. 9. ita dicitur, quia primo cocco; deinde purpura tingebatur. Ruben. de Lato Clavo II. 14.

Διδασκαλία, doctrina, loci philosophi explicatio, aut ex alia arte. Fam. VIII. 3

Διδακτὸν, quod doceri potest. Att. X. 12.

Διευκρινήσεις πρόβλημα πολιτικὸν, explicabis quaestionem ad reipublicae statum pertinentem. Att. VII. 9.

Διοίκησις. Fam. XIII. 53. 61. dicitur *portio quaedam provinciae, cuius administratio et iurisdictio Praetori commissa est; ein District.* Sic Cicero praeter Ciliciam tres διοικήσεις in Asia habebat, Cibyraticam, Apamensem et Synnadensem. Hoc sensu Hellespontia διοίκησις dicitur. Hinc hodie quoque Gallis eiusmodi portio provinciae dicitur *une dioecese.* Fam. XIII. 53. et 67. *Ern.*

Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, Dionysius Corinthi. Quia Dionysius tyrannus Siciliae tyrannide eiectus Corinthi, ut vitam sustentaret, ludum aperuisse dicebatur, res venit in proverbium. Ceterum verba Ciceronis: „De optimatibus sit sane ita ut vis, sed nosti illud: *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ* optime sic interpretatur in versione gallica Mongaltius: *„Denys Tyran de Syracuse ayant été chassé, se retira a Corinthe et se vit reduit pour subsister à tenir de petites écoles. Cet exemple de la vicissitude des choses humaines passa depuis en proverbe: Philippe de Macedoine ayant écrit aux Lacédémoniens une lettre pleine de hauteur et de menaces, ils y repondirent par ces deux mots, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Voici maintenant l'application que Ciceron fait de ce proverbe. Vous me marquez dit-il, que les gens de bien, qui sont à Rome trouvent, que j'ai bienfait de demeurer en Italie; c'est parce que César est maintenant le plus fort: mais vous savez combien la fortune est inconstante: et si elle venoit à se déclarer en faveur de Pompée, quelle honte alors*

pour moi de ne l'avoir pas suivi. Il s'explique là-dessus dans d'autres endroits, comme dans la troisième lettre du huitiéme livre: subeundumque periculum sit, cum aliquo forte dedecore, quando Pompeius rem publicam recuperarit. *Il s'explique encore plus clairement et plus au long dans la huitième lettre du dixiéme Livre. J'ose assurer, que les commentateurs n'ont point compris le sens de cet endroit. Ils font dire a Cicéron qu'il apprehende qu'on ne lui réproche une vie oisive et obscure. Le proverbe Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ n'a jamais été pris en ce sens, et a toujours été appliqué à l'inconstance de la fortune.* Att. IX. 9.

Διόσκουροι. Nat. D. III. 21. *Castor et Pollux.*

Διπλῆ, dupla, genus notae, qua veteres Grammaticos usos fuisse constat. Ea est de duabus lineis ad angulum acutum coëuntibus, hoc modo < aut > item sic CC. vid. doctos viros cum ad h. l. tum Menag. ad Diog. Laërt. III. 66. et Schol. ad Aristoph. Nubes pluribus locis. Eschenbach. de notis crit. p. 247. 248. Montfaucon. Palaeogr. Gr. p. 352. Troz. ad Hugonem de Orig. Scrib. p. 280. *Ern.*

Διφθέραι, libri, e membranis facti. Att. XIII. 24. Sic interpretatur bene Victorius, qui διφθέρας ex h. l. laudat. Varron. R. R. II. extr. *Ern.*

Δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν, ambigit animus ad verum dicendum. Att. XIII. 38. e Pindari carmine deperdito.

Διψῶσα κρήνη, aridus vel siticulosus fons, in quo nihil est aquae. Att. XII. 5. ita appellatur, cuius est res angusta domi, qui in angustiis est rei familiaris.

Δόγματα, decreta philosophica, placita. Acad. II. 9.

Δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες, longam naviga-

tionem molientes. Att. XVI. 13. ex Hom. Odyss. *Γ.* v. 169.

Δρομόθεν, ex cursu. Att. XI. 6. Sed haec lectio est a Bosio efficta e lectione Cod. Crusulliani: *dromo de nunc.* Tunstallus in Epist. ad Midleton. p. 158. rescribit: *Δρόμῳ te nunc* (sc. fer) *ad Oppium. Ern.* Sed vide annotationem nostram ad h. l. S.

Δυσδιάγνωστον, difficile diiudicatu. Att. V. 4.

Δυσεντερία, intestinorum morbus. Fam. VII. 26.

Δυσεξίματα, quae ita demersa sunt et abdita, ut vix e profundo educi possint, ab *ἐξιμᾶν, proferre e profundo.* Att. V. 10.

Δυσουρία, urinae difficultas. Att. X. 10.

Δυσουρικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη, urinae difficultas et intestinorum morbi. Div. VII. 26.

Δύσχρηστα, incommoda. Att. VII. 5.

Δυσχρηστήματα, incommoda. Fin. III. 21.

Δυσχρηστία, difficultas versurae faciendae, seu mutuo sumendae pecuniae. Att. XVI. 7.

Δυσωπία, verecundia. Att. XIII. 33. XVI. 15. cum veremur alicui aliquid postulanti, petenti etc. negare.

E.

Ἐὰν διαμείνῃ, si permanseris. Att. XV. 12.

Ἔα πάσας, mitte omnes. Qu. Fr. II. 10. Manutius negat, se locum intelligere. Lambinus autem omissum dicit: *μελεδῶνας, curas, a μελεδώνη.*

Ἐατέον, relinquere oportet. Att. I. 16.

Ἑαυτὸν τιμωρούμενος, seipsum puniens, senex Terentianus. Tusc. III. 27.

Ἐβδελυττόμην, abominabar. Att. XV. 29.

Ἐγγήραμα, senectutis requies, delectatio, occupatio. Att. XII. 25. 30.

Ἐγκελεύσματα, hortationes. Att. VI. 1.

cuius vim se scire negat Manutius, quod totam sententiam non adscripsit Cicero. *Ern.*

Εἴδωλα, spectra, imagines. Fam. XV. 16. Att. II. 3. *exuviae* vel *membranae*, ut Lucretius appellat, quae, ut placebat Epicuro, de corporibus defluunt continuo et sensus hominum pulsant, vid. Lucret. L. IV. v. 34. sqq. *Ern.*

Εἰδώς σοι λέγω, sciens tibi dico. Att. IX. 7.

Εἴη μισητὸς φίλος οἶκος, odio sit ipsa domus alias cara. Att. IV. 8. proverbium Graecum est: *οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος,* cuius originem vid. ap. Erasmum pag. 563. Eo usus est Cicero Att. XV. 15. hic autem tantam suavitatem esse iucunditatemque dicit aedium Antiatinarum, ut sua sibi domus pene odio sit. *Ern.*

Εἰλικρινὲς, sincerum, integrum. Qu. Fr. II. 8. quod etiam ad solem explicatum et inspectum purum reperitur. Sic πρὸς *αὐγὰς* sc. *ἡλίου ἀνασκοπεῖν τι* dicitur. Longin. S. III. *Κἂν ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς,* ubi vid. Fabrum et Tollium. *Ern.*

Εἱμαρμένη, fatalis necessitas, fatum. Nat. D. I. 20. Div. I. 55.

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ. etc. *an manendum in patria tyrannide oppressa: ea vero tyrannide oppressa an quovis modo tyrannidis eversio molienda est, etiamsi civitas propter id de summa rerum periculum subitura sit. An cavendum sit, ne qui tyrannidem evertit, ipse evertatur. An tentandum sit, opem ferre patriae tyrannide oppressae verbis et rei opportunitate, potius, quam bello. Utrum civis boni sit, secedentem aliquo, quiescere oppressa a tyranno patria, an quodcumque subeundum discrimen pro libertate. An bellum inferendum regioni, eaque sit obsidenda, si a tyranno opprimatur. An etiam*

is, qui non probet, ut bello tyrannis evertatur, tamen nomen suum profiteri cum fortissimis viris debeat. An cum bene meritis et amicis una subeunda sint pericula in rebus, quae pertinent ad rempublicam, etiam si illi minus recte de summa rerum consuluisse videantur. Utrum de patria bene meritus, ob eamque causam gravissima quaeque passus, et invidia oppressus, ultro pro patria discrimen subire debeat: aut permittendum ei, ut sui ipsius interdum et carissimarum personarum rationem habeat, dimissis adversus potentes concertationibus pro republica. Att. IX. 4. sunt *θέσεις* (vid. in h.v.) in quibus tractandis otium cousumebat Cicero, ut animum parumper ab aegritudine abduceret. *Ern.*

Εἴρων, simulator, dissimulator: ita dictus Socrates, quod redarguendorum Sophistarum causa simulabat, se omnia nescire, etiam cum recte sciret. De verbo *εἰρωνεία* vid. Theophrast. Char. c. I. et ibi ὁ *πάνυ* Casaubonus. Or. II. 67. Brut. 87. Off. I. 30. *Ern.*

Εἰρωνεία, dissimulatio, cavillatio. Att. XVI. 11. Acad. II. 5.

Εἰρωνεύεσθαι, dissimulare, dissimulanter loqui. Fam. IV. 4.

Εἷς ἐμοὶ μύριοι, unus mihi decem millia, unus mihi instar multorum millium. Att. XVI. 11.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνασθαι περὶ πάτρης, unum augurium optimum, pugnare pro patria. Att. II. 3. ax Hom. Iliad. *M.* v. 243.

Ἐκβολὴ λόγου, digressio, e Thucyd. I. 97. Att. VII. 1.

Ἐκμαγεῖον. Att. X. 1. hanc vocem in Ciceronem intrusit Bosius e vestigiis Codicis MS. (Nimirum pro verbis: *sed tamen hominis hoc ipsum probi sed magnum sit τῶν πολιτικωτάτων* etc. Bo-

sius edidit: *sed tamen hominis hoc ipsum probi est ἐκμαγεῖον. Est τῶν πολιτικωτάτων* etc.) Sed neque in Gronoviana, neque in Graeviana servata est. de voce ἐκμαγεῖον v. Voss. ad Catull. p. 97. *Ern.*

Ἐκτενέστερον, *prolixius et largius in officiis promittendis, et benevolentia significanda.* Att. XIII. 9. utrumque est de sermone, qui amoris officiique plane insignem atque inusitatam significationem habet. Nam ἐκτενὴς et ἐκτένεια insigne et incredibile quoddam studium, ardoremque in re aliqua significant. Et hanc vim habent in omnibus locis, quibus sacri scriptores usi sunt. Luc. XXII. 44. Act. XII. 5. XVI. 7. 1 Petr. I. 22. IV. 8. *Ern.*

Ἐκτένεια, *prolixa et larga studii et voluntatis declaratio.* Att. X. 17.

Ἐκτρόπιμος, *remota a via.* Att. XII. 12. Cicero monumentum filiae Tulliae extruere volebat. huic ἀποθεώσει non satis aptam putabat insulam, quam, in Arpino fluvius Fibrenus efficiebat (de Leg. II. 1.) quod iste locus nimis esset a via regia remotus, adeoque non esset in conspectu, celebrarique posset. Nam hanc ipsam ob causam ad vias celeberrimas monumenta solebant extruere Romani, ut eo facilius memoria hominum propagaretur ad posteros, et a quam plurimis conspicerentur: Unde verba: *Siste gradum viator:* quibus hodie uti non licet, cum monumenta huiusmodi locis clausis et septis, non in via sint: ut merito rideatur etiam doctorum hominum in ea re indocta κακοζηλία. *Ern.*

Ἐκφώνησις, ὑπέρευ, *exclamatio, recte, egregie!* Att. X. 1.

Ἔκχυσις, *effusio, sc. radiorum.* Att. II. 3. Veteres enim putabant visionem fieri radiorum ex oculis emissione. *Ern.*

eodem Caesare, de quo hic sermo, apud Deiotarum deversante: *Cum vomere post cenam te velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt.* Ex quo intelligitur, post cenam ad vomitum isse homines, ut cibo alvum exonerarent, ne large sumtus noceret. Celsus I. 3. *Reiectum esse ab Asclepiade vomitum video: nec reprehendo, si eorum offensus est consuetudine, qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur . . commoneo tamen, ne quis, qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere post cibum volet etc.* de hac igitur Caesaris consuetudine sermo: *accubuit, ἐμετικὴν agebat,* h. e. volebat vomere post cenam, ideoque largius edebat. adde Casaub. ad Sueton. Vitell. 13. *Ern.*

Ἐμπολιτεύομαί σοι, *tecum ago de republica.* Att. VII. 7.

Ἐμφατικώτερον, *luculentius, cum maiori significatione.* Brut. 1.

Ἐμφιλοσοφῆσαι, *una philosophari.* Att. IV. 16.

Ἐν αἰνιγμοῖς, *obscure dictis.* Att. II. 19. VI. 7.

Ἐνάργεια, *perspicuitas, evidentia.* Acad. II. 6.

Ἐν γόνασιν, *genibus nixa.* Arat. fr. sidus prope draconem, exhibens speciem viri laborantis, εἴδωλον ἐοικὸς ἀνδρὶ μογέοντι, ut Aratus ait I. 63. aut, ut Scholiastes ait, ὀκλάζοντι: unde ἐν γόνασι dictum est, q. d. *qui genubus nixus conspicitur. Ern.*

Ἐνδόμυχον, *arcanum de re domestica.* Att. V. 14. et 21. nempe de coniugio Tulliae filiae. ἐνδόμυχον proprie est, quod in intimo recessu ac penetrali abditum est. Sic ἐνδόμυχον πῦρ urebat Leandrum ap. Musaeum v. 246. Nam μυχός dicitur cuiusque rei intimum. vid. Spanh. ad Iulian. Or. *I.* p. 68. *Ern.*

Ἐν δυνάμει, *cum vi et efficacia.* Att. IX, 6.

rogat me, paucis quidem verbis, sed ἐν δυνάμει, sed iis, quae magnam vim habent; adhibet πειθανάγκας, ut tyrannorum preces appellat, IX. 13. quibus non possum resistere. Idem ἐν δυνάμει aliquoties occurrit apud auctores sacros, sed alio sensu, Hebraico scilicet. *Ern.*

Ἐνεπερπερευσάμην, *venditavi me.* Att. I. 14. Unus omnino hic locus profani scriptoris est, in quo hoc verbum occurrat. Simplex est apud Paullum ad Corinth. I. c. 13. 5. Ex latino fonte ductum esse non omnes concedunt: quam vim habeat, ex hoc Ciceronis loco facile intelligitur. Dicit, *reduci Pompeio, novo auditori, me omni modo iactavi et venditavi, nullo genere praecipuo ornamentorum neglecto, quae numquam ita se mihi obtulerunt, ut nunc.* Hic sensus loco Paullino egregie convenit, et plus apud nos valere debet Ciceronis, quam eorum auctoritas, qui diu post vixerunt. *Ern.*

Ἐν ἐπιτομῇ, *summatim.* Att. V. 20.

Ἐνερευθέστερος, *rubicundior.* Att. XII. 4.

Ἐνθουσιασμὸς, *afflatus divinus.* Qu. Fr. III. 4.

Ἐνθύμημα. Top. 13. est conclusio e contrariis, fere per interrogationem, ut *cur optas, quod habes?*

Ἔννοια, *notio, intelligentia.* Top. 7. Acad. II. 7. Fin. III. 6. Tusc. I. 24. ἔννοιαι sunt primo, *notiones rerum in animis natura insitae et consignatae* Tuscul. I. 24. unde κοιναὶ ἔννοιαι notiones, hanc ipsam ob causam communes, quia natura insitae sunt; aliud genus est ἐννοιῶν, de quo Acad. II. 10. et 7. Top. 7. hae sunt *notitiae rerum, e visis extrinsecus arreptis et inter se comparatis constitutae, quae et προλήψεις vocantur.* Porro de Fin. III. 6. ἔννοια Stoica est *intelligentia vel notio,* qua videmus rerum agendarum ordinem et

quasi concordiam, quam ubi homo cepit, multo, ut aiunt, pluris ea aestimat, quam, quae primum dilexerat etc. *Ern.*

Ἐν ὁμοπλοίᾳ, in societate navigandi. Att. XVI. 1.

Ἐν παρέργῳ, obiter. Qu. Fr. III. 9.

Ἐν παρόδῳ, in transitu, obiter. Att. V. 20.

Ἐν πολιτικῷ, in eo genere, quod ad reipublicae moderationem spectat. Att. XVI. 15.

Ἐνσχολάζω σοι, otium consumo in opera tibi navanda. Att. VII. 11.

Ἐντάφιον, de hoc verbo vid. praeter alios Periz. ad Aelian. V. H. I. 16. qui docet, *ἐντάφιον* esse quodcunque ornamentum mortui, quum in atrio exponitur, sepelitur: unde *ἐνταφιάζειν* dicitur tota illa cura, quae ornando, condiendo condendoque mortuo adhibetur. v. Cuper. Observ. II. 9. Hoc loco ipse I. Fr. Gronovius interpretatur *sepultura.* Horti illi, inquit, erunt non modo requies senectutis, seu *ἐγγήραμα*, ut tu aliquando scripsisti, sed *ἐντάφιον* adeo, *requies mortui.* Non absurde, qua sensum; modo verbum Graecum eum pateretur. Constat, Graecorum more non mortuos solum magnificis vestibus ornatos, sed saepe etiam *morituros.* Hinc Apollodorus Socratis discipulus Socrati offerebat magnificam vestem, qua indutus demum cicutam biberet. ap. Aelian. V. H. I. 16. cf. III. 24. IV. 8. Itaque etiam *ἐνταφιάζειν* mihi videtur hanc vim habere Matth. XXVI. 12. honoris causa *moriturum ungere.* Nondum enim mortuus erat, etsi unctiones proprie post mortem fiebant. Hic ergo est loci huius, mea sententia, sensus: *In his hortis ego non solum suaviter agere senectutem, sed etiam honeste iucundeque mori me posse confido. Ern.*

Ἐντελέχεια. Tusc. I. 10. de huius vocabuli vi

vehementer disputatum esse constat. Nos, quae ex hoc loco potestas elici possit; videbimus, et eum ipso Aristotele comparabimus. Cicero ait, Aristotelem vidisse, actiones animi esse eas, quae in materiam cadere non possent, neque ab ullo genere elementorum proficisci, quae nobis quidem nota essent. Atque id vere iudicavit. Nam corporibus nihil praeter motum, auctore ipso Aristotele, accidere potest, ut philosophi certis argumentis demonstrant. Inter cogitationes autem, ideas etc. et motum nulla similitudo est. Itaque L. 1. de anima, in quo opiniones aliorum de anima enumerat, c. 3. init. diserte ait: *ἕν τι τῶν ἀδυνάτων, τὸ ὑπάρχειν ψυχῇ κίνησιν.* Hoc igitur constituto, ut, quoniam actiones animae non essent corporeae, nec ipsa corpus esset, efficiebatur, ut proprium genus substantiae constitueret, sub quo animae humanae continerentur, quod esset ab corporeo genere seiunctum et plane discretum. Hoc novum genus, novo etiam vocabulo *ἐντελέχειαν* appellavit, h. e. *quasi quandam perennem et continuatam motionem.* Non dicit *motionem*, sed *quasi quandam motionem*, sic dicimus: *ratio est quasi quaedam lux animi;* non quod lux sit, sed quod ita se habet ad animum ratio, ut lux ad oculos. Sic ut motio se habet ad corpus, ita *ἐντελέχεια* ad animam. Nam, ut iam ad Aristotelem veniamus, *ἐντελέχεια* ex eius mente non est ipsa anima, sed eius forma, subiectum autem eius, et quasi materia, h. e. quod se ad *ἐντελέχειαν* habet, ut ad motum corpus, est *δύναμις*, vis agendi, h. e. percipiendi, cogitandi. Videamus eius verba L. II. de anima c. 1. In omni re tria esse dixerat, *ὕλην, μορφήν, ἢ εἶδος,* et *τὸ ἐκ τούτων.* Hoc ad animum sic transfert: *ἐστὶ δὲ ἡ μὲν ὕλη, δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια.* Aristoteles non diserte di-

cit: ψυχὴ ἐστιν ἐντελέχεια. Neque tamen Cicero peccat, ei hoc enunciatum tribuens. Nam res a forma sua, qua ab aliis rebus distinguuntur maxime, appellari in omnibus linguis, usitatum est. Haec est mea de hoc verbo sententia, quam ex parte vidit etiam Leibnitius v. Theod. L. I. §. 78. Quod Davisius putat ad h. l. animam Aristoteli esse formam corporis, quae eam animet, errat. Nam haec Dicaearchi est sententia, non Aristotelis, quam Cicero ab illa distinguit. Veteres profecto eodem ac nos modo cepisse hoc verbum videntur. Sext. Empir. c. Matth. X. 3. 40. pro *actu* posuit et potentiae opposuit: *Τὸ ᾠὸν κατὰ δύναμιν μὲν νεοσσός ἐστι, κατ᾿ ἐντελέχειαν δὲ οὐκ ἔστιν.* cf. quos laudat Fabric. ad h. l. §. 315. Est autem verbum, *ἀπὸ τοῦ ἐντελὲς ἔχει, ἐντελὴς* est perennis, perpetuus. *Ern.* Nondum his quae Ernestius hic adnotavit satis expedita est vera Aristotelis de anima sententia. Quod Cicero dixit ex Aristotelis opinione animam esse *quasi quandam continuatam motionem et perennem*, hoc ei propterea in mentem venit, quod lectionem *ἐνδελεχείαν* secutus est, quam ita sane interpretari poterat, quum *ἐνδελεχὴς* significet i. q. perpetuus, perennis, perdurabilis. *Ἐντελὴς* autem non significat perennis, perpetuus, sed potius *perfectus*, et *absolutus*. Aristoteles autem lib. II. de anima c. 1. sic disputat: *Λέγομεν δὴ ἕν τι γένος τῶν ὄντων τὴν ΟΥΣΙΑΝ. Ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην* (materiam) *ὃ καθ᾿ αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι· ἕτερον δὲ, μορφὴν καὶ εἶδος,* (formam) *καθ᾿ ἣν λέγεται τόδε τι· καὶ τρίτον τὸ ἐκ αὐτῶν. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις* (potentia) *τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια* (forma quae potentiam rei s. *δύναμιν* ad actum traducit) *καὶ τοῦτο διχῶς· τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη, τὸ δὲ ὡς τὸ θεωρεῖν.* (Nimirum qui scientia quadam pollet, non semper ali-

quid cogitat, aut contemplatur. Itaque ἐντελεχεία est vis illa qua potest aliquid a potentia ad actum deduci, etsi non semper id agit, ut aliquid ad actum transeat; et quatenus potest aliquid ad actum a potentia deducere dicitur ἡ πρώτη ἐντελεχεία. Iam Aristoteles ἡ ψυχὴ inquit, ἐστιν ἐντελεχεία ἡ πρώτη.σώματος φυσικοῦ δυνάμει ζωὴν ἐχοντοι τοιούτου δὲ, ὁ ἂν ᾖ ὀργανικόν. Et quidem propterea animus dicit τὴν πρώτην ἐντελεχείαν σώματος ὀργανικοῦ, quia ἐν τῷ ὑπάρχειν τὴν ψυχὴν ὕπνος καὶ ἐγρήγορσις ἐστιν. Ἀνάλογον δὲ ἡ μὲν ἐγρήγορσις τῷ θέωρεῖν, ὁ δ' ὕπνος τῷ ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν. Itaque Aristoteles animam fere ad corpus ita comparatum esse statuit, ut citharoedum ad lyram s. citharam. In lyra enim inest δύναμις s. potentia vel possibilitas harmoniae sonorum. Citharoedus vero vim et facultatem habet in cithara harmoniam efficiendi quamquam non semper id agit, ut fidibus canat. Itaque diserte ait Aristoteles cap. 2. ἡ ψυχὴ δὲ (ἐστι) τοῦτο ᾧ ζῶμεν, καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα πρώτως. Haec iam olim pluribus *exposui in diss. super Aristotelis de anima sententia*; et in capite *über die Psychologie des Aristoteles* versioni meae libri Bonnetiani: *Essai analytique sur les facultés de l'ame* adiecto. Conferenda est etiam *Tennemanni* historia philosophiae Tom. III. pag. 181. sqq. S.

Ἔντεχνα, *artificialia.* Fam. VII. 32.

Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, *in rebus amatoriis.* Att. IX. 10.

Ἐν τοῖς πολιτικοῖς, *in rebus civilibus, vel quae spectant ad rempublicam.* Att. I. 1.

Ἐντυραννεῖσθαι, *sub tyranno esse.* Att. II. 14.

Ἐξαιρέσιμοι. Verr. II. 52. ita dicebantur apud Graecos ceteros et Siculos dies, qui mensibus eximebantur interdum, ut cum solis lunaeque ratio-

ne congruerent; iis opponuntur intercalares, *ἐμβόλιμοι*, de iis multa Scaliger, Petavius; quos, si lubet, vide.

Ἐξακανθίζειν. Att. VI. 6. est proprie *spinas vellere et colligere.* h. l. spinae sunt Dolabellae, cui Tulliam desponderat, vitia, quae non vult ab Attico ex eius vita superiori colligi sibique obiici.

Ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου τειχῶν παρέδωκεν, etc. *Ex urbis septicollis moenibus* (i. e. Roma) *Camillo edidit* (Philotimus libertus uxoris meae) *rationes XXIV. minarum, et XLVIII. minarum aeris alieni* (ab uxore sc. contracti) *seque debere XXIV. minas ex bonis Crotoniaticis* (h. e. Milonis) *et Chersoniticis* (h. e. in Chersoneso exactis) *et quamvis ex hereditatibus, quas adierit, redegerit bis sexcentas et quadragenas, se tamen aeris illius alieni ne obolum quidem dissolvisse, cum iam debeantur a Kal. secundi mensis: libertum autem eius, qui idem, quod Cononis pater* (Timotheus) *nomen habebat, nihil curasse. Primum igitur hoc, omnia ut serventur: alterum, ut ne usuras quidem negligas, quae debentur ex die supra posito. Per eos dies, quibus illum pertuli, magno in timore fui. Venerat enim explorandi causa, atque aliquid sperabat; qua frustratus abiit temere; sic fatus: Turpe est diu manere etc.* ex Hom. Iliad. *B.* 298. Att. VI. 5. *Ern.*

Ἐξ ἀφαιρέσεως. Att. VI. 1. *ἀφαίρεσις* significat in re rustica et medica inutilium detractionem et ablationem. *τῶν αὔων ἀφαίρεσις*, aridarum frondium resectio, est apud Theophrastum et alios, vid. Salmas. ad Solin. p. m. 412. Sic medici *ἀφαίρεσιν* vocant, cum aliquid *materiae demitur* corpori. Curationis genus est. *Omne enim auxilium*, ut Celsus ait II. 9. in fin. *aut demit aliquam materiam, aut adiicit, aut evocat, aut reprimit,*

aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat aut mollit. In eo autem genere, quod in detractione est, pnnitur primo loco *sanguinis detractio,* a qua et Celsus initium facit; *sanguis* autem eleganter apud Latinos dicitur *pecunia,* de quo aliquoties Graevius ad Ciceronem. Cicero ergo, cum dicere vellet, ab Appio provinciam exhaustam esse, eleganter et lepide dixit: *Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curavit, sanguinem misit, quicquid potuit detraxit, mihi tradidit enectam. Itaque προσανατρεφομένην a me non libenter videt.* προσανατρέφειν est contrarium detractionis; plane huc pertinet locus Aristoph. in Ranis iam a Victorio ad h. l. allatus v. 972. de fabula sua:

Ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν, καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον
Ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις, καὶ τευτλίοισι μικροῖς
Χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων, ἀπὸ βιβλίων, ἀπ' ἠθῶν·
Εἶτ' ἀ ν έ τ ρ ε φ ο ν μονῳδίαις, Κηφισοφῶντα μιγνύς.

Poëta iam ante Ranas produxerat in scenam, sed infelici successu, itaque eas a se dicit immutatas *demtis* (ἴσχνανα) nonnullis, et contra aliis *additis* (ἀνέτρεφον). *Ern.*

Ἐξοχὴ, *excellentia.* Att. IV. 15.

Ἐξωτερικὸν, *populariter scriptum.* Fin. V. 5.

Ἐξωτερικοὶ, *rudes, qui philosophiam nondum didicere.* Att. IV. 16. vide supra in Ἀριστοτ. ἐξωτερ.

Ἐπαγγέλλομαι, ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, *denuncio me eum virum ulturum, quicunque molestus mihi fuerit.* Att. II. 9. ἐπαγγέλλομαι est Ciceronis, versus Hom. Iliad. Ω. 369. *Ern.*

Ἐπαγωγὴ, inductio, genus argumentationis

Socraticum et Rhetoricum Top. 16. v. infra in παραγωγή.

Ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην, *quia non victimam, neque tergus bubulum* (sc. capto) Att. I. 1. ex Hom. Iliad. Ψ. v. 159. prov. quo utuntur, qui, rem magnam agi, dicere volunt: *Non rem levem et inanem peto: non res levis agitur. Ern.*

Ἐπεῖχον ἀεὶ, *retinebam identidem.* Att. V. 11.

Ἐπέχειν, *assensum sustinere, haesitare.* Att. VI. 6. et 9.

Ἐπιγεννηματικόν. Fin. III. 9. ab ἐπιγέννημα, quo verbo dicunt omne id, quod ex primo consequitur, eique adiunctum est: tamquam πάθος, quod e morbo primario consequi solet, appellant medici eius morbi ἐπιγέννημα. Hoc verbum deinde ad philosophiam a Stoicis traductum est, hoc sensu. Ars v. c. pictoria, est tamquam caput et primarium quid: cum autem aliquid ex arte ea artificiose facimus, id demum ex primo, h. e. ex arte ea consequitur, et est eius artis ἐπιγέννημα s. ἐπιγεννηματικὸν, *posterum quodam modo et consequens,* ut Cicero interpretatur. Id secus esse dicit in eo, cum quid sapienter dicitur; id enim non dici ἐπιγεννηματικὸν, sed primarium et caput rei. *Ern.* Pressius et ad h. l. aptius exposuit hoc verbum *Goerenzius* V. C. „Stoici virtutem in ὁμολογίᾳ ponebant, id est, in ea sentiendi iudicandique ratione, quae plene cum natura consentit. Quae autem ex hac constanti animi mentisque dispositione sensationes orirentur, ut gaudium, animi hilaritas etc. eas ex ἐπιγεννήματος, quasi accessorias virtuti dixerunt; quippe quae ex illa dispositione necessario exsisterent. Non igitur tam in externa actione et *effectu* virtutis vim et naturam ponebant, quam in conatu et nisu; quippe sine quo ne actio quidem esset, actionem enim

quasi virtutis complementum spectabant. Explicavimus haec verbis communibus unde facilius, quae ex adversa parte de peccato sequuntur, intelliguntur, cuius ἐπιγεννήματα, δυςθυμίαν et δυςφροσύνην memorat Diog. Laërt. VII. 94. sq. quem recte conferes."

Ἐπιδεικτικὸν, *demonstrativum dicendi genus, quasi ad inspiciendum, delectationis causa, comparatum.* Nam ἐπίδειξις est oratio ostentandae eloquentiae et artis causa conscripta. Vid. Spanh. ad Iulian. Or. I. p. 15. Unde deinde etiam ad alias res transfertur, in quibus artis ostentatio spectatur: εἰς ἐπίδειξιν, *artis iactandae causa.* Or. 11. et 61. *Ern.*

Ἐπιδήμιον, *contagiosum.* Att. XII. 10.

Ἐπικεφάλια, *tributum in singula capita imperatum, Kopfsteuer.* Att. V. 16. gravissimum iniquissimumque tributi genus, cuius causa saepe seditiones ortae sunt: *capitatio* sequioribus scriptoribus dicitur. Nam tributa fere dicuntur a re, propter quam exiguntur; sic *columnarium.* Att. XIII. 8. *ostiarium*, etc. vid. Lipsius de Magnit. Rom. L. II. c. 2. 3. Huius generis fuit tributum; de quo Matth. XXII. 17. seqq. ut Harduinus vidit Oper. sel. p. 615. Hinc Luc. XX. 22. dicitur φόρος, quod verbum de hoc genere dicitur, ut τέλος de portorio, scriptura et decimis. Permutantur a scriptoribus sacris in ista re narranda κῆνσος, δηνάριον, φόρος. Hesychius: Κῆνσος, εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, quae glossa locum illum Matth. XXII. 17. respicere videtur, quod facile concedent, et quale sit intelligent, qui rationem glossarum Hesychianarum perspectam habent. ἐπικεφάλαιον autem idem quod ἐπικεφάλιον, ut κεφάλαιον et κεφάλιον. Hinc glossa orta est Cod. Cantabr. qui ἐπικεφάλαιον habet pro κῆνσος. Marc. XII.

14. Syrus quoque in hunc modum interpretatus est. *Ern.*

Ἐπικούρειον, Epicureum. Fam. III. 9.

Ἐπίκωπον. Att. V. 11. v. Ind. Lat. in *Epicopus.*

Ἐπίλογα, conclusiones orationum. Her. II. 30. Dicuntur tamen etiam de conclusionibus disputationum. v. Tusc. I. extr. *Ern.*

Ἐπισημασία, signa quibus animus et voluntas populi in theatris, pro rostris etc. declaratur, plausus. Att. I. 16. XIV. 3. de quibus v. Ferrar. de Acclam. Vet. *Ern.*

Ἐπίσκοπος, speculator, custos. Att. VII. 11.

Ἐπιστάθμια, hospitii procuratio. Att. XIII. 52.

Ἐπὶ σχολῆς, in otio. Att. II. 5.

Ἐπίτευγμα, expetitae rei adeptio, prosper successus. Att. XIII. 27. Opponitur *ἀπότευγμα.*

Ἐπίτηκτα, fluxa, non diuturna, quae facile intereunt aut interire possunt. Att. VII. 1.

Ἐπιφωνήματα, acclamationes, laudes. Att. I. 9. v. *ἐπισημασία.*

Ἐπιχαρμεῖον, Epicharmi scitum, dictum. Pet. Cons. 10.

Ἐπιχειρήματα, argumentationes. Rhetorum inprimis graves et ornatae. Att. II. 2.

Ἐπιχρονία ἐποχή, diuturna dubitatio. Att. VI. 9.

Ἔπος, carmen heroicum. Qu. Fr. III. 9.

Ἐποχή, assensionis retentio. Att. VI. 6. VII. 9. XIII. 21. XV. 21. Acad. II. 18. et 48.

Ἑπταμηνιαῖος, septimestris. Att. X. 8.

Ἔρανος, collatio, pecunia, quam ab amicis, propinquis, sumtus faciendi causa, petimus. Att. XII. 5. vid. praeter alios de hoc verbo Casaubon. ad Theophrast. c. 15. *Ern.*

Ἔργον, opus. Att. XIII. 25.

Ἐργῶδες, *laboriosum*. Att. XV. 19.

Ἕρδοι τις. Att. V. 10. *senarius integer*, sic apud Aristophanem in Vespis v. 1422.

Ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην,

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Tusc. I. 18.

Ἑρμαῖον, *lucrum insperatum*. Att. XIII. 19. dictum a Mercurio, unde illud: Κοινὸς Ἑρμῆς usurpatum, cum quis in itinere reperisset, et comes eius particeps esse vellet. *Ern.*

Ἐσοφίζετο, *cavillabatur, malitiose cogitabat.* Att. II. 16.

Ἑστία, *Vesta*. Nat. Deor. II. 27.

Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὅπως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε, *praeite nunc mihi Musae, quomodo ignis primum illapsus est.* Att. I. 16. ex Homer. Iliad. *Π.* v. 113.

Ἔστω ὄψις μὲν, ἡ α, τὸ δὲ ὁρώμενον, β'. γ'. ἀκτῖνες δὲ δ' καὶ ε, *sit visus a. quod autem videtur b. g. radii vero d. et e.* Att. II. 3. Sermo de fenestris, unde prospectus in viridarium patet. Eas angustiores fecerat architectus, reprehendente Attico, cui his verbis respondetur. Cicero et architectus putabant visionem fieri radiorum ἐκχύσει ex oculis et cum re aspectabili coniunctione, Atticus autem εἰδώλων incursione (v. ad εἴδωλον) adeoque putabat, angustis fenestris εἴδωλα non posse commode ad oculos per fenestram venire. Cicero autem respondet, ita, ex architecti opinione de ἐκχύσει, meliorem prospectum effici. Nam ἔστω etc. *vides* cetera, i. e. intelligis, effici ita ab oculo ad obiectum figuram coni, cuius fastigium in oculo spectantis sive ad fenestram terminetur: cuius fastigium quo est acutius, basis latior, eo iucundius spectaculum exhibebit. *Ern.*

Ἑταῖρος, *sodalis*. Att. IX. 5.

Ἔτι ἐῶμεν, *adhucne sinimus?* Att. XVI. 1.

Ἐτυμολογία, *veriloquium.* Top. 8.

Ἔτυμον, *verum.* Div XVI 10.

Ἐυαγώγως, *qua commodissima ratione poteris.* Att. XIII. 23. Sed haec est lectio unius Ms. unde Bosius et Gruterus edidere. v. εὐλόγως.

Εὐαγγέλια, *boni seu laeti nuncii, sive boni nuncii praemia.* Att. II. 3. et 12. XIII. 40.

Εὐανάτρεπτος, *qui facile potest everti.* Att. II. 14. sermo est ibi de actionibus, quae quoniam vitiosae sunt, v. c. contra auspicia, facile irritae fieri possunt.

Εὐγένεια, *generis nobilitas.* Fam. III. 7.

Εὐγενέστερος, *nobilior.* Att. XIII 21.

Εὐγενῆ, *generosa, nobilia.* Att. VIII. 9.

Εὐδαίμων, *felix.* Att. IX. 11.

Εὐδοξία, *bona fama, gloria.* Fin. III. 13.

Εὐελπιστία, *bona spes.* Att. II. 17.

Εὐεργέτης, *benefactor, benemeritus.* Att. IX. 5.

Εὐήθεια, *fatua simplicitas.* Att. VI. 2. proprie de hominibus probis dicitur, qui alios ex ingenio suo metiuntur, adeoque facile et credunt et decipiuntur. *Κακοηθεῖς* contra, quia ipsi mali sunt, suspiciosi etiam sunt, callidi. v. Aristot. rhet. II. 13. *Ern.*

Εὐημέρημα, *prosper successus.* Att. V. 21.

Εὐημερία, *prosperitas, felix successus.* Att. IX. 12.

Εὐθανασία, *facilis mors.* Att. XVI. 7.

Εὐθυμία, *animi tranquillitas, securitas, animus terrore liber.* Fin. V. 8. et 29.

Εὐθυῤῥημονέστερος, *liberior sive fortior in loquendo.* Div. XII. 16. ibid. IX. 24. εὐθυῤῥήμων ἔσῃ, ubi Toupius corrigit εὐθυῤῥημονήσῃ.

Εὐκαιρία, *occasio, opportunitas, tempus actionis opportunum.* Att. XVI. 8. Fin. III. 4.

Εὔπιστος, homo exploratae fidei, cui tuto credi potest. Att. XI. 25.

Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, Eupolim illum, veteris scil. comoediae poëtam. Att. VI. 1. de distinctione comoediae in veterem, mediam et novam egerunt scriptores de re Poëtica, tamquam *Scaliger*, ex recentissimis *Brumoi* Theatre des Grecs Tom. V. p. 198. ed. Batav. item Interpretes ad illud Horatii:

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque Poëtae
Atque alii quorum Comoedia prisca virorum est.

de Eupoli vid. Indic. Nominum. *Ern.*

Εὐπόριστος, parabilis. Att. VII. 1.

Εὐριπίδου· μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Euripidis: Sapientem odi, qui sibi ipse non sapit. Fam. XIII. 15. Manutio videtur esse e Medea. *Ern.*

Εὐρίπιστα, mobilia tamquam Euripus, vel facilia ad excitandum et impellendum. Att. XIV. 5. notum proverbium. *ἄνθρωπος Εὔριπος.*

Εὐστομάχως, bono stomacho, fortiter. Att. IX. 5.

Εὐταξία, ordinis conservatio. Off. I. 40.

Εὐτραπελία. Fam. VII. 32. Aristoteles in ethicis interpretatur: *πεπαιδευμένην ὕβριν*, cum conviciamur aut perstringimus homines ingeniosa aliqua ratione. Unde *Eutrapeli* dicti. Nam hic Volumnius, ad quem utitur hoc verbo Cicero, *Eutrapelus* dictus est propter *εὐτραπελίαν*. Sed hunc ipsum hominem Plutarchus in Bruto vocat *μῖμον*, quem locum Victorius ad h. l. attulit; ex quo intelligitur, *εὐτραπελίαν* esse urbanitatem in sensu deteriori, de qua v. Gronov. de Sestert. p. 318. 319. quae mimicam facetiam, ridiculam illam quidem, sed non magni faciendam aut nimis ingeniosam. Itaque Cicero in hac epistola ad Vo-

Z.

H.

H.

Ἡγεμονικὸν, principatus, id quod in quoque genere est praestantissimum. Sic in homine ratio est τὸ ἡγεμονικὸν, quod quasi principatum in homine obtinet. In universo autem Deus, auctor mundi. Stoici sic appellabant naturam, quae universum continet, illudque tuetur. N.D.II.11. *Ern.*

Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεόπροπε, iter huc susceptum cui tibi usui nunc est, age dic vates. Att. XV. 11. XVI. 6. Senarius poetae veteris, nescio cuius. Valkenario V. C. videtur esse Sophoclis. Diatribe de Fragm. Eurip. p. 192. *Ern.*

Ἡδονὴ, voluptas, item laetitia, quasi gestientis animi elatio voluptaria. Div. XV. 19. Fin. II. 3. III. 10.

Ἠθικὸν, ad mores accommodatum. Or. 37.

Ἦθος, mos. Fat. 1.

Ἦθος διδακτῷ ἁλωτὸν, ingenium, quod disciplina subigi et domari possit. Att. X. 12.

Ἤθους ἐπιμελητέον, moribus adhibenda est diligentia. Att. X. 10.

Ἡλίου ἀνάθημα, solis donum. Att. I. 1. Si locus sanus est, haec, auctoribus doctis hominibus, sententia est; tua Hermathena gymnasio nostro tantum splendoris et ornamenti affert, ut gymnasium nostrum nobis pulcherrimum videatur. Sed non negabo, mihi *totum* illud huic interpretationi, atque adeo lectioni non satis consentire videri. Si dixisset: gymnasium mihi videtur pulcherrimum ἡλίου ἀνάθημα, concederem. Nunc cum dicit *totum*, manifestum mihi esse videtur, ludi in *totum gymnasium* et ἀνάθημα. Hermathena si ἀνάθημα appellaretur, nil mirum esset: sed illius tantam pulchritudinem dicit, ut longe gy-

mnasio ipsi praeferenda sit, et totum potius gymnasium, quam statua illa, *ἀνάθημα* putandum sit. Itaque aut probandam censeo lectionem, quam in MSto invenit Graevius: *eius ἀνάθημα*, aut, quae propius accedit ad *ἡλίου*, Casauboni coniecturam: *illius ἀνάθημα. Ern.*

Ἦματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ, Οἳ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες, die autumnali cum abundantissimam effundit aquam Iupiter hominibus iratus, qui per vim in foro obliquas pronuntiant sententias, Iustitiam autem expellunt, Deorum iram non curantes. Qu. Fr. III. 7. ex Homer. Iliad. *Π.* 385.

Ἡμερολεγδὸν, ut quaeque singulis diebus acciderunt. Att. IV. 15.

Ἠπόρησας, dubitasti. Att. VI. 1.

Ἡρακλείδειον, iis simile, quae Heraclides Ponticus scripsit: praeclarum aliquid de republica sc. quod quasi Heraclidis opus videatur. Att. XV. 4. et 13. et 29. XVI. 2.

Ἥρως, heros. Att. VII. 13. XIV. 4. XV. 12.

Ἡρώδης, Herodes, philosophus Atheniensis, de quo vide Ind. hist. Att. II. 2.

Ἠσίτησας, a cibo abstinuisti. Att. XIV. 5.

Ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, supple ex Platone L. II. de Republ. *τεῖχος ἀναβάς. an obliquae et versutae fraudis conscenso muro.* Att. XIII. 38.

Ἡσυχάζειν, quiescere. Hoc verbo utebantur Stoici, cum dicerent in sorite esse in tempore subsistendum, v. c. si quaereretur: triane multa sint? post, an quatuor, et sic porro, desinendum esse paullo ante, quam ad multa perventum sit. Acad. II. 29. *Ern.*

Ηὐτόκησεν, feliciter peperit. Att. X. 18.

Θ.

Θεῖοι, patrui. Att. II. 2. *nimis severi.* Horat.: *Ne sis patruus mihi.*

Θεοφάνης, Theophanes. Att. II. 5. vid. Indic. Hist.

Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας, Theophrasti scriptum de studio bonorum. Att. II. 3. vid. Indic. Hist.

Θέρμος, lupinus. Att. I. 1. si locus est sanus, de quo dubitant docti homines, ludit Cicero in nomine Thermi et suo. Ciceronis nomen est a cicere, et *θέρμοι* sunt lupini, quae sunt duo genera leguminis. *Ern.*

Θέσεις, propositiones, quaestiones universales, de quibus cogitari disputarique potest in utramque partem. Exempla huiusmodi thesium vid. l. c. Att. IX. 4. et 9.

Θέσις, universi generis quaestio, infinita quaestio, propositum. Or. 36. Top. 21.

Θετικά, quaestionibus philosophicis referta, apta. Parad. Praef.

Θετικώτερον. Qu. Fr. III. 3. *subtilius, φιλολογώτερον,* magis ex arte disserendi dialectica.

Θεωρήματα, percepta. Fat. 6. ubi vide.

Θεωρία. Att. XII. 6. Est scriptio aut disputatio de re aliqua subtiliter. Tenuis *θεωρία* est libellus, qui exponit de re tenui, tamquam grammatica aut geographica, etc.

Θορυβοποιεῖ, tumultum excitat. Fam. XVI. 23.

Θυμικώτερον, stomachosius, iracundius. Att. X. 11.

Θύμωσις, excandescentia. Tusc. IV. 9. si sana est lectio, quod dubitat H. Stephanus in Thes. L. Gr. Valkenarius sine haesitatione corrigit *θυμός.* Diatr. de fragm. Euripid., p. 231. *Ern.*

I.

K.

Καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται, et Cicero philosophus Titum reipublicae peritum salutat. Att. II. 12.

Καὶ μάλα κατηφής, et admodum tristis. Att. XIII. 42.

Καὶ μάλα σεμνός, et valde gravis. Att. XV. 12.

Καὶ συναποθανεῖν, et commori. Att. VII. 20.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου, et hoc Phocylidis. Att. IV. 9. Cicero de Pompeio sic scribit: *Nos hic cum Pompeio fuimus. Multa mecum de republica sane sibi displicens, ut loquebatur; (sic est enim in hoc homine dicendum;) Syriam spernens, Hispaniam iactans, hic quoque ut loquebatur,* (solebat scil. iudice etiam Caelio Fam. VIII. 1. Pompeius aliud sentire et loqui, neque tantum valere ingenio, ut non appareret quod cuperet) et opinor usque quaque de hoc quum dicemus sit hoc quasi *καὶ τόδε Φωκυλίδου.* Recte haec sic interpretatur Manutius: „Quum de Pompeii sententia dicemus semper opinor addendum, *ut loquebatur.*" Sit hoc simile illius dimidiati versiculi: *Καὶ τόδε Φωκυλίδου.* Eum enim Phocylides iis praeceptis, quae ipse versibus tradebat, praeponere solitus est. Ex eo factum, ut Graeci, quum Phocylidis sententiam aut versum recitare vellent, ipsi quoque dicerent, *καὶ τόδε Φωκυλίδου.* Fuisse autem Phocylidis consuetudinem, ut scribens hoc hemistichio saepius uteretur declarant versus, qui apud Stobaeum leguntur c. 71.

Καὶ τόδε Φωκυλιδέω· τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο
Φῦλα γυναικείων.

Et apud eundem c. 855.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου· τὸ πλέον γένος εὐγενὲς εἶναι
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται Χάρις οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Idem animadverti scriptum esse apud Dionem Chrysostomum in ea oratione, quae inscripta est

Καταβίωσις, vitae ad exitum perductio, reliquus vitae cursus vel decursus. Att. XIII. 1.

Κατὰ Διόδωρον κρίνειν, secundum Diodorum; vel, *ex Diodori sententia iudicare.* Fam. IX. 4. vid. Diodorus in Indic. Hist.

Κατακλεὶς, clausula, sc. sermonis Caesariani, Att. IX. 18. Idem recepi Att. II. 3. Vid. *κατάτασις.* S.

Κατὰ λεπτὸν, minutatim. Att II. 18.

Κατάληπτον, comprehensibile. Acad. I. 11.

Κατάληψις, comprehensio, cognitio, perceptio. Acad. II. 6. et 47. Fin. III. 5. dicitur, cum res ita cognoscimus, ut, quales sint, certo sciamus, sine erroris periculo, unde verbum ductum sit, v. Acad. IV. 47.

Κατὰ μίτον, singula quaeque, tamquam telae licia, percurrendo. Att. XIV. 16. idem quod *κατὰ λεπτόν.*

Κατάτασις, contentio. Att. II. 3. Tunstallus epist. ad Midleton. p. 103. cum Turnebo legendum censet *κατακλείς,* idque recipiendum putavi, ut vel conclusionem lib. III. Ciceroniani poematis de consulatu suo vel certe clausulam orationis Musae Calliopes notet, quam loquentem induxerat. S.

Κατὰ τὸ πρακτικὸν quaerere, est, quum non quaerimus, ut sciamus, de quo quaerimus, sed ut ex re cognita comparare actiones nostras possimus. Itaque addit: *non me abs te κατὰ πρακτικὸν quaerere, quod gestiat animus aliquid agere in republica, etc.* Att. II. 7. *Ern.*

Κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, cum accuratione et sedulitate. Att. II. 17.

Κατάχρησις, abusio. Or. 27. figura rhetorum.

Κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν, secundum Chrysippum fieri potest. Fam. IX. 4. vid. Chrysippus in Indic. Hist.

Κατηγορήματα, quae dicuntur de quodam.

Tusc. IV. 9. est vocabulum Dialecticum, quod de iis rebus dicitur, quae de aliquo dici possunt, ut, *habere divitias, capere honores.*

Κατήχησις, institutio. Att. XV. 12.

Κατόρθωμα. Fin. III. 14. *κατορθώματα, recta, recte facta.* Fin. III. 7. Off. I. 3. ubi *κατορθωμάτων* definitio traditur.

Κατόρθωσις, recta affectio. Fin. III. 14. ut *κατόρθωμα, rectum factum.*

Καχέκτης. Att. I. 14. medicis *καχέκτης* est, cuius corporis habitus vitiosus est, cuius corpus etsi plenum, tamen iners, pallidum, lividum est. Voluntate autem *καχέκτης*, qui prava amat, bona odit, qui pravo animo est. *Ern.*

Κέκρικα. v. sequens.

Κεκύβικα, in cubi et tesserae modum me conformavi, firmissime sto, certum habeo et constitutum, quid scribam. Att. XIII. 31. Sed rectius, eodem sensu, Graeviana habet: *κέκρικα*, quod etiam probat Tunstallus l. c. p. 164. sed aliter, nec bene explicat. *Ern.*

Κέλευσις, iussum. Att. II. 24.

Κέλης ἄοκνος, veredus impiger. Att. X. 13. *κέλης* est equus, qui equite ab uno agitatur, ein Reit-Pferd, neque iungitur currui, cuius generis fuere equi veredi, ad cursus publicos certis locis dispositi. *Habes κέλητα ἄοκνον*, est: quoniam diploma nactus es, tibi licet ex Italia exire cursu publico. vid. Iunius ad h. l. *Ern.*

Κενὸς, vacuus, inanis. Att. VII. 9.

Κενόσπουδα, inanis studii plena. Att. IX. 1.

Κέντρον, punctum, medium circuli. Tusc. I. 17.

Κεπφοῦμαι, animo suspenso huc illuc impellor, fluctuo, volaticus sum. Att. XIII. 40. vid. de hac voce Spanhem. ad Aristoph. Plut. 913. *Ern.*

Κέρας, cornu. Att. V. 21. et VI. 1. Instrumentum musicum, de quo agit Salmas. ad Solinum p. 87. *Ern.*

Κεφάλαιον, caput. Att. V. 18.

Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς, Cicero optimatium studiosissimus puer. Att. II. 15.

Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον, Cicero parvulus salutat Titum Atheniensem. Att. II. 9.

Κινδυνωδῶς, periculose. Att. IX. 17.

Κλέος, gloria. Qu. Fr. III. 6.

Κοινότερα, communiora. Att. XIII. 10.

Κολακία, assentatio. Att. XIII. 27. et XIII. 30.

Κόμματα, incisa orationis. Or. 62.

Κορινθίων, Corinthiorum, intell. *πολιτεία,* respublica, liber Dicaearchi. Att. II. 2.

Κόσμος, mundus. Univ. 10.

Κρήνη, fons. Att. XII. 5.

Κρινόμενον, iudicatio, sive iudicii quaestio: in quo quasi caput est controversiae. Her. I. 16. Or. 36. Top. 25.

Κρίσις Χρυσιππεία, iudicium ex Chrysippi sententia. Fam. IX. 4.

Κρόνος, Saturnus, dictus quasi χρόνος. Nat. D. II. 25.

Κτύπος, plausus. Att. XII. 3. Popma autem ibi legi vult *ἀτύπω*, et intelligi Balbum. Nam balbi sunt *ἄτυποι*. Probat Tunstallus p. 160. *Ern.*

Κύκλος, circulus, orbis. Nat. D. II. 18.

Κυρία δόξα, maxime rata sententia. Fin. II. 7. Nat. D. I. 30.

Κῦρος δ. ε. Att. XII. 38. i. e. *Cyrus ex quarto et quinto tomo Antisthenis.* Nam eius libri, ut Diogenes Laërtius auctor est, redacti erant in decem tomos, quibus singulis qui libri continerentur commemorat: *τόμος δ', ἐν ᾧ Κῦρος, Ἡρακλεῖς*

Λ.

consentiunt docti homines. Interpretatio ea, quae *vas pictorium* facit, (vid. v. c. Gesner. ad Plin. Ep. I. 2.) vera illa quidem est, neque tamen propterea illa altera falsa, quae vas unguentarium facit, μυροθήκιον, quum Pollux VI. 19 diserte λήκυθον inter τὰ τῶν μύρων ἀγγεῖα referat. Atque hoc sensu passim est apud Graecos auctores, ut ap. Aristophan. Plut. 811. vid. Corrad. ad h. l. et Eschenb. de Unct. c. 4. *Ern.*

Λήμματα, sumtiones Dialecticorum. Div. II. 53.

Λῆρος πολὺς, nugae multae. Att. XIV. 21. XVI. 1.

Λῆψις, correptio, impetus. Att. VII. 7. Verbum medicum, ut ἐπίληψις, significatque *accessionem febris*, ut Cicero vocat, initiumque paroxysmi. vid. Cuperi Observ. II. 15. *Ern.*

Λιτότης, mediocritas, tenuitasve, qua in cibo et potu utimur, cum pretiosos cibos, nimiamque copiam, a mensis amovemus; quod ex lege sumtuaria fiebat. Fam. VII. 26.

Λογικὴ, philosophiae pars quaerendi ac disserendi, quae et Dialectica dicitur. Fin. I. 7.

Λογικώτερα. Att. XIII. 19. sunt disputationes subtiliores, quales sunt eorum, qui cum philosophiae se paene totos tradiderint, de philosophia disputant. Subtilitas autem ista cernitur in definiendo et argumentando, quarum rerum artem tradit λογικὴ seu διαλεκτική. Sic Cicero Tusc. IV. 14. quum παθῶν definitiones et distributiones in formas attulisset; *Habes ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae* logica *appellant, quia disseruntur subtilius. Ern.*

Λόγοισιν Ἑρμόδωρος, ad supplendum integrum senarium adde: ἐμπορεύεται. libris Hermodorus mercaturam facit. Att. XIII. 21. vid. Indic. Histor. in *Hermodorus. Ern.*

Λογοδαίδαλος, artificiosi sermonis fabricator. Or. 12.

Λύπη, aegritudo, quasi solutio totius hominis, auctore Chrysippo. Tusc. III. 25.

Λυρικοὶ, poëtae, qui ad lyrae cantum carmina scripsere, quales inter Graecos Pindarus, Alcaeus, inter Latinos Horatius fuere. Orat. 55. Fragm. incert.

M.

Μακάρων νῆσοι, beatorum insulae. Att. XII. 3.

Μακροψυχία, affectio animi longinqua spectantis. Att. IX. 11. Sed Graevius vere iudicat, nil certius esse emendatione Magnuli apud Manutium, quam et ipse Manutius probabat: *μικροψυχίαν.* Nam *μακροψυχία* nusquam apud Graecos auctores occurrit, et locus necessario desiderat *μικροψυχίαν. Ern.*

Μαλ' ἀριστοκρατικῶς, plane ut optimatem decet. Att. I. 14.

Μανία, insania. Tusc. III. 5.

Μαντικὴ, divinatio. Nat. D. I. 20. Fam. I. 1. Legg. II. 13.

Μάντις δ' ἄριστος: supplendum, ut senarius integer habeatur: ὅς τις εἰκάζει καλῶς, vates is optimus fuerit, qui bene coniecerit. Att. VII. 13. Est versus ex deperdita Euripidis tragoedia. Huic enim tribuit eum Plutarchus de defectu oraculorum etc. T. I. p. 768. ed. Steph. *Ern.*

Μεθαρμόζομαι, commuto, ad alias personas transfero. Att. XII. 12. Sermo est de Dialogis philosophicis, quos refingebat, et alias personas inducebat; ut in Academicis fecit. Dicitur, quemadmodum *μεταῤῥυθμίζειν* de statuis, quae in aliam faciem mutantur, ut alium, quam antea, refe-

rant. de quo vid. Casaub. ad Sueton. Tiber. c. 78. *Ern.*

Μείλιγμα, *lenimentum*. Att. XIII. 27. Catonis *μείλιγμα* est, quod facit, ut Caesaris indignatio ex Ciceronis Catone, h. e. libro de laudibus Catonis Uticensis, concepta mitigetur et leniatur. Sic Longinus eleganter *μειλίγματα* hyperbolarum et omnium audacium locutionum vocat particulas illas et formulas, *quasi*, *tamquam*, *ut ita dicam*. etc. *περὶ ὕψους*. Sect. XXXII. 3.

Μελαγχολία, *furor*. Tusc. III. 5.

Μελέτη, *meditatio*, *cura*. Att. V. 10.

Μελήσει, *curae erit*. Att. XII. 3. XIV. 17. XV. 4.

Μέμψις, *accusatio*, *reprehensio*. Att. XIII. 13.

Μέμψιν ἀναφέρει, *accusationem intendit*. Att. XII. 49.

Μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, *πῶς τ' ἄρ' προσπτύξομαι αὐτόν*; *Mentor*, *quonam modo adeam*, *et quonam modo amplexabor ipsum?* Att. IX. 8. ex Homer. Odyss. *Γ*. 22.

Μεσότης, *medietas*, *medium*, *quod quantum vincit alterum*, *tantum vincitur ab altero*. Univ. 7.

Μετ' ἀμύμονα. Att. XVI. 5. respicitur Iliad. *Β*. 674. ubi Nireus formosissimus dicitur, *μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα*, h. e. *post Achillem pulchrum*. Atticus enim scripserat, Cornelium Nepotem esse optimum scriptorem, *μετ' ἀμύμονα*, sc. Ciceronem.

Μετέωρος, *incerti et dubii animi*: *ancipitis curae*. Att. V. 11. XV. 14.

Μετεωρότερον, *suspensiore animo*. Att. XVI. 5.

Μὴ γὰρ αὐτοῖς, *neque enim ipsis* (sc. delector). Att. XIII. 20.

Μηδὲ σωθείην ὑπό γε τοιούτου, *ne salvus quidem fiam ab hoc*. Att. XVI. 15.

Μηδὲ δίκην, supplementum hoc integrum

versum exhibebit: δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς: *neque causam iudicaris prius, quam quid uterque dicat, audieris.* Att. VII. 8. Versus, qui falso Hesiodo adscribebatur, Phocylidisque esse putabatur. *Ern.*

Μηδὲν αὐτοῖς, supplent: μέλει, *nihil ipsis curae est*, alii aliud. Att. VI. 1.

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Ne ignaviter et inglorie peream: sed magno aliquo facinore edito, quod audiatur a posteris. Fam. XIII. 15. Att. X. 1. ex Hom. Iliad. X. v. 304. 305.

Μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου, *ne mihi Gorgoneum caput horrendi et gravis monstri.* Att. IX. 7. ex Hom. Odyss. *Λ.* v. 633.

Μὴ πολιτεύεσθαι, *abstinendum administratione reipublicae.* Att. XIV. 21.

Μήπω μέγαν εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς. *neminem magnum dixeris, priusquam mortuum videris.* Att. IV. 8. Senarius Sophoclis apud Stobaeum cap. 93.

Μίασμα δρυός. Att. XIII. 42. *Ecce tibi orat Lepidus ut veniam. Opinor augures nil habere* (f. leg. *nullum habere*) *ad templum effandum* (i. e. qui locum templo Martis quod Caesar exstruere volebat Suet. Iul. 44. consecrare et dedicare possit) *Eatur!* Μίασμα δρυός. Sic h. l. emendavit Gronovius. Olim e Mss. legebatur μιᾶς κόρδου. Alii *eatur* μία σκόρδου; alii μικροῦ κόρδου. Lambinus legendum censebat: *ad templum effandum Saturni* ἀσπόνδου. Ut aliorum coniecturas praeteream, proxime ad veritatem accessit Gronovius; qui ad h. l. „legendum opinor, inquit, μίασμα δρυός, quod proverbium est. Appendix Vaticana proverbiorum a Schotto editorum: Μίασμα δρυός. Παρ᾽ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνιττόμενον τὸ Θήβαιον

παρανόμημα εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία Βοιωτοῖς μαντεύσατο. Ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱερείαν ἐμβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν. Sensus igitur verborum Ciceronis est: *ut fiat piaculum specie religionis.* Nam a Caesare tyranno exstructa templa pro sacrilegiis et piaculis habet." Ceterum hoc proverbium occurrit etiam apud Suidam, ubi tamen vulgo legitur *μυίας δάκρυον* pro *μίασμα δρυός.* S.

Μικροψυχία. Att. IX. 11. *animus abiectus.*

Μισάνθρωπος, *osor generis humani.* Tusc. IV. 11.

Μισογυνεία, *odium mulierum.* Tusc. IV. 11.

Μνημονικά, *ars memoriae*, de qua noti sunt Quinctiliani loci. Herenn. III. 17.

Μνημονικὸν ἁμάρτημα, *lapsus memoriae.* Att. XIV. 5.

Μουσοπάτακτος. *a Musis percussus, Musarum amore captus, poëta,* Qu. Fr. II. 10.

Μυροθήκιον, *unguenti et pigmentorum arcula.* Att. II. 1.

Μυστικώτερα, *secretiora.* Att. IV. 2.

Μυστικώτερον, *secretius.* Att. VI. 4.

Μῶμος. Att. V 20. *Μώμῳ satisfacere*, est talem se praestare, ut Momus, qui, quod reprehendat, quamvis quaerat, tamen non habeat.

N.

Νεκρομαντεία, *per mortuos divinatio.* Tusc. I. 16. v. Davis.

Νεκυία. Tusc. I. 16. Att. IX. 10. 11. et 18. *Νεκυία* Homeri. Tusc. I. 16. est Odyss. *Λ.* qui liber sic etiam aliis vocatur, tamquam Longino περὶ ὕψους. Sect. IX. Nomen ab argumento traxit,

quod in eo Ulysses commemoratur, quemadmodum inferos adierit, et cum umbris collocutus sit. De hac *νεκυίᾳ* quid acuti homines iudicarint, vid. ap. Victorium ad ep. 10. L. IX. ad Att. Ceterum ad hanc *νεκυίαν* respexit Atticus, cum Caesaris comitatum *νεκυίαν* vocaret. Nam quemadmodum umbrae ad Ulyssem in *νεκυίᾳ* Homeri confluunt frequentes, sic homines flagitiosi, facinorosi, et aere alieno obruti, ad Caesarem confluebant. *Ern.*

Νεόκτιστα, *nuper condita.* Att. VI. 2.

Νεωτερισμὸς, *res novae.* Att. XIV. 5.

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Sobrius sis, et memineris non facile credere, hi sunt nervi sapientiae.* Att. I. 9. Versus Epicharmi Poëtae Siculi.

Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, *Niconis de edacitate.* Fam. VII. 20. vid. in Indic. Hist.

Νομανανδρίαν excusationem ne acceperis. Att. V. 11. Alii habent *νομανδρία.* Adiiciemus utriusque verbi interpretationes, a doctis viris propositas. *Νομανδρίαν excusationem* dicunt esse legitimam, ac viro honesto dignam, occupationem videlicet. Nam adversae valetudinis excusatio mollior est. Hanc igitur (*νομανδρίαν*) excusationem non vult accipi, quod nulla occupatio tanta sit, ut se possit a scribendis ad Atticum literis avocare. Ita Manutius. Popma contra *νομανδρίαν* dicit esse constantiam Ciceronis in praefecturis conferendis; qua commotus non scripsisset ad Atticum, ne suam constantiam deferendis praefectis tentaret. Sed quomodo haec excusatio dici possit, non video. Causa potuit esse omissarum literarum, sed qua non facile ad excusandum uteretur. Idem dici potest de interpretatione *νομανανδρίας*. *Νομανανδρίαν* Bosius interpretatur, *detrectationem praefecturarum, s. vacationem.*

Eas

Eas cum Atticus a Cicerone quibusdam petiisset, noluisse Ciceronem respondere. Quomodo tandem rogare potest, ne accipiat hanc excusationem. Rustica esset illa excusatio, quam etiam rogatus non acciperet Atticus. Noli suspicari, debuisset scribere, me propter *νομανανδρίαν* scripsisse. Fortasse non sanus locus est. *Ern.*

Νομοφύλακες, legum custodes. Leg. III. 20. Magistratus Athenienses, qui legum curam habebant, et facta hominum observabant, ad legesque revocabant, conf. Xenoph. Oeconom. 9. 14. ex quo repetiit Columell. R. R. XII. 3. ubi vide Interpp. cf. Potter. Archaeol. Gr. I. 13. Sed adiiciemus locum ex Oeconomico Xenophontis latine: *Civitatibus primoribus atque optimis non satis est visum bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos creassent, quos Graeci νομοφύλακας appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus; eos autem, qui legibus non parerent, poenis mulctare* etc. *Ern.*

Ξ.

Ξυνὸς ἐνυάλιος, communis Mars. Att. VII. 8. ex Hom. Iliad. *Σ.* v. 309.

O.

Ὀβελίζειν, veru notare. Fam. IX. 10. *est tamquam spurium reiicere.* Obelus enim fuit signum Criticorum, quo spuria a genuinis discernerent. vid. Menag. ad Laert. III. 66. p. 162. Eschenbach. de Not. Crit. pag. 232. sqq. et alii. *Ern.*

Ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς, fullo carbonarius. Att.

Ὁμοειδής, *eiusdem generis et formae.* Att. II. 6.

Ὁμολογία, *convenientia.* Fin. III. 6.

Ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται, *procul dubio, manifeste, tyrannidem affectat.* Att. II. 17.

Ὁμοπλοΐα, *societas navigandi.* Att. XVI. 4.

Ὀξύπεινος, *famelicus, cibi avidissimus.* Att. II. 12. IV. 13.

Ὀπαδοὶ, *asseclae aliorum in militia.* Att. IV. 6. opponuntur ταγοῖς ducibus.

Ὁ πλοῦς ὡραῖος, *navigatio tempestiva.* Att. IX. 7. Corradus laudat Pollucem I. 9. περὶ εὐπλοίας. de voce ὡραῖος, tempestivus. vid. Graevii Lect. Hesiod. c. 2. *Ern.*

Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι, *Opuntii, Sipuntii.* Att. VI. 2. vid. Indic. Geogr.

Ὄργανον, *instrumentum.* Fam. XI. 14. Capio autem de instrumento musico, ob verbum *frigere*, quod dicitur de musicis, quum non audiuntur cum favore. Brut. 50. *Ern.*

Ὀρθὰν τὰν ναῦν, *rectam navem.* Qu. Fr. I. 2. haec verba sunt e Graeca sententia: εὖ ἴσθι, Ποσειδᾶν, ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω, quae latine est etiam apud Senecam. ep. 85. *Neptune, nunquam hanc navem, nisi rectam.* haec Victorius. Lipsius autem ad Senec. l. c. laudat etiam veterem scriptorem Teleten, ex quo est sententia eadem ap. Stobaeum c. 106. *Ern.*

Ὁρίζοντες, *finientes.* Fam. II. 44. intellige: circuli, qui scilicet finiunt prospectum, *der Horizont.*

Ὁρμὴ, *impetus*: item *appetitio: appetitus,* Att. VII. 11. Fin. III. 7. V. 6. de Nat. Deor. II. 22. Off. II. 5.

Οὐκ ἐπέστησεν, non animadvertit, non satis cogitanter scripsit. Att. XIII. 38. alii intelligunt, *non institit, non perseveravit.*

Οὐ παρὰ τοῦτον, non apud illum. Att. XV. 29.

Οὐ σ᾽ οἶδ᾽ Ἄρης ἅμα Παφίῃ, nonne scio te, o Mars, consuesse cum Paphia, sive Venere. Att. IV. 16. Videntur haec verba esse e vetere Poeta, sed ex quo, aut quomodo explicanda sint, fateor, me ignorare. Nam doctorum hominum coniecturae non satisfaciunt, nec melius aliquid ipse reperio. *Ern.* Me quidem nondum poenitet coniecturae, qua suspicatus sum h. l. ita legendum esse: *Absoluto Gabinio stomachantes alii iudices, hora post, Antiochum Gabinium — libertum et accensum Gabinii lege Papia condemnarunt. Itaque dixit statim reus patrono maiestatis absoluto οὐ σ᾽ οἶδ᾽ Ἄρης ἅμα Παφίῃ, (nonne scio Mars te cum Paphia rem habuisse;)* i. e. te mecum in eodem luto haerere. Si verum esset quod Manutius putabat praeter legem Papiam, qua cautum erat ne quis peregrinus pro cive se gereret, fuisse etiam aliam *Papiam maiestatis*, in verbo *Παφίῃ* posset alludi ad illam legem Papiam. S.

Οὐ ταὐτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, non idem ex eodem. Att. XV. 1.

Οὐ ταὐτὸν εἶδος, supplendum ex Euripidis *Ione: φαίνεται τῶν πραγμάτων, πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν θ᾽ ὁρωμένων: non eadem facies apparet, quum res procul sunt, et quum prope cernuntur.* Att. XIII. 10. Sensus est: non possum eo, quo ante, vultu intueri, tibi gratificari, quum didicerim, qui sis. *Ern.*

Οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν, sane eorum, qui ante nos vixerunt virorum, audiebamus laudes. Att. VII. 11. Hom. Iliad. *I.* v. 520.

Π.

tatis etc. saltem admodum frequens, ut in spectaculis. Att. I. 14.

Πανικά, panici, sive subiti inanesque terrores. Att. V. 20. Fam. XVI. 23. *πανικόν.* Att. XIV. 3. XVI. 1.

Πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus. Fam. XII. 20. Att. XV. 17. i. e. accurate et copiose de omnibus.

Παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο, omnis virtutis memor sis, omnem virtutem exprome. Att. I. 15. Homer. Iliad. *X.* v. 268.

Πάνυ φιλοστόργως, valde amanter. Att. XV. 27.

Παράγγελμα ἐνιαύσιον, mandatum annuum. Att. V. 14. sed nos recepimus *παράπηγμα*, de quo mox. *Ern.*

Παράγραμμα, agnominatio, quum unius literae, aut syllabae mutatione alius sensus efficitur. Fam. VII. 32. Genus ridiculi, de quo L. II. Or. 63. ubi *παρονομασία* dicitur.

Παραγωγή, inductio. Top. 10. genus argumentationis Socraticum, de quo vide de Inv. I. 31. ubi egregium inductionis exemplum Aeschinis Socratici profertur. Sed Turnebus et Lambinus corr. *ἐπαγωγή*, quod nos recepimus in textum. *Ern.*

Παράδοξα, mirabilia, admirabilia, quaeque sunt contra opinionem omnium. Acad. II. 44. Fin. IV. 27.

Παρακινδυνεύειν, se temere periculo obiicere. Att. XIII. 27.

Παρὰ λέξιν, contra proprie loquendi rationem. Att. XVI. 4.

Παράπηγμα. Att. V. 14. est tabula suspensa, in qua notatae sunt horae, dies, eclipses, et similia. ut in gnomone. h. l. est *παράπηγμα ἐνιαύσιον*, kalendarium in pariete affixum et suspensum.

(Psyriam) proficiscatur, ne in Antonii manus incidat; quae sit autem elegantia in eo, quod Arpinum cum insula Psyria comparetur, docet Bosius ad hunc locum. *Psyriae* nomen etiam Ciceroni ad Q. Fr. II. 10. restituit Tunstallus ad Midlet. p. 110. *Philosophiam non ab Hymetto, sed ab arce ψυρίᾳ*, i. e. Arpino. *Ern.*

Παριστορῆσαι, obiter scire. Att. VI. 1.

Παροινικῶς, insolenter, contumeliose. Att. X. 10. Victorius malebat τυραννικῶς. Sed illud eodem redit, et bene convenit in Antonium, cui vinolentiam in Philippicis exprobrat.

Παρονομασία, verbi parva immutatio, in litera posita. Or. II. 63.

Παῤῥησία, loquendi libertas. Att. I. 16.

Πάρωρα πλευτέον, intempestive navigandum. Att. X. 12. v. Tunstall. Ep. Crit. p. 155.

Πάσχω τι, patior aliquid, angor. Att. XV. 20.

Πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, patriam meam magis amans. Fam. XII. 14.

Πειθανάγκη, suasio violenta, dicitur de eorum consiliis precibusque, quibus necessario paremus. Att. IX. 13. e Platone.

Πειθώ, Suada Dea. Brut. 15.

Πειράζεσθαι παραλύσει, tentari paralysi, infestari sideratione, seu resolutione nervorum. Att. XVI. 7.

Πειρήνη, Pirene, sive fons uberrimus, qualis fuit Pirene, prope Corinthum, Musis sacer. Att. XII. 5.

Πελληναῖοι, Pellenaei, Dicaearchi liber de populis Pellenaeis, qui nomen habent ab antiqua Achaiae civitate Pellene. Att. II. 2.

Πεντέλοιπος, qui de quinis superest. Att. XIV. 12. XV. 2. Ita vocare Hirtium videtur, qui de

argumenta rhetorum, aut confirmationes. Att. I. 14. περίοδοι quae sint, dicere nihil attinet. καμπαὶ sunt, recte explicante I. F. Gronovio, clausulae, flexus molles orationis ab una parte in aliam, quibus uti licet in genere ἐπιδεικτικῷ magis, in laudando, ubi ingenium et eloquentiam iactare licet, quam in forensibus orationibus, aut in sententiis de re gravi dicendis, a quibus quippe ista flexuum mollities, quamvis modica, tamen abesse debet, adhibita potius illa *iudiciali asperitate*, quam Cicero vocat de Orat. II. 15. ἐνθυμήματα non sunt, quae recentioribus dialecticis dicuntur, parte quadam sua truncati syllogismi, sed antiquis rhetoribus celebratae illae sententiae, e contrariis conclusae, quae propter brevitatem et contraria acumen aliquod habent, qualis est illa Horatii: *Cur optas quod habes?* Serm. I. 3. 126. alia exempla suppeditabit Cicero in Topicis c. 13. vide de hoc genere sententiarum in primis Facciolatum in Acroasi I. de Enthymemate. κατασκευὴ autem etsi non eandem semper apud rhetores vim habet, tamen non dubium mihi est, quin hoc loco dicatur *confirmatio alicuius rei*, (Quinctilian. II. 4.) quae et amplificationem complectitur, cum alimus argumenta, quod Longino τρέφειν dicitur, cum dilatamus rem et augemus omni ratione, ut auditor vim rei aut argumenti capiat, in quo vel maxime summa eloquentia cernitur. Haec κατασκευὴ etsi communis est omni orationis generi, tamen in primis in eo genere regnat, quod ἐπιδεικτικὸν dicitur, quum ingenium eloquentiamque probare volumus. Ex ea ubertas ingenii, ex ea copia, visque dicentis iudicatur. Itaque in hoc genere orationis etiam modum huius κατασκευῆς vix tenent summi oratores. Huc refer *illam redundantiam*, quam in Ciceronis oratione animadver-

Πλουδοκῶν, *navigationem commodam exspectans.* Att. X. 8.

Πλοῦς, *navigatio.* Att. XV. 21.

Πλούτων, *Pluto, Dis.* Nat. Deor. II. 26.

Ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει; *quorsum haec tandem erumpent?* Att. XII. 5.

Ποιητικὰ, *efficientia.* Fin. III. 16.

Ποιότης, *qualitas.* Acad. I. 7. *ubi vid.* Nat. Deor. II. 37.

Πολίπορθος, *urbium eversor, sive vastator.* Fam. X 13. epitheton Ulyssis apud Homerum.

Πολιτεία, *respublica.* Att. II. 1.

Πολιτεία, *libri de republica.* Att. IV. 16.

Πολιτεῖαι, *civitatum gubernandarum rationes.* Fam. IX. 2. scribere et legere πολιτείας, est libros de legibus, de republica, scribere et legere, ut ipse l. c. interpretatur Cicero.

Πολιτεύεσθαι, *administrare rempublicam, versari in republica.* Fam. VII. 12. Att. XIV. 6.

Πολίτευμα, *factum in republica gerenda, ut* πολιτεία. Att. VI. 1. IX. 7.

Πολιτεύομαι, *reipublicae operam navo.* Att. II. 6.

Πολιτευτέον, *reipublicae danda opera: versandum in republica.* Att. II. 6. X. 1.

Πολιτικὰ, *de republica.* Qu. Fr. II. 13.

Πολιτικὴ, *de civium officio in rempublicam.* Att. IX. 18.

Πολιτικοὶ, *reipublicae moderatores, reipublicae deditі.* Att. XII. 23. et 51. II. 12. IX. 10.

Πολιτικὸν, *quod est ex usu reipublicae.* Att. IX. 11.

Πολιτικὸν σκέμμα, *consideratio ad statum reipublicae pertinens.* Att. VII. 8.

Πολιτικὸς σύλλογος, *conventus et sermo de ratione reipublicae gerendae.* Att. XIII. 10.

ex Platone, qui haec itidem refert, *ἀναβὰς, utrum exscenso alto muro iustitiae.* Att. XIII. 38. Alludit Cicero ad locum Pindari ex libro deperdito, quo iam usus erat, sed alio, quam Cicero, sensu Plato L. II. de republ. p. 596. ed. Francof. Verba Pindari apud Platonem integra haec sunt: *Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβάς: utrum rectis et iustis artibus, an dolis fraudibusque utens etc.* Cicero ad aliam rem transtulit. Scire cupit ex Attico, quid sibi suadeat, utrum putet prae se ferendam esse iustam iram in Quintum filium, quam obiurgando patruum apud Caesarem meruerat, an dissimulandam. Hinc ipse sic interpretatur prima verba: *utrum aperte hominem adsperner et respuam.* Att. XIII. 38. *Ern.*

Πολυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει, Polydamas mihi primus probrum obiiciet. Att. II 5. VII. 1. ex Homer. Iliad. *X.* v. 100. Polydamanta dicit Catonem. *Ern.*

Ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν, ubi navigium Atridarum. Att. VII. 3. e tragico veteri videntur haec esse. *Ern.*

Πραγματικοί. Or. I. 5. qui sint, ipse Cicero satis docet.

Πραγματικῶς, apte ad res gerendas. Qu. Fr. II. 14.

Πράξις, factum. Att. XIV. 19.

Πράξις πολιτικοῦ, factum cive dignum reip. dedito. Att. X 13.

Πραότατα, lenissima. Att. XI. 17.

Πρέπον, decorum. Or. 21. Off. I. 17.

Πρόβλημα, quaestio. Att. VII. 1. XII. 2.

Πρόβλημα Ἀρχιμήδειον, quaestio Archimedea. Att. XII. 4. XIII. 18. i. e. valde difficilis et obscura. Atticus volebat Ciceronem de Catone scribere. *Ern.*

Προβολή, Att. XIII. 21. est, interprete Budaeo in Comm. Gr. L. p. 390. *status pugilis, in procinctu stantis, occasionique inferendae plagae imminentis, et agitatoris, in carceribus equos currumque sustinentis.* Inde etiam ad milites transfertur, qui in acie stant, proiectis scutis impetum hostium expectantes, et excipientes, et tempus impetus faciendi idoneum speculantes, apud Plutarch. in Caesare, quem locum idem ille attulit Budaeus l. c. De militibus Latini dicunt: *proiicere scutum.* Quadrigarius ap. Gell. IX. 13. Graeci *Προβάλλεσθαι ἀσπίδα* ap. Aelian. V. H. II. c. ult. et ab hac proiectione scuti status ille gladiatorius et militaris appellatur. Adiicere placet locum e Gellio de hac re insignem: *Sicuti* (athletae) *ad certandum vocati proiectis alte brachiis consistunt, caputque et os suum manibus oppositis quasi vallo praemuniunt etc.* unde de ea re *χεῖρας ἀεῖραι*, *χειρῶν ἀνάτασις*, dicitur. v. Cuper. Obs. l. 12. p. 88. qui etiam docet, hoc ipsum *ἀνέχειν* dici ap. Apollon. Rhod. L. II. v. 67. Ex his intelligi facile potest, quomodo Carneadi in mentem venerit, ut huic *προβολῇ* compararet *ἐποχὴν* suam, *retentionem assensus. Ern.*

Προηγμένον, productum, promotum, praepositum, praecipuum. Fin. III. 15. v. Argum. L. III. de Fin.

Προθεσπίζω, praesagio. Att. VIII. 11.

Προκοπή, progressus in literis. Att. XV. 16. de verbo *προκόπτειν* v. Cellar. Diss. de Vigiliis et Lucubrat. Vett. §. 19.

Προλεγόμενα, quae praefari solemus, antequam disputationem aliquam explicandam suscipimus. Div. IX. 18.

Προλήψεις, notitiae rerum insitae. Acad. II, 10.

Πρόληψις,

Πρόληψις, notio, anticipatio, antecepta animo rei quaedam informatio, praenotio, praesumtio. Top. 7. ubi est rei intelligibilis notio, Platonico more, quod Plato rerum invisibilium notiones a natura impressas animo dicebat, quae evolvantur, s. ut Cicero dicit, enodentur per definitiones. Item de notione vulgari, adumbrata sensu et usu, non explicata accurate scholae modo. v. et Partit. Or. 36. Nat. D. I. 17. *Ern.*

Πρόνοια, providentia. Nat. D. II. 22. et 29.

Προοίμιον, principium, alterum genus exordii. Her. I. 4.

Πρόπλασμα, periculum elaborandi operis, rudis informatio operis; specimen, ex quo de toto opere, quale futurum sit, iudicari potest. Att. XII. 41. nos dicimus *ein Modell. Formam operis* dicit Cicero in epp. ad Fam. II. 8. inprimis statuariorum proprium est. *Ern.*

Προπύλαιον, vestibulum Att. VI. 1.

Πρόπυλον, idem. Att. VI. 6.

Προσανατρεφομένη, recreata. Att. VI. 1. proprie de eo, qui post morbum corpus recipit. v. *ἐξ ἀφαιρέσεως.*

Πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ. Att. II. 16. Homericus versus integre sic habet: *πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, ante leo, a tergoque draco, medio ipsa capella.* Chimaerae descriptio ex Iliad. *Z.* v. 181.

*Πρὸς ἴσον ὅμοιον*que, *ad aequalem similemque.* Att. XIII. 51.

Πρόσληψις. Fam. II. 53. assumtio syllogismi.

Πρόσνευσις, assensus. Att. V. 4.

Πρὸς τὸ ἀσφαλὲς, ad id quod tutum sit. Att. VII. 13.

Πρὸς τὸ πρότερον, ad prius. Att. I. 16.

Πρὸς τοῦθ' ὅτι χρὴ, καὶ παλαμάσθων, καὶ

πάντ' ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, *adversus hoc, quod oportet et decet facere, et machinentur et struant quidvis in me. Iustitia enim a me stat.* Att. VIII. 8. Verba sunt Aristophanis Acharnensibus v. 659. sed paullum mutata, et ad Ciceronis sententiam inflexa. Apud Aristophanem enim est πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω καὶ — τεκταινέσθω.

Προσφώνησις, nuncupatio. Att. XIII. 12.

Προσφωνοῦμεν, nuncupamus, dicamus Att. XV. 13.

Προσφωνῶ, nuncupo, dico. Att. VI. 11.

Πρόσωπον πόλεως, facies civitatis. Fam. XV. 17.

Προὐνοησάμην, procuravi, providi. Qu. Fr. II. 3.

Πυρόεις, Mars. Nat. Deor. II. 20.

Πυροὶ εἰς δῆμον, frumentaria largitio. Att. VI. 6.

Πτῶσις, prolapsio, casus. Att. II. 17. Sed lectio dubia. Vid. not.

P.

Ῥαθυμότερα, segniora. Qu. fratr. II. 15.

Ῥητορεύουσιν, declamitant, quasi rhetorum more. Att. XV. 16. de ranarum clamore facete dicit.

Ῥήτωρ, eloquens. Or. 19.

Ῥίψαι πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα, cum fureret, multa frustra cornibus in aërem proruens, s. frustra cornua iactantem, aëra cornibus verberantem. Att. VIII. 5. Versus poëtae, non constat, cuius. Viri docti ad h. l. laudarunt Virgilianum illud, ex Georg. III. v. 233. 234.

Ῥοιζόθεμις, lis et tumultuosa controversia. Att. XIV. 10.

Ῥοπή, momentum, inclinatio. Att. XVI. 5.

Ρυθμὸς, numerus oratorius. Or. 20.

Ῥωπογραφία, descriptio, pictura cum virgultorum et plantarum virentium repraesentatione. Att. XV. 16. Salmas. ad Solin. p. 739. ῥωποπώλην *Graeci vocarunt, qui omnia id genus promercalia haberet, quae medicis, tinctoribus, pictoribus, et myrepsis conducerent. Nam* ῥωπὸν *eiusmodi merces omnes mixtas ac minutas appellabant.* Hesychius: ῥωπὸς, ὁ λεπτὸς φόρτος, ὅσα ζωγράφοις, βαφεῦσι, μυρεψοῖς χρησιμεύει. Idem ad Spartiani Hadrianum p. 88. b. *Qui belluas, arbores, homines, antra, portus, et alia id genus variaque et minuta opere topiario exprimebant,* ῥωπογράφοι *vulgo dicebantur. Nam* ῥωπὸς *est varia et minuta merces. Hinc* ῥωπογραφία *ripulae apud Ciceronem in epistola ad Atticum L. XV. ep. 16. Quam vocem vulgo deducunt,* ἀπὸ τῶν ῥώπων, i. e. *a virgultis, omnino male, cum* ἀπὸ ῥωποῦ *facta sit. Hinc* ῥωπικὸν *etiam* ἀντὶ τοῦ ὡραίου *Graeci ponunt, quod varietate ipsa pulchrum est. Hinc* ῥωπογράφος *pictor ille dictus apud Plinium, quod humilia tantum pingeret, ut asellos, obsonia et similia,* ῥωπικά. -- ῥωπογραφία *opponitur* μεγαλογραφία, *quae in rebus magnis et nobilibus exprimendis versatur, ut sunt Deorum simulacra, aedes, heroës, bellorum historiae etc.* cf. l. Gronov. ad Cic. l. c. Hinc intelligitur, quid sit ῥωπογραφία ripulae, scilicet descriptio ripae, virgultorum, graminis, florum in ripa. Virgilius de poëta Ecl. IX. 19.

Quis humum florentibus herbis
Spargeret aut viridi fontes induceret umbra?

Idem Ecl. VI. 62.

Dum Phaëtontiades musco circumdat amarae
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Hae sunt ῥωπογραφίαι, et ripulae adeo: *viridi fon-*

tes induceret umbra; cuius modi descriptionibus pieni sunt poëtae. *Ern.*

Σ.

Σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος, *gravior auctoritateque pollentior, et rebus civilibus tractandis accommodatior.* Att. II. 1.

Σῆμα δέ τοι ἐρέω, *signum autem tibi dicam.* Att. IV. 15. Homer. Iliad. Ψ. v. 326.

Σηστιοδέστερον, *magis Sestii more.* Att. VII. 17. h. e. magis insulsum et frigidum, ut facile ex ipso loco intelligi potest. Fam. VII. 32. *ut ego discesserim omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana, in me conferri.*

Σίλλυβοι, *indices.* Att. IV. 4. ubi falso legebatur σύλλαβοι, nisi quod ep. 5. et 8. legitur, *sittybae*, σίττυβαι, qui sint σίλλυβαι, ipse docet Cicero, nempe *membranulae, ex quibus indices fiant.* Ios. Scaliger et Vossius ad Catull. p. 22. legi volebant σιττύβους, nam hoc esse ep. 5. et octava putabant. Sed Graevius recte vidit, σιττύβους esse ab his locis alienos, non minus, quam σιττύβας. σιττύβους esse *ollas*, auctore Polluce, σιττύβας autem *vestes pelliceas,* auctore Hesychio. Pelliceas enim vestes involvendis libris accommodatas esse, non titulis librorum. Itaque pro συλλάβους recte legit σιλλύβους, et *sillybis* pro *sittybis.* Hesychius σίλλυβον interpretatur τὸ τῶν βιβλίων δέρμα. Huiusmodi tituli, quibus auctorum nomina inscribebantur, et qui libris agglutinabantur, quemadmodum etiam hodie elegantiores libris suis huiusmodi membranulas agglutinandas a bibliopegis curant, quibus libri auctor et titulus aureis literis inuritur: cuiusmodi tituli etiam πιτ-

τάκια dicuntur. de σιλλύβοις v. Salmas. ad Capitolini Pertin. pag. 549. b. Haec Graevius. Ceterum facile intelligi potest, unde haec mutatio orta sit. Ex *sillybis* facilis mutatio in *sittybis*. Ex σιλλύβους autem manifestum est, librarios fecisse συλλάβους, deceptos voce *indices*. Nam *indices* eos, quos vulgo vocamus, h. e. *Catalogus*, *Register*, συλλάβους dici posse, notissimum est. De his dici putabant, neque intelligebant, de longe aliis indicibus, h. e. de iis, qui indicarent libri auctorem atque adeo inscriptionem et argumentum, sermonem esse. Erat praeterea ignota iis vox σίλλυβος, ut corruptam lectionem, et in συλλάβους mutandum censerent. *Ern.*

Σκάφος, *navigium*. Att. VII. 3.

Σκέμμα, magnum, *res magna consideratione digna, etiam atque etiam consideranda*. Att. VII. 21.

Σκέψαι, *considera*. Att. XII. 3.

Σκήπτομαι, *tergiversor, moras necto excusando, dubitando*. Att. XVI. 9.

Σκήψεις et ἀναβολαὶ, *excusationes, atque dilationes*. Att. I. 12.

Σκιαμαχίαι, *umbratiles pugnae, simulacra pugnarum*. Fam. XI. 14.

Σκολιά, *obliqua, tortuosa, h. e. fraudes, doli, simulationes*. Att. XIII. 39.

Σκολιᾶς ἀπάτας, *versutae fraudis*: supple: *murum adscensurum*. Att. XIII, 41. v. πότερον δίκας etc.

Σκοπὸς, *scopus, ultimum, finis*. Att. II. 18.

Σκοτεινός, *tenebrosus*. Fin. II. 5.

Σκυλμὸς, *vexatio, molestia*. Att. IV. 13.

Σκυτάλη λακωνικὴ, *Scytale Laconica* (brevis epistola, quales occultis gravibusque de rebus Lacedaemonii ad imperatores suos in loris scriptas

quae sensiones efficerent, defluerent continuo; ut distingueret scilicet ab simulacris, quae nil soliditatis et firmitatis haberent. *Ern.*

Στερκτέον, *probandum, aequi bonique consulendum.* Att. IX. 10.

Στερητικά, *privantia.* Top. 11.

Στίλβων, *Mercurius planeta.* Nat. D. II. 20.

Στοργή, *amor et pietas inter parentes et liberos.* Att. X. 1.

Στρατήγημα, *consilium imperatorium.* Nat. D. III. 6.

Στρατύλλαξ, *imperatorculus.* Att. XVI. 15. per contemtum de Antonio.

Σύγγραμμα. Att. XVI. 6. *scriptum quodcunque et ex quocunque genere.* Nam etsi, ut συγγραφεὺς, saepius de historicis, quam aliis scriptoribus, sic σύγγραμμα de historicis libris dicitur, tamen utrumque de omni genere reperitur. *Ern.*

Συγκατάθεσις, *assensio, approbatio.* Acad. IV. 12.

Συγκύρημα, *casus.* Att. II. 12.

Σύγχυσις, *confusio.* Att. VI. 9.

Σύγχυσις τῆς πολιτείας, *confusio reipublicae.* Att. VII. 8.

Σὺ δὲ δὴ τί σύννους; *tu vero quid es cogitabundus?* Att. XIII. 42. Videtur esse initium senarii.

Συζήτησις, *mutua quaestio, disputatio.* Fam. XVI. 21.

Συζυγία, *coniugatio.* Top. 3. de verbis inter se connexis ut *compascuus* et *compascere.*

Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐδὲ ἓν Οὕτω ὅμοιον γέγονεν, *Ficui per Cererem ficus nulla umquam tam similis fuit.* Att. IV. 8. Senarius cum dimidio Comici, nescio cuius.

Σύλλαβοι vid. Σίλλυβοι.

modi convivium non aptum videtur Sophocleae tragoediae. Mihi in mentem venerunt σοφοκλεῖς Pliniani Ep. II. 16. *laudicoeni*, parasiti, qui coenulae causa, quamvis indignos laudant, et ab iis acta et dicta omnia σοφῶς dicta et acta clamant. v. auctores laudatos Intt. ad Plinium. Fuisse ergo videtur in convivio, in eoque habuisse συνδείπνους parasitos, aut parasiticis certe moribus. Hos quemadmodum, quam lepide et festive vexarit, commemoraverat fratri. Itaque fatendum esse, respondet, lepide ab eo actam illam fabulam (frequentes enim occurrunt in Comicorum fabulis parasiti) sed rem sibi nihilo minus non probari, velle se, factum non esse aut dictum, quod factum dictumque scripsisset. *Ern.* Vera lectio est *Σύνδειπνοι Σοφοκλέους*; et hoc drama non fuit Tragoedia sed fabula Satyrica. Res ipsa manet obscura, quia quid inter Quintum et convivas eius actum fuerit prorsus ignoramus. S.

Συνδιημερεύωμεν, *simul diem conteramus.* Att. VIII. 9.

Σὺν θεῷ τοι λέγω, *diis iuvantibus dico.* Att. X. 10. Manutius haec distinguit sic; *σὺν θεῷ. Τοὶ λέγω*, ut illa cum superioribus coniungantur, hoc sit: *tibi dico.* Doricum illud τοι arguit esse particulam noti tum versiculi.

Συνηγωνίων, *cum illo moerebam.* Att. V. 12.

Σύνναοι, *contubernales.* Att. XII. 45. Sic ipse hanc vocem interpretatur Cicero L. XIII. 28. Ceterum Dii σύνναοι sunt, qui templo communi coluntur, similes diis παρέδροις, de quibus diis παρέδροις, assessoribus, s. contubernalibus, est doctus libellus Cl. Arnaldi. Sunt etiam σύμβωμοι. v. Spanhem. de usu et praest. Num. Diss. X. p. 130. Dicti Ciceroniani, quo Caesarem mavult Quirini, quam Salutis, σύνναον, haec vis est: malle se

Σώφρων, *temperans*. Tusc. III. 1.
Σωφροσύνη, *temperantia*. ibid.

T.

Ταγοὶ, *duces*. Att. IV. 6.

Τὰ κατὰ μέρος, *particularia*, *singula quaeque particulatim*. Att. XIII. 22.

Τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, *inanes terrores belli*. Att. V. 29.

Τὰ κεφάλαια, *capita*. Att. XVI. 11.

Τὰ μὲν διδόμενα, proverbium hoc ita expleri e Platonis Gorgia potest: *τὰ μὲν διδόμενα ἀνάγκη δέχεσθαι*, *quae dantur necesse est accipere*. Att. VI. 5. XV. 17. sic obiurgabat Philotimus Ciceronem, de rationibus turbatis querentem, volebatque Ciceronem ex eo proverbio, rationibus editis contentum esse. *Ern.*

Τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε, *quae igitur ad nos pertinent*, *haec sunt*. Fam. XVI. 21.

Ταξιάρχης, *ordinis ductor*, *centurio*. Att. XVI. 11. v. Perizon. ad Aelian. V. H. II. 44. Spanhem. ad Iulian. Or. I. p. 256. Cave autem putes proprie Mustelam sive centurionem, sive tribunum mil. dici. *Ταξιάρχης* dicitur, quia erat princeps gladiatorum Antonii, quod clarissime patet ex loco huic parallelo. Phil. II. 41. *praesertim cum duos secum Anagninos haberet, quorum alter gladiatorum est princeps, alter poculorum. Ern.*

Τὰ ὅλα, *tota*, *universa*. Att. XIII. 40.

Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, *quae de officiis sunt*, *libri de officiis*. Att. XV. 13. XVI. 11.

Τὰς τῶν κρατούντων. Euripidis versus integer sic habet: *τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών*,

IV. 15. V. quae ad h. l. e Luca Holstenio affert Graevius.

Τέρας, *monstrum*, *prodigium*. Att. VIII. 9.

Τεχνολογία, *tractatio artis*, *disputatio de praeceptis artis*. Att. IV. 16.

Τέτλα, *κύντερον*, supple ex Homero Odyss. Υ. v. 18. *ἔτλης*: *perfer*, *gravius tulisti*. Att. IX. 15.

Τετυφῶσθαι. Att. XII. 25. *inani gloriolae studio duci*, qui scilicet cupio filiae monumentum in horto celebri ponere. Itaque addit: *Obsequere huic errori meo*. confer v. *τὸν τῦφον* etc.

Τεῦκρις. Att. I. 14. vid. Ind. Hist. v. *Teucris*.

Τηλέπυλος λαιστρυγονίη, *Telepylus*, *urbs Laestrygonia*. Att. II. 13. Formias intelligit, antiquissimam Laestrygonum sedem. Plin. H. N. III. 5. Graevius laudavit Cluver. Ital. Antiqu. III. 10. *Ern.*

Τὴν ἔσω γραμμὴν tenere, *interiorem lineam*. Att. IV. 8. a stadio ducta dicendi ratio, in quo duae lineae, altera, ab qua incipit cursus, altera, in qua desinit; v. Salmas. ad Solin. p. 617. b. et alii, quos laudat Graevius. *Interiorem lineam* ergo *tenere*, idem est; ac *medium tenere*. *Ern.*

Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα, *ut tyrannide potiatur*, *quae inter Deos maxima*; *ut regno potiatur*, *quo nil maius inter Deos ipsos*. Att. IV. 15. Est senarius Euripidis in Phoeniss. 509. Lambinus *τὴν* delebat, sc. metri causa. Sed *θεῶν* contracte pronunciandum. *Ern.*

Τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, *praesentem statum reip. subiecta rudi eius forma*, *sive praesentem reip. formam*. Att. IV. 13.

Τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (*οἶσθα ὃν λέγω*) etc. *uxoris meae libertus* (*nosti quem dico*) *visus est mihi dudum e verbis*, *quae inconsiderate effutiebat*, *turbasse calculos*, *ex coëmtione bonorum Crotoniatae tyrannicidae*; (i. e. Milonis,

qui Clodium interfecit): *timeo ne id adhuc non intellexeris, unus nimirum hoc ubi consideraveris, reliqua in tuto pone.* Att. VI. 4. v. φυράτης. In ultimis δέδοικα δὴ Sophoclis aliquid reperisse se putat et corrigit Valkenarius V. C. in Diatr. de fragmentis Eurip. p. 193. *Ern.*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, ante virtutem sudorem posuerunt Dii immortales. Fam. VI. 8. versus Hesiodi Opp. et Dier. v. 289.

Τῆς ξυναόρου τῆς ἐμῆς ὁ ἐξελεύθερος etc. *uxoris meae libertus, visus est mihi saepe garriens et errans in conciliabulis et circulis, quodam modo conturbasse rationes in bonis Crotoniatae.* Att. VI. 5. Crotoniatam appellat Milonem interfectorem Clodii, a celebri illo propter vires corporis Milone Crotoniata. *Ern.*

Τί γὰρ αὐτῷ μέλει; quid enim illi curae est? Att. XII. 2.

Τί λοιπόν; quid reliquum? Att. VI. 2.

Τιμή, honor. Att. XII. 12.

Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν; quisnam est servus, de morte securus qui sit? qui mortem non timeat? Att. IX. 2. Euripidis senarius, etiam Plutarcho memoratus de audiendis poëtis.

Τίς πατέρ' αἰνήσει, integer versus sic se habet, *τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; quis patrem laudabit, nisi infelices filii?* Att. I. 19. maiorum et parentum laudes solent inprimis commemorare, qui ipsi, quod laudem mereatur, non fecerunt. Itaque Cicero veretur, ne Atticus sibi laudanti superiorum temporum res gestas, in libro de consulatu et aliis, occinat illud: *Τίς πατέρ' αἰνήσει* etc. Adeone ab ingenio et superiorum temporum consuetudine descivisti, ut sola illa,

quae olim gesseris, laudes, quasi nunc nihil laudabile facias. *Ern.*

Τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα, quid melius, et deterius, in obscuro adhuc providebat maxime. Att. X. 1. Sunt verba Thucydidis de Themistocle I. 138.

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, iustitia et veritas a me stat. Att. VI. 1. ex Aristophanis Acharn. 660.

Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. in lente unguentum. Att. I. 19. proverbium de rebus bonis in re vili consumtis. In *μύρον* intelligitur legatio, *φακὴ* lens, est Lentulus Clodianus. In eo ergo legationem male collocatam dicit. *Ern.*

Τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, talia aerumnosum bellum efficit. Qu. Fr. II. 14. versus ex Euripidis Supplicibus v. 119.

Τοῖς ἀπαντῶσιν, obviam prodeuntibus. Att. VII. 5.

Τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν, honestum propter se ipsum expetendum. Fam. XV. 17. et 19.

Τὸ καλὸν, honestum. Att. VIII. 8.

Τὸ μέλλον καραδοκήσεις, quod futurum est, exspectabis. Att. IX. 10.

Τὸν θεωρητικὸν, qui in rerum contemplatione occupatur. Att. II. 16.

Τὸ νεμεσᾶν, interest *τοῦ φθονεῖν*, *indignatio differt ab invidia.* Att. V. 19.

Τὸν πρακτικὸν βίον, vitam, quae in rebus agendis versatur. Att. II. 16.

Τὸν τῦφον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον, insolenti et vanae ambitioni meae, per Deos, indulge. Att. XIII. 29. v. *τετυφῶσθαι.*

Τὸ παραδοξότατον, inopinatissimum. Att. VI. 1.

Τοποθεσία, loci descriptio. Att. I. 13. et 16.

sum, cum ad aliam rem significandam transferuntur, quam proprie significant. Brut. 17.

Τυραννοκτόνοι, *tyrannicidae*. Fam. XII. 22. Att. XIV. 6.

Τυφλώττω, *caecutio*. Att. II. 19.

Τῶν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων τὶς εἶχεν; horum culpam quis Brutorum sustinet? quis Brutorum harum rerum auctor fuit? Att. XV. 12.

Τῶν μὲν παρόντων δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστὴς, rerum quidem praesentium inito brevi et extemporali consilio optimus index: futurarum autem magna ex parte eius, quod eventurum erat, certissimus coniector. Att. X. 1. Sunt verba Thucydidis de Themistocle I. 138. *Ern.*

Τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, *considerationum s. quaestionum maxime ad remp. pertinentium*. Att. X. 1.

Τῶν προὔργου τὶ, *eorum, quae sunt ex re, aliquid*. Att. IX. 4.

Τῷ καλῷ προσπέπονθα, *honesti sum amantissimus*. Att. II. 19. *εὖ πάσχειν πρός τινα* notum est esse *amare aliquem*.

Τῷ τῶν ναῶν καταλόγῳ, *navium enumeratione*. Att. VI. 2. sc. quae est apud Homerum libro secundo Iliados.

Υ.

Ὑάδες, *hyades*. Nat. D. II. 43. Arat. frag. Sidus in tauri capite.

Ὑγιὲς, *sincerum*, *sanum*. Att. X. 12.

Ὕειν, *pluere*. Nat. D. II. 43.

Ὑλλῶ, *celebro*, *pervulgo*. Att. XIII. 30. Sed

μιον esse arbitror. *ὑπηνέμιος* idem h. l. est, quod ὑπήνεμος, nisi fortasse ὑπήνεμος legendum, h. e. vento exposita, aperta, in loco aperto posita, quales sunt *nidi ὑπήνεμοι*, non in terra, aut cava arbore positi, sed in libero aëre, ubi non sunt pulli a vi tempestatis, ventorumque tuti. Itaque *tua tamen ὑπηνέμιος*, mihi videbatur hanc vim habere: sed etiam Graecia, in quam ire volebam, non esse mihi tuta satis videtur; ibi quoque obnoxius esse videor hostibus meis. Haec mihi in mentem de hoc loco veniebant. Recte an secus, doctiores viderint. *Ern.*

Ὑπηρεσία, ministerium, officiorum praestatio. Att. XI. 13.

Ὑπόθεσις, argumentum sermonis, disputationis etc. Att. IV. 5. XV. 1. Qu. Fr. III. 3. Top. 21. Att. I. 14. XII. 45. XV. 22. Qu. Fr. II. 15.

Ὑποθῆκαι, pignora. Fam. XIII. 52. v. Graev. ad h. l. qui docet e Salmasio, hypothecas, et pignora, quae hodie ICti distinguunt, apud veteres eandem vim habuisse. *Ern.*

Ὑποθῆκαι, praecepta, monita. Att. II. 17.

Ὑποκορίζομαι, leniori vocabulo appello. Att. IX. 10.

Ὑπομεμψίμοιρος, subquerulus. Att. VI. 1.

Ὑπόμνημα, commentarius. Att. II. 1. XV. 23. XVI. 14.

Ὑπομνηματισμός. Fam. XIII. 1. Att. V. 11. Ita vocabant Areopagitae decreta sua. Nomen inde ductum, quod in tabulas memoriae causa referebantur.

Ὑποσόλοικα, subabsurda. Att. XIV. 21. II. 10

Ὑπόστασις nostra, *status noster.* Att. II. 3.

Ὑπὸ τὴν διάληψιν, sub ipsam accessionem febris. Att. IX. 2. v. not.

Ὑπὸ τὴν λῆψιν, sub accessionem febris. Att.

simum otii. In posteriori loco *φαλάκρωμα* esse ipsum Matium, quem propter calvitiem ita appellat, facile intelligitur. In priori autem non ita facile patere, vel doctorum de ea re disputationes demonstrant. Alludi ad Matii calvitiem, si vera est lectio, de quo non dubito, manifestum est. Atticus scripserat, apud eum *φαλάκρωμα* fore; id negat se Cicero reperisse. Ex quo intelligitur, non esse *calvitiem* h. l. *φαλάκρωμα*, et ludi ambiguitate verbi. Porro paullo post dicit *φαλάκρωμα*, h. e. Matium esse *inimicum otii.* Ex quo colligo, Atticum scripsisse, Matium pacis otiique amicum et studiosum fore. Recte igitur *nullum φαλάκρωμα* interpretantur *pacis otiique studium:* Calvorum capita similia coelo sereno et tranquillo. Unde apud Suidam est *φαλακρώτερος εὐδίας*, quod iam e Pseudo-Demetrii Phalerei libello de elocutione attulit Bosius. Hinc *φαλάκρωμα* pro tranquillitate, otio dici potuit. I. Fr. Gronovii *σαλακώνισμα* non placet. Manifestum enim est, Ciceronem et Atticum pro more suo in Matii calvitie ludere voluisse. *Ern.*

Φαλαρισμὸς, *Phalaridis imitatio, saevitia.* Att. VII. 12.

Φαντασία, *visum.* Acad. II. 6. I. 2. est species rei quaecumque in animo informata.

Φιλαίτιον συμφορά, *querula res calamitas.* Att. XII. 41.

Φιλαίτιος, *accusandi et querendi cupidus.* Fam. III. 7. Att. XIII. 20.

Φιλαλήθως, *ingenue, libere.* Qu. Fr. II. 15.

Φιλαυτία, *amor sui ipsius.* Att. XIII. 13.

Φιλέλληνες, *Graecorum amantes.* Att. I. 15.

Φιλένδοξος, *ambitiosus, amator illustrium virorum.* Att. XIII. 19.

Φιλήδονοι, *amatores voluptatis.* Fam XV. 19.

Φιλοσόφως, *philosophice*. Att. XIII. 20.

Φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, *magis philosophice et subtiliter, i. e. accuratius examinabimus et discutiemus*. Att. VII. 8.

Φιλοστοργώτερον, *amantius*. Att. XIII. 9.

Φιλοστόργως, *peramanter*. Att. XV. 17.

Φιλοτέχνημα, *opus studiose elaboratum*. Att. XIII. 40.

Φιλοτιμία, hoc loco, *Philotimi actio*. Att. VII. 1.

Φιλοφρόνως, *humaniter, amanter*. Att. XV. 15.

Φλιοῦς, *Ὀποῦς*, *Σιποῦς*, *Phlius, Opus, Sipus*. Att. VI. 2. nomina oppidorum.

Φλυαρὸς, *garrulus*. Fam. XV. 18.

Φοβερὸν ἦν, *formidabile erat*. Att. XIII. 37.

Φρόνησις, *prudentia*. Off. I. 43.

Φυράτης, *conturbator*. Att. VII. 1. Ita dicitur Philotimus libertus, qui ἐπεφυράκει in rationibus bonorum T. Milonis, h. e. qui rationes ita conturbaverat, ut facile intelligeretur, nequam esse hominem, et fraudibus uti. *Ern.*

Φυρμὸς πολὺς, *conturbatio multa*. Att. XIV. 5. Antonius aleator Phil. II. omnia nobis conturbat, cum Caesarianis non resistit, sed iis potius favet.

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ. Att. II. 16. Horum Sophocleorum versuum, quos et Dionysius Longinus περὶ ὕψους Sect. 3. commemoravit, interpretatio non eadem est, neque omnes verum sensum adsecuti sunt. φορβειὰ quid sit, docuere Salmas. ad Solin. p. m. 585. 586. ubi etiam de hoc loco disputavit, et Interpretes ad Longinum l. c. nempe capistrum, quo tibicines spiritum coërcent, ne nimius et immoderatus in tibiam irrum-

X.

Χρήσιμοι, *frugi homines.* Tusc. III. 8.

Χρησμός, *oraculum.* Att. IX. 10.

Χρηστομαθής, *quae sunt ex usu discens; qui ea didicit, quae hominibus prosunt.* Att. I. 6.

Χρονιώτερα, *diuturniora.* Att.

Χρύσεα χαλκείων, *aurea pro aeneis.* Att. VI. 1. *magna pro parvis*, proverbium ductum ex Homero, ubi Glaucus et Diomedes arma permutant, ut aurea alter pro aeneis acciperet. Iliad. Z. 236.

Ψ.

Ψευδέγγραφος, *falso perscriptus, supposititius.* Att. XV. 26. de SCto falso.

Ψευδησιόδειον, *quod falso Hesiodo adscribitur.* Att. VII. 18.

Ψευδόμενος, *mentiens.* Fam. II. 4. genus sophismatis inexplicabilis a Dialecticis inventum. Formula eius est apud Gellium XVIII. 2. *Quum mentior, et me mentiri dico, mentior, an verum dico?* Cicero Graecum ipse interpretatur: *mentiens.* Fam. II. 4. Eius rationem solus Cicero in Acad. IV. c. 29. et in libro de Fato aperuit. Ceterum ipsum Ciceronem de mentiente, et ipsum hoc sophisma, omnium optime illustravit Facciolatus Acroas. III. de Pseudomeno. *Ern.*

Ψιλῶς, *nude, tenuiter.* Att. XII. 4.

Ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, *frigus autem tenui cuti inimicissimum.* Fam. XVI. 8. Euripidis versus ex tragoedia deperdita.

Ω.

INDEX RERUM.

INDEX RERUM.

Aequa-

B.

C.

Cere-

E.

F.

G.

H.

I.

M.

Occa-

P.

R.

S.

T.

U, V.

Z.

INDEX LEGUM ROMANARUM QUARUM IN CICERONIS LIBRIS MENTIO FIT.

liber
de:

Index Legum.

ACILIA.

Hanc legem latam esse a M' Acilio. M. F. M. N. Glabrione, patre eius qui in causa Verrina A. U. 683. quaesitor fuit constat ex Act. I. in Verr. c. 17. Lata est autem A. U. C. 652. quo anno ille tribunus plebis fuit. Est vero lex de repetundis, qua in hac causa sublata est comperendinatio, statutumque ut una eademque actione reus vel absolveretur vel condemnaretur. Cicero Verr. Act. II. I. 9. sic Hortensium Verris defensorem alloquitur: *Hic tu fortasse eius diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Nisi omni tempore quod mihi lege concessum est abusus ero, querere; deum atque hominum fidem implorabis; circumveniri C. Verrem, quod accusator nolit tamdiu, quamdiu liceat, dicere. Quod mihi lex mea causa det, eo mihi non uti non licebit? Nam accusandi mihi tempus mea causa datum est, ut possem oratione mea crimina causamque explicare. Hoc si non utor, non tibi in-*

iuriam facio, sed de meo iure aliquid et commodo detraho. „Causam enim," *inquit:* „cognosci oportet." *Ea re quidem, quod aliter condemnari reus, quamvis sit nocens, non potest. Id igitur tu moleste tulisti, a me aliquid factum esse, quo minus iste condemnari posset. Nam causa cognita multi possunt absolvi, incognita quidem condemnari nemo potest.* „Adimo enim comperendinatum." *Quod habet lex in se molestissimum bis ut causa dicatur, aut mea causa potius est constitutum, quam tua, aut nihilo tua potius, quam mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusque commune est. Si eum qui posterius dixit, opus est redargui, accusatoris causa, ut bis ageretur, constitutum est. Verum, ut opinor Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus; antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronuntiari. Utram igitur putas legem molliorem? opinor illam veterem qua vel cito absolvi, vel tarde condemnari licebat. Ego tibi illam Aciliam legem restituo, qua lege multi semel accusati semel dicta causa, semel auditis testibus condemnati sunt, nequaquam tam manifestis, neque tantis criminibus, quantis tu convinceris. Puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. Accusabo: respondebis; testibus editis, ita mittam in consilium, ut etiamsi lex ampliandi faciat potestatem tamen isti turpe sibi existiment, non primo iudicare.* Hoc loco Hotomannus. Obss. I. 14. pro verbis *illam Aciliam* corrigi iubebat *illam antiquam*, vel *illam Caeciliam*, qua de opinione sic iudicat Graevius." Rationes quibus scriptorum et editorum lectionem impugnat. Hotomannus in observationibus tres sunt Prima, quia lex Acilia posterior sit Servilia, et ideo atrocior, ut ostendit ex Cic. lib. II. de officiis c. hinc

nec molliorem eam dici posse, nec veterem, quum sit recentior. Altera, quia tarda condemnatio legi Aciliae non conveniat, quam ei tribuat Cicero, quum illa ampliationes et comperendinationes sustulerit, unde tarditas damnandi oriatur. Tertio quod non possit mollissima dici Acilia, quum Asconio dicatur severissima. Sed a scopo aberravit vir doctissimus. Verum est legem Aciliam esse posteriorem Servilia, et ideo quoque severiorem illa esse, nimirum in poenis exasperandis, licet sustulerit comperendinationem et ampliationem. Sic lex Servilia qua comperendinari poterat, durior erat illa vetere, quae ante Serviliam fuerat, qua vel iudicari poterat, vel amplius pronuntiari. Per veterem hanc legem non intelligit Cicero Aciliam, sed vetustiorem Servilia, qua poterat una actione reus absolvi, quia non comperendinabatur, vel *tarde condemnari* quia potestatem ampliandi habebant iudices. Peccavit igitur vir doctissimus, quum per *veterem* significari credidit *Aciliam*. Itaque dicit Cicero, *restituo tibi Aciliam*, quam antiquavit Cornelia, hoc est permitto quaestionem hanc exerceri Acilia lege sine comperendinatione et ampliatione, non lege Servilia, quae prima tulit, ut comperendinetur, aut *hac atroci* nimirum Cornelia, quae item permittit comperendinare et ampliare. Eam enim innuit, quum ait hoc atroci, Corneliam nimirum, quae post Aciliam lata fuit et quam Iudices in quaestionibus repetundarum, sequebantur a L. Sullae tempore usque ad Iulium Caesarem, qui novam repetundarum legem tulit, quae dicitur Iulia. Vides hic nullius momenti rationem esse alteram, quum *tarda condemnatio* non pertineat ad *Aciliam* legem, sed antiquiorem Serviliam, qua po-

terant aut statim iudicare, aut tarde damnare, nimirum ampliando, quam ampliationem non permittebat Acilia. Tertia quoque non est, quod nos possit morari: Cicero Aciliam legem vocat mitissimam ratione legis huius atrocis Corneliae nimirum; *severissimam* Pedianus dicit, si cum veterioribus comparetur, quia semper recentiores de repetundis leges prioribus sunt severiores, auctore Tullio. Vide quoque Anton. Augustinum et Paullum Manutium de legibus et Sigonium lib. II. de iudiciis. Sententia Ciceronis haec est: Quum ego de iure meo, quod mihi Cornelia dat, decedo, non est quod conqueramini. Non fit vestro damno, sed potius commodo. Restituo vobis legem Aciliam hoc est permitto quaestionem hanc haberi lege Acilia, non lege Servilia, quae prima tulit ut comperendinetur, quod licet abrogaverit lex Acilia, revocavit tamen haec atrox lex Cornelia. Utram legem putas molliorem esse Servilliamne cuius permissu licet comperendinare et tua crimina latius explicare, et pluribus persequi, an illa vetustiorem, qua quidem una actione res peragebatur, et saepius peracta est, sed qua tamen iudices poterant ampliare. *Ego*, pergit, *illam* tibi *Aciliam restituo.* Per me licet utaris lege Acilia. *Puta* hoc est finge, aut crede nunc te causam dicere non hoc atroci Cornelia lege, qua nunc omnes dicunt huius criminis rei, sed illa mitissima Acilia, quae una actione accusandi et respondendi absolvitur. Ego non dubito, quin iudices secundum legem Aciliam sine ampliatione et comperendin atione, tot luculentis testimoniis furtorum et facinorum tuorum inducti pronuntiaturi sint et te damnaturi sine comperendinatione, quam nunc tanquam pro te faciat, inepte iactant tui patroni." Hactenus Graevius. Iam au-

diamus I. A. Ernestium in indice legum sic disputantem:

In hoc loco haesi Hotomannus Obs. I. 14. qui negat, *Aciliam* hic locum habere; in cuius rationibus refellendis longus est Graevius ὁ πάνυ ad l. c.. Omnis Hotomanni disputatio hoc uno concidet, si probare poterimus doctis, falsum esse, quod vulgo omnes sumunt, *Aciliam* esse posteriorem *Servilia:* quae opinio negotium nobis in loco illo facessat necesse est. Nam paraphrasis Graeviana non tribuit sententiam facilem et naturalem. Duas leges commemorat Cicero, *Aciliam* et *Serviliam*, cuius caput de comperendinatione in *Corneliam* translatum erat, quod acerbiora iudicia efficeret; quod sane non fecisset, si acerbius esset, semel dicta causa, pronuntiare. Acerbitas autem legum, uti constare poterat Graevio, non solum posita est in poenis, sed etiam in forma iudicii, qua arctius constringitur reus; quod ex multis legibus intelligi potest, in quibus sola forma iudicii mutata est et severior constituta. Iam, pergit Cicero, *utram putas molliorem?* quod ita intelligatur necesse est, *Aciliamne putas an Serviliam molliorem?* Neque enim de alia dixerat. Ex quo illud quoque cogitur, ut pronomina, *illam, illa, hac,* ad has duas leges referantur. *Illa* ergo cum ad *Aciliam* pertineat, *hac* ad *Serviliam* referatur necesse est, non ad *Corneliam*. nisi, quatenus hoc caput commune habuit cum *Servilia.* Iam Cicero statim post *utram* dicit: *opinor illam veterem.* Sed hanc veterem paulo post appellat *mitiorem;* quod qua formam iudicii in Aciliam convenit. Item, sumto hoc, *illam veterem* molliorem esse, subiungit: *Atqui ego tibi illam Aciliam restituo*, ut non sit, quod conquerare. Manifestum est, *illam veterem*, et *illam Aciliam*

eandem esse. Nam quod Graevius per *veterem* aliam superiorem *Servilia* et *Acilia* intelligi putat, non vero simile est. Dicit enim *illam* veterem, pronomen *illam* necessario ad aliquid, de quo iam dictum, pertinet. Sed de nulla alia dictum, nisi de *Acilia*, ad quam referri possit. Haec explicatio ex regulis Grammatices et naturali verborum consecutione ita certa mihi videtur, ut nemo dubitare possit. Itaque vel ex hoc mihi videtur confici, *Aciliam* esse *Servilia* priorem. *Aciliae* legi nemo horum, quos consului, de hac lege scriptores annum certum tribuit. Unde igitur constat, *Servilia* posteriorem? Nec tempus, nec ratio repugnat, quo minus *Acilia* prior *Servilia* sit. Ipsa autem forma iudicii, quae acerbior est in *Servilia*, vero simile etiam facit. Lex *Servilia* lata est A. U. DCLIII. v. in *Servilia Lex.* Filius Acilii eius, qui hanc legem tulit, consul fuit A. U. DCLXXXVI. Tum temporis ad minimum quadraginta et tres annos natus erat. Inter hunc consulatum ergo et annum legis *Serviliae* interiecti sunt anni omnino XXXII. Quid impedit quo minus Acilius pater ante hoc tempus Trib. Pl. esset? Nam tribunitiam hanc legem esse, non dubitant, quod sciam. Quod Cicero Act. I. in Verr. c. 17. ex ea lege, dicit, severissimis iudicibus usum populum, ipsamque legem *severissimam* appellat Asconius: fuit severa, quando severitatem *Calpurniae* et *Iuniae* auxit; sed quod hanc rationem addit Asconius, *ut qua ne comperendinari quidem liceret reum:* nonne potuit accidere Asconio, quod multis Grammaticis accidisse docti sciunt, atque etiam Asconio, (v. *leges Sacratae.*) ut in rationibus reddendis aliquando aberraret a vero? et aequumne est, propter hanc explicationem Asconii, vim facere

legibus Grammatices in explicando loco Ciceroniano? quem locum, nisi tenebras offunderet locus Asconii, omnes ita interpretarentur, ut, semel causa dicta, pronuntiari posse, mitius sit comperendinatu, atque ut adeo ipsa *Acilia* mitior sit, quam *Servilia;* quando in omnibus aliis legibus comperendinatio maius reo periculum creat. Cicero, ut hoc etiam addam, non dicit: *ereptum esse lege Acilia comperendinatum*, ac necessario, primum causa dicta, pronuntiatum esse, non licuisse ampliare; sed primum causa dicta, *licuisse* pronuntiare. Quodsi post *Serviliam Acilia* lata esset, et severitatis causa comperendinatus ademtus reis, dicendum fuisset necessario, *oportebat* primum dicta causa pronuntiari. Hactenus Ernesti.

Lex Calpurnia de repetundis lata est A. U. 604. at Calpurnio Pisone Frugi trib. pl. Eam A. V. C. 649. secuta est *Servilia de repetundis*, lata a Servilio Glaucia trib. plebis, qua primum constitutum est ut *comperendinaretur* reus; antea per legem Calpurniam vel iudicari primo poterat reus, vel amplius pronuntiari a iudicibus, quum scilicet iudices declararent sibi alterutrius partis actionem nondum liquere. Post Serviliam *Acilia* lata est A. U. 652. a M. Acilio Glabrione trib. pl. qua constitutum est ut causae repetundarum una actione peragerentur et absolverentur, ut prima actione iudices vel iudicarent, vel amplius pronuntiarent. Hanc *Aciliam* legem viginti annis post secuta est *lex Cornelia* de repetundis quae comperendinationem lege Acilia sublatam restituit, et graviores iis qui damnati essent, poenas addidit. Haec lex Cornelia valebat eo ipso tempore, quo Cicero Verrem repetundarum accusabat.

Totus igitur locus Ciceronis, de quo dissentiunt viri docti ante nominati mea quidem senten-

tia sic explicandus est. *Adimo enim comperendinatum.* h. e. tu mihi obiicis Hortensi, me comperendinatum tibi adimere, lege qua nunc utimur Cornelia restitutum. *Quod habet lex* (Cornelia) *in se molestissimum. bis ut causa dicatur, aut mea causa potius est constitutum, quam tua, aut nihilo* tua *potius, quam mea. Nam si* bis *dicere est commodum certe utriusque commune est. Si enim* qui posterius dixit (i. e. reum, qui in actione priore secundo loco dixerat) *opus est redargui, accusatoris causa ut bis ageretur constitutum est,* (qui sc. ut recte Manutius monuit, quum ultimo loco in comperendinatione dicat, defensorem redarguit; ita melior eius quam defensoris conditio est.) *Verum ut opinor* (Servilius) Glaucia *primus* (A. U. 649.) *tulit, ut comperendinaretur reus, antea* (lege Calpurnia, quam hac ex parte post Serviliam Acilia restituit) *vel iudicari primo poterat, vel* (si iudices dicerent sibi non liquere) *amplius pronuntiari. Utrum* igitur *putas legem molliorem? opinor illam veterem* (Calpurniam ab Acilia lege revocatam) *qua* vel *cito absolvi,* (si prima actione statim iudicarent iudices) vel *tarde condemnari licebat:* (nempe si iudices amplius pronuntiaessent. Ita L. Cottae ab Africano iuniore accusati causa septies ampliata est Valer. Max. VIII. 1.) *Ego tibi illam Aciliam legem restituo* (qua compereudinatio a Servilia instituta iterum sublata est) *qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus condemnati sunt, nequaquam tam manifestis, neque tantis criminibus quantis tu convinceris. Puta te non hac tam atroci* (Cornelia scil. ut recte Manutius expl. qua nunc utimur) *sed illa lege mitissima* (Acilia) *causam dicere. Accusabo; respondebis;*

testibus editis ita mittam (iudices ad sententiam ferendam) *in consilium, ut etiamsi lex* (Acilia) *ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment* (in re tam manifesta) *non primo iudicare.* Et hac quidem ratione si locus explicetur, nihil superest quod quemquam morari possit.

AEBUTIA.

A. V. C. 520. tribuni plebis fuerunt T. Aebutius Carus et C. Aebutius Carus. Iam quia Gellius N. A. XVI. 10. ubi de vocabulis quibusdam antiquis in legibus XII. tabularum occurrentibus agitur, his verbis utatur: *Sed enim quum proletarii, et* assidui, *et* sanates — — *evanuerint, omnisque* illa duodecim *tabularum antiquitas* nisi *in legibus centumviralium* causarum, lege Aebutia *lata, consopita sit, studium scientiamque ego praestare debeo iuris et legum vocumque earum, quibus utimur,* propterea Pighius verisimile arbitratur Aebutiam legem latam esse eo tempore, quo iudicium centumvirale institueretur, ideoque nihil impedire, quo minus ab istis Aebutiis A. U. 520. tribunis eam legem latam esse credamus. De ea lege Cicero Orat. II. de lege Agraria contra Rullum C. 8. sic narrat: *Licinia est lex, atque altera* Aebutia, quae non modo eum qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas curatiove mandetur.

AELIA.

A. U. C. 596. tribuni plebis fuerunt Q. Aelius Paetus et M. Fufius. Iam Pighius ad h. a.

„Legem *Aeliam*, inquit et *Fufiam* (ut vetusta correcte nomen hoc produnt exemplaria) leges de iure et tempore comitiorum celebres, quarum M. Tullius saepe mentionem in quibusdam suis orationibus facit, hoc quasi anno (DXCVI) latas esse, ex eodem colligere est. Tulere duo tribuni plebis Aelius et Fufius de quibus nil aliud singillatim memoria proditum reperimus. In Vatiniana sua Cicero cap. sanctissimas istas leges Aeliam et Fufiam asserit in Gracchorum ferocitate, et in audacia Saturnini, et in colluvione Drusi, et in contentione Sulpicii et in Cinnano cruore, (*furore alii* fortasse melius) etiam inter Sullana arma vixisse. Constat igitur ante Gracchana tempora latas fuisse. In Pisoniana quidem cap. demonstrat quid amplius, et ante bellum Punicum tertium latas insinuat his paucis verbis: *Centum prope annos leges Aeliam et Fufiam tenueramus.* Si prope centum annos ut ait in usu remanserunt, hoc fere latos anno poterimus opinari, qui a P. Clodii Tribunatu plebis, in quo sunt abrogatae, reperitur esse nonagesimus octavus. Duas autem fuisse leges, recte vir doctissimus P. Manutius existimat. Nam licet quaedam Ciceronis loca videantur de una a duobus lata lege loqui, in aliquibus tamen illud vitii librariorum culpae potius quam Ciceronis negligentiae tribui debere videtur, si ipsa diligentius verba consideramus, ut illa iam adducta. Quae quum in exemplaribus antiquo more scriptis ni fallor sic expressa reperiuntur CENTUM PROPE ANNOS LEGG. AELIAM ET FUFIAM TENUERAMUS, ipsi temere vocem LEGG. breviter notatam explicaverunt in LEGEM, non uti debebant in LEGES. Quod ipsum multo clarius cognosci potest ex aliis Ciceronis verbis eiusdem invectivae paullo superius, ubi quum sic antiqua scribendi formula haberetur: A. P. CLO-

DIO FATALI PORTENTO PRODIGIOQUE REIP. LEGG. AELIA ET FUFIA EVERSAE, PROPUGNACULA MURIQUE TRANQUILLITATIS ATQUE OTII, exscriptores item LEGG. perperam in LEX, et EVERSAE, in EVERSA mutavere, quum tamen verba sequentia multitudinis numero prolata: *propugnacula murique*, aperte flagitent apponendam sibi vocem eiusdem numeri et ostendunt leges non lex scribi debere. Similes errores sunt item in Vatiniana et in aliis locis. Sic in Asconio Paediano Ciceronis commentatore vetusto, quae hic brevitatis causa praetereo. Quare mihi quoque persuasum est duas fuisse leges a duobus Collegis tribunis plebis eodem anno latas: quum Cicero simul eas fere citet, vix umquam separet. Nam ambo comitiorum iura depravata ex Numae regis maiorumque legibus reformasse videntur, quum iam inclinatis ad vitia civium animis prisca cum populo agendi religio per ambitionem et avaritiam civium passim conculcari coepisset. Utriusque legis sententiam diligenter ex Ciceronis verbis Manutius excussit, ex quibus simul collatis palam nobis fit, quod Aelias iusserit uti comitiis ferendarum legum non minus quam magistratuum creandorum de caelo servandi, obnuntiandi, intercedendique ius atque potestas esset. Fufia vero caverit: ne fastis diebus agere cum populo legum ferendarum causa fas esset. Has igitur mirifice commendat ubique Tullius, quasi certa adversus tribunitios furores subsidia." Hactenus Pighius, et recte quidem si quid video. Ernestius vero legem Aeliam ab auctore Q. Aelio consule. A. U. C. 586. latam esse contendit, additque Pighium tribunitiam putare A. U. DXVI latam, (quo in numero vitium est per aliquot edd. Clavis Ciceronianae propagatum;

Pighius enim legem Aeliam et Fufiam Anno Urbis conditae DXCVII assignat) quod per locum orationis in Pison. credi non posse. At enim eo loco Cicero ait: " centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus; scil. ante Pisonis et Gabinii consulatum, qui incidit in A. U. 695. Ergo ab A. U. C. 597. quo Pighius legem Aeliam et Fufiam latam esse contendit usque ad A. U. 695. effluxerunt octo et nonaginta anni, h. e. prope centum, ut Cicero diserte dixit. Si vero lex Aelia, ut Ernestius putabat, A. U. 586. lata esset, inde usque ad consulatum Pisonis et Gabinii effluxissent anni CIX, ut Ciceroni dicendum potius fuisset: *ultra centum annos legem et Aeliam et Fufiam tenueramus.* Ceterum Ernestius de lege Aelia sic disserit: „Aelia lege cautum est, ut, quoties comitia essent, 1) *de coelo servare liceret:* 2) *obnuntiare liceret, obnuntiationique cedere necesse esset:* 3) *intercedere magistratus pares et Tribuni possent:* ut intelligitur ex Or. pro Sext. c. 15. et de Prov. Cons. c. 19. Ejus mentio porro pro Sext. c. 53. Red. in Sen. c. 5. Har. resp. 27. Vat. 9. Pis. 4. ad Att. II. 9. Sed de primis duobus legis capitibus aliquid monendum. Primo, haec lex tantum ad comitia legibus ferendis pertinet. Nam in comitiis magistratibus creandis non licet servare de coelo, nisi quis ante ostenderit, se servaturum, ut e Philippica secunda constat. Deinde *servare de coelo,* ut mea fert opinio, non ad omne auspiciorum genus pertinet, sed ad unum certum. Jove fulgente non possunt fieri comitia. Itaque *servare de coele,* est *coelum contemplari, si qua parte fulgur existat aut tonitru.* Cum Consul in auspicio est, v. c. nocte, quae est ante diem, qua procedit, non dicitur *de coelo servare,* sed *auspicari,* neque

que de ullo auspicii genere invenies, nisi de hoc uno, dici: *servare de coelo.* Iam, quia, qui servabat de coelo, ostendebat, se velle impedire comitia, et quia, si vellet, poterat, nuntiato sive vero sive ficto auspicio: eo ipso comitia tollebantur, quod quis, de coelo se servare, aut servaturum, dicebat. Itaque nunquam servatum de coelo, quin comitia tollerentur. Cic. in Vatin. c. 7. *Num quem post urbem conditam scis tribunum pl. egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de coelo?* Phil. II. 32. *quisquamne divinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi quis de coelo servare constituit?* Nam qui hoc constituit, eo animo facit, ut impediat comitia, unde facilis divinatio. cf. p. Dom. 15. Haec confirmantur egregio loco Dionis Cass. L. XXXVIII. p. 66. extr. (ed. Reimar. p. 160 init.) de lege a Clodio lata, qua solutus est a lege Aelia. Porro *servare de coelo* est magistratuum et si magistratus jubeat, augurum: unde male non nulli primum caput legis Aeliae sic concipiunt, *ut augures de coelo servarent.* Itaque et tribunus pl. Sextius de coelo servasse traditur. Sext. 36. Augures porro *nuntiare* vitium auspiciorum possunt magistratui. sed non *obnuntiare,* h. e. dicere *alio die:* hoc est magistratibus proprium. Phil. II. 32."

Hactenus Ernesti. Iam locos Ciceronis de lege Aelia diligentius expendemus. Sext. 14. *Iisdem consulibus* (Pisone et Gabinio) *sedentibus atque inspectantibus lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet, ut consulibus fastis diebus legem ferre liceret, ut lex Aelia, lex Fufia ne valeret; qua una rogatione quis est, qui non intelligat universam remp. esse deletam.* de Prov. Cons. 19. *Nam si illud* iure *rogatum* (a Clodio de proscriptione

mea) *dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de caelo servarat; oblitine erant, tum quum ipsum, qui id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de caelo esse servatum;* (nempe a Bibulo) *qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? et cuius tribunatus si ratus est, nihil est, quod irritum ex actis Caesaris possit esse, eius non solum tribunatus, ratus, sed etiam perniciosissimae res, auspiciorum religione conservata, iure latae videbuntur? Quare aut vobis statuendum est, legem Aeliam manere,* legem Fufiam *non esse abrogatum, non omnibus fastis legem ferri licere; quum lex feratur, de caelo servari, obnuntiari, intercedi licere, censorium iudicium ac notationem, et illud morum severissimum magisterium non esse nefariis legibus de civitate sublatum, si patricius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas; si plebeius, contra auspicia fuisse, aut mihi concedant homines oportet, in rebus bonis non exquirere iura ea, quae ipsi in perditis non exquirunt.* Ex duobus his locis manifestum est legem Aeliam, et legem Fufiam diversas leges fuisse; alteram ab Aelio, alteram a Fufio latam. Ceterum de loco Top. 3. ubi vulgo legebatur: „*quum lex* Aelia Sentia *assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti: locuples enim est assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab asse dando.* recte iudicavit Ernestius verba *Aelia Sentia* interpolata esse. Nimirum lex, inquit *Aelia Sentia* de manumissionibus satis nota est ICtis, sed ea est consulum A. U. C. DCCLV adeoque post mortem Ciceronis, tempore Augusti, lata. Porro consules Aelium et Sentium quendam simul ante Topica scripta fuisse, aut praetores, aut tribb. pl.

(nam et a Pic[illegible]s tribb. pl. leges nominari, lex Carbonis et Tra[illegible]vani docet,) non reperimus. Itaque quum a melioribus Codd. nomen huius legis absit, eaque lex quae assiduo iubet assiduum vindicem esse sit e XII. Tabb. petita, hoc nomen legis non putamus esse a Cicerone. Corruptioni locum dedit nomen Aelii, quod apud Ciceronem statim subiicitur. Nam quod Norisius Cen. Pis. Diss. III. 9. *Sentiam* esse putat a librario, *Aeliam* esse ius Aelianum, quod valde placebat Heineccio, id probari propterea non potest quia lex commemorata est vera lex e XII tabulis. I. Canegieserus de Notis p. 316. tentat *lex apud Aelium Sextum.* Non placet." Hactenus Ernestius, cui prorsus assentior. Neque vero dubitavi haec verba *Aelia Sentia* eiicere.

AGRARIAE LEGES.

Prima fuit CASSIA, lata A. U. 267. a Sp. Cassio, qui eo anno cum Proculo Virginio cos. fuit. Eo anno, ut narrat Livius, II. 41. cum Hernicis foedus ictum; agri partes duae ademptae. Inde dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul Cassius erat. Adiiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur. Id multos quidem Patrum, ipsos possessores periculo rerum suarum terrebat. Sed et publica Patribus sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas libertati opes struere. Tum primum *lex agraria* promulgata est; nunquam deinde usque ad hanc memoriam sine maximis motibus rerum agitata. Consul alter largitioni resistebat, auctoribus Patribus, nec omni plebe adversante. Quae primo coeperat fastidire, munus vulgatum a civibus esse in socios. Saepe deinde et Virginium consulem in concionibus velut

vaticinantem audiebat: *Pestilens co[illegible]munus esse, agros illos servitutem iis, qui c[illegible]erint laturos. Regno viam fieri. Quid ita enim assumi socios et nomen Latinum? Quid attinuisse Hernicis, paullo ante hostibus, capti agri partem tertiam reddi, nisi ut hae gentes pro Coriolano duce Cassium habeant?* Popularis iam esse dissuasor et intercessor legis agrariae coeperat. Uterque deinde consul certatim plebi indulgere. Virginius dicere, passurum se assignari agros, dum ne cui, nisi civi Romano, assignentur. Cassius, quia in agraria largitione ambitiosus in socios, eoque civibus vilior erat, ut alio munere sibi reconciliaret civium animos, iubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id vero haud secus, quam praesentem mercedem regni, aspernata plebes. Adeo propter suspicionem insitam regni, velut abundarent omnia, munera eius in animis hominum respuebantur. Quem ubi primum magistratu abiit, damnatum necatumque constat. Hactenus Livius. Cassiam legem agrariam secuta est A. U. 277. Genucia, cuius auctores fuerunt Livio teste II. 52. Q. Considius et T. Genucius tribuni plebis.

Neutrius harum legum mentio fit apud Ciceronem.

Sequitur FLAMINIA lex agraria, lata a tribunis plebis C. Flaminio et C. Carvilio Maximo. Eam Pighius refert ad A. U. C. 521. M. Aemilio Lepido et M. Publicio Malleolo coss. Eius legis meminit Cicero Acad. pr. II. 5. *commemorant* inquit, *C. Flaminium qui legem agrariam aliquot annis ante secundum Punicum bellum tribunus plebis tulerit, invito senatu et postea bis consul factus sit.* Brut. 14. *dicitur etiam C. Flaminius is, qui tribunus pl. legem de agro*

Gallico et Piceno viritim dividendo tulit, qui consul apud Trasimenum est interfectus, ad populum valuisse dicendo Inv. II. 17. *C. Flaminius is, qui consul remp. male gessit bello Punico secundo, quum tribunus plebis esset invito senatu, et omnino contra voluntatem omnium optimatum per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. Arcessitur* (pater) *maiestatis.* Ceterum hanc Flaminii legem agrariam Polybius II. 21. ait et mutatorum in deterius morum populi Romani et orti postea Romanis cum Boiis et Insubribus belli causam fuisse. Ceterum Pighius recte monuit in anno quo lex haec lata fuerit, Polybium potius sequendum esse, quam Ciceronem.

SEMPRONIA. Ti. Sempronii Gracchi, lata ab eo tribuno plebis A. U. 620. De qua Pighius: „legem, inquit, agrariam tulit, qua ditiorum hominum legem Liciniam (a. C. Licinio Calvo Stolone trib. pl. A. U. 377. latam, quà cautum est, ne quis ultra agri quingenta iugera possideret, non pecoris maioris ultra centum, minoris ultra quingenta haberet) defraudantium, avaritiae conatus est occurrere, quae talis fere fuit: *Ne quis ultra quingenta agri jugera possideret; filii familias emancipati non ultra dimidium. Neve quis ex publico plus quam centum jugera haberet; tres viri quotannis crearentur a populo, qui agrum privatum a publico secernerent, quodque superesset agrorum pauperibus dividerent; utique his qui lege Sempronia agrum accipere deberent, pecunia quae ex Attali hereditate populo Rom. obvenisset, divideretur ad agrum colendum, instrumentumque rusticum comparandum.* Promulgata in hunc

modum lege discordem Gracchus mox civitatem reddidit in praeruptum ancepsque periculum remp. omnem adducens. Sicut enim multitudinem inopem in amplam melioris fortunae spem erexerat, ita non minus animos locupletum ira atque odio truci accenderat, qui se diuturna agrorum possessione depelli minime passuros non dissimulabant. Mox ingens in urbe tumultus diversis partium studiis est consecutus, ut lex primis diebus perferri non potuerit. Tandem abrogato collegae M. Octavio, quem intercessorem legis subornarant optimates, Tribunatu lex summo plebis studio, nec minore cum dolore locupletum perlata est. Itaque III viri ex lege creati sunt, legislator ipse Ti. Gracchus cum Caio fratre suo, et Ap. Claudio socero suo viro consulari et censorio. Legislator Gracchus autem sibi ab inimicorum multitudine atque senatus invidia metuens, ne potestate deposita reus fieret, tribunus plebis iterum creari in annum sequentem petiït, assiduisque concionibus plebem adversus optimates concitans, comitia denique rei eiusdem exsequendae causa ut indicerentur, curavit. Senatus hoc non sine summo reip. detrimento futurum iudicans, eius conatus via quacumque impediendos esse censuit. Quumque Gracchus die comitiorum adversis auspiciis per forum magna suorum caterva stipatus ad congregatam in Capitolio plebem escenderet, et salutem suam huic commendare volens dexteram capiti imponeret, adversa nobilitas in foro praesens diadema poscere ipsum et regnum petere clamitans et P. Mucium Cos. appellans postulat, ut hostem vi compescerot. Qui dum tergiversaretur et civem indemnatum auctore se morti dandum esse negaret, P. Scipio Nasica Pontifex Max., quando Consul, inquit

remp. deserit, qui eam salvam volunt me sequantur. Quem mox sequuta nobilitas in Capitolium pergit, plebis coetus ibidem discutit, et Ti. Gracchum multosque alios seditionis principes, subselliorum fragmentis et fustibus occidit ad ducentos. Occisorum cadavera non sepulturae data, sed in Tiberim proiecta sunt. Ac Ti. Gracchum quidem Plutarcho et Orosio auctoribus primus P. Appuleius Saturninus Trib. pl subsellii fragmento in fuga prolapsum vulneravit, L. Rubrius item Trib. pl. alteram clava plagam resurgenti inflixit.

SEMPRONIA Agraria C. Sempronii Gracchi A. U. 630 lata, sed non perlata, uti ex lege Sempronia fratris sui Tiberii quotannis agri populo dividerentur.

LIVIA agraria M. Livii Drusi trib. plebis A. U. 631. Eius legis fragmentum putat Pighius esse idem, quod inter epigrammata Romanae urbis editum est; idque ipse in Annalibus P. III. p. 63. inseruit. Ceterum inquit, haec quidem lex Livia, statuisse videtur, si quid ex fragmento certi colligere est, de agrorum conditionibus, quos populus Rom. tunc in colonias deducendis civibus sociisque dividere et assignare volebat; quo iure possiderentur, qui ager publicus, quive privatus foret; qui rursus coloniarum municipiorumve publicus ager immunis foret, et qui Romano populo aut publicano pecuniam scripturam vectigalve daret, utique qui ager, locus, aedificium lege rogata dandus, assignandus ex publico in privatum commutatus fuit, de eo siremps lex esset, quam si is ager locus, aedificium P. Mucio, L. Calpurnio Coss. lége Sempronia, datus assignatus esset. Statuisse similiter de iurisdictione videtur, uti de privatis possessionum controver-

siis coloniae municipiive, cuius territorium esset, magistratus iurisdictionem haberet, iudicia constitueret, iudices recuperatores daret, de controversis vero finibus publicis aut si quid de agro publico ambigeretur, Consul, Praetor, quicunque erit, id est, Praeses provinciae de ea re iuristictionem haberet. Hactenus Pighius. Ceterum haec lex non perlata est. Vid. infra *Liviae leges.*

THORIA agraria, lata a Sp. Thorio Balbo trib. pl. A. U. 646. in hanc fere sententiam: Ne ex lege Sempronia dividerentur amplius agri publici, sed possessoribus relinquerentur in posterum, ita ut vectigal pro iis pendendum, non in aerarium publicum redigeretur, sed plebi agros non habenti divideretur. Hoc est quod Cicero dicit Brut. 36 Sp. Thorium agrum publicum inutili et vitiosa lege vectigali levasse. Appianus de bellis civilibus I. 27. ita scribit *καὶ ἡ στάσις ἡ τοῦ δευτέρου Γράκχου ἐς τάδε ἔληγε. Νόμος τε οὐ πολὺ ὕστερον ἐκυρώθη, τὴν γῆν ὑπὲρ ἧς διεφέροντο ἐξεῖναι πιπράσκειν τοῖς ἔχουσιν (ἀπείρητο γὰρ ἐκ Γράκχου προτέρου καὶ τόδε). Καὶ εὐθὺς οἱ πλούσιο παρὰ τῶν πενήτων ἐωνοῦντο, ἢ ταῖςδε τοῖς προφάσεςιν ἐβιάζοντο. Καὶ περιῆνὲς χεῖρον ἔτι τοις πένησι. μέχρι Σπούριος Θόριος δημαρχῶν εἰςηγήσατο νόμον. „τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τε δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν ἐς διανομάς. ὅπερ ἦν μὲν τις τοῖς πένησι παρηγορία διὰ τὰς διανομάς. ὄφελος δ' οὐδὲν εἰς πολυπλήθειαν. Ἅπαξ δὲ τοῖς σοφίσμασι, τοῖςδε τοῦ Γρακχείου νόμου παραδοθέντος (ἀρίστου και ὠφελιμωττάου. εἰ ἐδύνατο πραχθῆναι, γενομένους καὶ τοὺς φόρους οὐ πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος, καὶ ὁ δῆμος ἀθρυόως ἁπάντων ἐξεπεπτώκει.* Ad h. l. lectu dignissima sunt, quae Schweigheauserus V. C. annotavit editionis suae

Vol. III p. 687. sq. Postquam enim retulit iam Hotomanno, in Appiano corrupte legi visum esse *Σπούριος Βόριος* pro *Θόριος* aliosque eius sententiae auctores Pighium, Sigonium, Ernestium excitavit: „obsecutus sum, inquit, tot ac tanti nominis doctorum virorum auctoritati *Θόριος* pro *Βόριος* rescribere iubentium, licet mihi quidem, verum ut fatear, Ciceronis de Thoria lege verba, in Brut. c. 36. cum argumento huius legis, quam Appianus h. l. commemorat, conferenti, non nihil dubitationis superesset, neque penitus satis fecisset ratio, qua conciliari cum Cicerone Appianum posse visum erat doctis, quos dixi, viris. Vidi deinde in diversa ab his abire Io. Rosinum qui Antiq. Rom. lib. VIII. c. 10 legem Thoriam, ab ea quae apud scriptorem nostrum *Spurio Borio* tribuitur plane diversam statuit". — Ac sane Cicero, quum l. c. *Sp. Thorium* ait, *perniciosa lege agrum publicum vectigali levasse*, videtur legem dicere non modo diversam ab hac, quae Appiano hic memoratur, sed etiam ex adverso huic oppositam, atque adeo eam ipsam, cuius paullo inferius Scriptor noster, tacito tribuni nomine, qui eam rogaverat, his verbis meminit, *καὶ τοὺς φόρους πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος*. Quod si vero hoc ipsum, teste Cicerone et teste antiqua illa aenea tabula cuius fragmenta Sigonius de ant. Iuv. II. c. 11. 2. exhibuit, est Thoriae legis argumentum, erroris arguendus foret Appianus, si priorem illam legem, cuius contrarium argumentum erat, *Thorio* tribuisset. Iam vero, quum *Borium*, non *Thorium*, prioris legis auctorem exemplaria omnia Appiani agnoscant, potest, fateor et ceteroquin temere factum videri, et in ipsum scriptorem nostrum iniuriose, quod ei contra librorum omnium fidem eiusmodi scriptura obtru-

datur, quae cum manifesto propemodum errore, non librariorum sed ipsius scriptoris, coniuncta esse videatur. In quam sententiam graviter et erudite disputavit *Alex. Symmachus Mazochius in Commentar. in Aeneas Tabulas Heracleenses* p. 316. sq. non dubitandum existimans, posteriorem istam legem, absque auctoris nomine deinceps ab Appiano commemoratam ipsam *Thoriam* esse, adeoque immerito et importune a viris doctis hic, ubi de priori quadam lege contrarii argumenti agitur, *Thorii* nomen in locum *Borii* obtrudi Appiano. Sed quidquid de hoc statuas, quodsi ex Rosino vel ex Mazochio quaeras, quisnam ergo sit *Σπούριος* hic *Βόριος*, ad quem in exemplaribus, Appiani lex illa prior refertur, negari rursus ab his non potest, non solum obscurum nomen esse, sed et mendi omnino suspectum. Et Rosinus quidem argumentum licet legis ex eodem hoc Appiani loco depromens, tribuni tamen nomen ab Appiano editum plane nihil curavit, sed *Baebiam* (non satis video, quo fundamento nisus) appellans hanc legem, auctorem eius M. illum Baebium perhibet, Tribunum pl. et Triumvirum coloniae deducendae, cuius mentio fit in fragmentis ex aenea tabula apud Sigonium l. c. et apud Pighium T. III. p. 63. Puto quod et ipsi persuasum fuit, Spurium Thorium hoc loco fortasse nominatum ab Appiano fuisse, sed perperam ab eo priorem hanc legem ad eum tribunum relatam, qui posterioris legis auctor fuisset. Mazochius Rosini coniecturae nullam mentionem faciens, interim dum de vero auctoris nomine certius quid fuerit compertum, *Boriam* hanc *legem* appellandam esse iudicavit, quamvis non neget haud satis emendatam nominis illius scripturam apud Appianum videri. De cuius emendatione hasce coniecturas Vir doctus proposuit,

ut si gentile nomen fingamus *Spurium* esse, quod exemplis non careat in Gruteri et Muratorii indicibus) cognomen *Βόῤῥιον* in *Burrum* facile posse refingi; si praenomen fuerit Spurius posse gentis nomen *Burrius* esse. Denique proxime a vero abesse putat si *Βόῤῥιος* ex *Βάῤῥιος* corruptum statuamus, *Βάῤῥιος* autem pro *Οὐάῤῥιος* positum cogitemus, et tribunus hic ex eadem *Varia* gente fuerit, ex qua deinde alius tribunus A. U. 662. (nobis A. U. 663) lege lata, quae ab eo nomen habet, inclaruit." Hactenus *Schweighaeuserus.*

MARCIA agraria L. Marcii Q. F. Q. N. Philippi, trib pl. A. U 649. lata, sed non perlata. De qua Cicero de officiis lib. II. c. 21. *Perniciose Philippus in tribunatu, quum legem agrariam ferret quam tamen antiquari facile passus est, et in eo vehementer se moderatum praebuit, sed quum in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in civitate duo millia hominum qui rem haberent. Capitalis oratio, et ad aequationem bonorum pertinens, qua peste quae potest esse maior?*

TITIA agraria, quam tulit Sex. Titius tribunus plebis A. U. 654. quo anno M. Antonius orator cum A. Postumio Albino cos. fuit. Et Antonius quidem huius Titii conatibus vehementer restitit. Iul. Obsequens in libro de prodigiis: M. Antonio A. Postumio Coss. Sex Titius tribunus plebis de agris dividundis populo quum repugnantibus collegis pertinaciter legem ferret, corvi duo numero in alto volantes ita pugnarunt supra concionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. Haruspices sacra Apollini litanda et de lege, quae ferebatur, supersedendum pronuntiarunt. Hoc respicit Cicero de Leg. II. 12. ubi de augurum dignitate loquitur. Quid religiosius, inquit, quem cum populo, cum plebe agendi ius aut dare,

aut non dare? Quid? legem, si non iure rogata est, tollere, ut Titiam decreto collegii, ut Livias consilio Philippi Cos. et auguris?

APPULEIA agraria L. Apuleii Saturnini trib. pl. lata A. U. 653. uti Gallicus ager, e quo C. Marius Cimbros nuper expulerat Romani non Gallici iuris amplius esset populoque Rom. divideretur, utique veteranis in Africa centena agri iugera dividerentur.

PLOTIA agraria lata vel ab A. Plautio Silvano trib. pl. 655 vel a M. Plautio Silvano tribuno plebis A. U. 664. Eius mentionem facit Cicero Att. I. 17.

CORNELIA agraria lata a *L. Sulla* dictatore A. U. 672 qua Volaterranorum, Fesulanorum in Etruria, aliorumque qui a partibus Marianis steterant, agros in Gallia, Umbria, Latio, Campania. Samnio aliisque per Italiam regionibus publicavit, ac legionibus suis divisit. Eius mentionem facit Cicero Rull. I. c. 3. II. c. 15. Rosc. Amer. c. 43.

SERVILIA agraria, quam A. U. 690 Cicerone consule promulgavit *P. Servilius Rullus*, uti decemviri cum summo imperio crearentur, qui agros plebi dividerent. Sed ea lex, quam Cicero consul orationibus contra Rullum dissuasit haud est perlata. Habuit autem haec Rulli lex plusquam XL. capita quorum praecipua quae Cicero commemorat, exposita sunt in Summario orationum de lege Agraria. contra P. Servilium Rullum.

FLAVIA agraria quam A. U. 693 promulgavit *L. Flavius* trib. pl. In ea, Pighius ad. h. a. plura, inquit, capita inprimis videbantur iniqua et Senatus auctoritati contraria, quia et res iudicatas rescindebant, et ad privatorum incommodum pertinebant. Haec videlicet: *uti is ager qui P.*

Mucio L. Calpurnino Coss. publicus fuisset, quemque Senatus post eos Coss. vendiderat, restituto emptoribus pretio, divideretur: utique Volaterranorum Artemitanorumque agri, quos L. Sulla Dictator publicarat, nec vendiderat dividerentur, utique ex vectigalibus nuper bello quaesitis per quinquennium pecunia ad agros emendos plebique dividundos, reciperetur; utique omnibus civibus suffragium esset; id quod adiicit ad gratiam legi conciliandam, quo citius a plebe reciperetur. Hanc itaque oppugnarunt totis viribus L. Lucullus, M. Cato, et omnis denique senatus huicque rationi agrariae adversabantur; antesignano in primis Q. Metello Consule. Resque eo pervenit contentionis, uti Consul a Tribuno plebis in carcerem duceretur. Quumque Senatus optimatumque ordo omnis Metellum comitaretur, ad carceremque conveniret, Flavius sella tribunicia ad ianuam posita neminem ingredi passus est; Metellus igitur iussit murum carceris perforari, ut senatus per eum introire posset. Pompeius autem, quum neque minis neque terroribus lex otbineri posset, pudore victus, Tribunum discedere rogationique supersedere iussit. Vid. Dionem Cassium lib. XXXVII. et Cic. ep. ad Att. I.

IULIA AGRARIA, primo consulatu, quem cum Bibulo gessit, lata, qua *Campanum agrum et Stellatem XX. millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent, divisit;* eique rei XX viros constituit ex iis, qui maximos honores gessissent, unde etiam Ciceroni is honor, sed frustra, oblatus est. Ep. ad Att. II. 2. 19. Ceterum conf. Fr. Fabric. in vita Ciceronis, de hoc XXviratu. Ei cum Bibulus obnuntiaret, quam potestatem lex *Aelia* dabat, armis foro expulsus est. Suet. in Caes. c. 20. De ea conf. ad Att. II. 16. 18. Ea

lex ut valeret, hoc adiectum habebat caput, ut candidati se ipsi iureiurando exsecrarent, si, impetrato, quem peterent, magistratus, mentionem fecissent de agro Campano aliter possidendo atque ex hac lege; unde Laterensis eo anno tribunatum petere destitit vid. pro Planc. c. 5. et ibi Manut. Haec lex etiam memoratur Phil. V. 19. Eius fragm. vide apud Goesium in script. R. Agr. p. 530. Ceterum multa ad hanc legem, et Ciceronis ad eam pertinentia loca, inprimis de XXviratu, illustranda, habet Mazochius de Amphith. Campano p. 14. sqq. E veteribus inprimis legendus Dio Cass. XXXVII. init. *Ern.*

ANNALES LEGES

sunt, quibus constitutum est, quo anno cuique magistratus petere liceret: quo si quis creatur, v. c. Consul, *anno suo* Consul factus esse dicitur, vid. Agr. II. 2. Eas leges attulit ambitio, ut gradus essent petitionis. Tulit primus accuratius *Villius*, tribunus pl. A. Postumio Albino et Q. Fulvio Flacco Coss. qui inde *Annalis* dictus est, quod nomen familiae haesit. Liv. L. XL. c. 44. et Manut. de Legg. c. 6. Nam etsi Livius l. c. primum ab eo de ea re latum esse dicit: tamen idem, iam ante eum de tempore honorum petendorum leges fuisse, dubitare nos non sinit XXV, 2. Sed anni singulorum non definiti erant, ut lege Villii, verum universe, quae aetas matura esset honoribus petendis. Vid. Sigonius et Pighius, inpr. Dukerus, ad liv. l. l. c. c. Anni autem constituti sunt Villia lege, quaesturae 31. aedilitati 37. praeturae 40. consulatui 43 Nam his annis Cicero hos magistratus gessit, qui, *suo* se quemque *anno* gessisse, praedicat: nec audiendi, qui

aut annum 27. ut Zamoscius de Senat. p. m. 25. aut annum 25. ponunt, ut Dodwell. Prael. Camd. Dicuntur hae leges etiam *Annariae* apud Festum et Lamprid. in Commodo c. 2. *Annalem* tulit etiam M. Pinarius Rusca Trib. pl. vid. Cic. de Or. II. 65. ex qua nihil restat: nec aetas eius satis certa. *Ern.*

LEGES de AMBITU.

Calpurnia, Caecilia, Fabia, Iulia, Licinia, Tullia. vid. suis locis.

ANTONIA.

Ep. XII. 14. si vera lectio, de iis legibus loquitur Lentulus, de quibus multa dicuntur in Philippica prima et secunda, quas in Consulatu secundo per vim et contra auspicia tulit; item quas e tabulis Caesaris dicebat se proferre, quod convenerat in Senatu, quietis causa, acta Caesaris rata habere. Nominatim memoratur *iudiciaria*, quam in Consulatu cum Caesare tulit, Phil. I, 5. VIII, 9. *Ern.*

APULEIA.

L. Saturnini, tribuni pl. *de Maiestate* Cic. de Orat. II. 25.49. A. U. DCLI. lata, occasione motuum, qui Romae exorti sunt, cum Cimbri superatis Alpibus Q. Catuli exercitum invasissent, et equites Romani relictis praesidiis Romam fugissent, qua re imminuta populi Rom. maiestas videbatur. v. Pighius ad h. a. *Ern.*

APULEIA.

Eiusd. *L. Saturnini* trib. pl. A. U. DCLIII. pro Corn. Balbo c. 21. Ea tulit *de coloniis in Siciliam, Achaiam Macedoniamque deducendis,* simul detulit Mario, ut in singulas colonias ternos cives crearet, hoc consilio, ut eo minus huic rogationi C. Marius Consul resisteret. Sed ea lex perlata non est, ut e Cicerone l. c. intelligi potest. De ceteris legibus Apuleii popularibus, iam a Gracchis promulgatis, v. Flor. III. 19. Cic. de Leg. II. 6. Nieuport. Hist. Rom. VII. 6. *Ern.*

APULEIA FRUMENTARIA. vid. *Frumentariae.*

AQUILLIA

(Forte *C. Aquilli Gallii* Trib. pl.) *de damno iniuria dato.* Ea est, quam Cic. in Bruto c. 34. extr. appellat *de lustitia:* pro quo quidam, non probante Grutero, legunt: *iniuria* vel *iniustitia.* Omnibus, de damno iniuria dato, legibus, quae ante erant latae, derogavit, ut ait Ulpianus L. XVIII. ad edictum. Eius reliquias a Caio et Ulpiano servatas illustravere Balduinus, Noodt, et docti viri ad Caium in Schultingii Iurispr. Ante Iustin. p. m. 179. *Ern.*

AQUILLIA

C. Aquillii Galli, Ciceronis familiaris, *de dolo malo,* quem tum teneri putabat, cum aliud esset simulatum, aliud actum. Omnium malitiarum everriculum hanc legem appellat Cicero de N. D. III. 30. of. de Off. II. 14. De hac lege est comm. I. Svaresii Mendozae in Thes. Meermanni

Meermanni T. II. qui putat auctorem esse *M. Aquilium* Cons. A. U. DCXXV. Sed hic Ciceroni familiaris esse non potuit. *Ern.*

ATINIA.

In Verr. L. I. c. 42. *de rebus furto surreptis non usu capiendis:* cuius haec verba fuerunt: *quod surreptum erit, eius aeterna auctoritas esto.* v. Gell. XVII, 7. Verbum *surreptum* explicat Gothofredus ad XII. tabb. et *surreptum* latius esse *re furtiva*, cui iam in XII. Tab. aeterna auctoritas tribuitur. Tulit Tribunus quidam *Atinius.* Eius in Institutionibus et Pandecte aliquoties fit mentio. Vid. Menardus ad Cicer. l. c. Quaestio fuit inter ICtos veteres, auctore Q. Scaevola, utrum ea lex in praeteritum etiam, an in futurum tantum valeret. vid. Gellius l. c. Balduinus Iurispr. Mucian. p. 281. 282. Menardus l. c. Cicero quidem diserte, loco citato, eam his legibus annumerat, quae in posterum statuunt, ex iisque docere suscipit, non posse a Praetore edici in praeteritum. *Ern.*

AULI Lex, Att. VI. 2. vid. *Gabinia.*

AURELIA.

AURELIA lex est iudiciaria L. Aurelii Cottae, praetoris. A. U. 683. Quum a primis temporibus iudiciorum ea penes senatum fuissent C. Gracchus (v. *Sempronia lex iudiciaria*) tulit, ut propter avaritiam senatorum ad equites transferrentur. Hi ita severe iudicabant, ut ipso Cicerone teste in Verr. Act. 1. 13. numquam eques in iudicium, aut suspicionem captae pecuniae propter rem iudicandam vocatus sit. Sed erant tamen iniquiores Senatui, et reos senatores nimis cupide condemnabant, inprimis si

quem constabat, aut in Senatu, aut in magistratu provinciali, publicanis impudentibus non satis indulsisse. Itaque quum frustra lege *Livia* et *Plautia* latum esset, ut equitibus et senatoribus essent communia iudicia: C. Sulla tandem restituit senatoribus iudicia. Sed ne tum quidem, ut e Cicerone, in primisque Verrinis, intelligi potest, recte iudicabant. Itaque, quum diu plebs de iudiciis esset conquesta; et verendum esset, ne seditiosus Trib. aliquis inde seditionis movendae occasionem arriperet; legem iudiciariam tulit Cotta, Praetor Pompeio et Crasso Coss. in qua hoc temperamento usus est, ut omnibus ordinibus satisfaceret, quod nulli iudicandi potestas eripetur. Itaque ex illa lege iudicarunt *Senatores, Equites* et e plebe *Tribuni aerarii.* Nam quod Vellei. II, 32. duobus ordinibus iudicia a Cotta data dicuntur, id fit, quia tribunorum ordo non numeratur, ut sexta Classis census Tulliani, v. Interpretes ad l. c. Unde et interdum senatores tantum et equites memorantur, ut pro Fonteio c. 12. Eius legis saepe mentio apud Ciceronem, v. c. Phil. I. 8. Agrar. I. 2. Corn. Fr. 31. *Ern.*

AURELIA lex commemoratur ad Q. Fr. I, 3. extr. quae videtur, quantum e contextu iudicare licet, *de ambitu* sanxisse: quod etiam videbatur Manutio ad l. c. Ea cuius Aurelii fuerit, nondum reperi. *Ern.*

AURELIAE, fratris *C. Aurelii Cottae* vid. *C. Cottae leges.*

CAECILIA.

L. Caecilius trib. Pleb. Consule Cicerone A. U. 1690 tulit *de ambitu* legem, qua eius poena

imminueret et ea constitueretur, quae ante proximam legem fuisset. Nam quum frater eius de ambitu reus factus condemnatusque esset, adeo aegre tulit eam poenae acerbitatem, quae fratri perferenda erat, ex lege recentissima, Calpurnia, ut de ea lege mitiganda cogitaret. Itaque videbatur ea lege res iudicatas rescindere velle. Sed, quantum e Cicerone colligere licet, non est perlata, pro Sulla c. 22. 23. *Ern.*

CAECILIA DIDIA.

Lata a *Q. Caecilio Metello* et *T. Didio Vivio* Coss. A. U. 655, utilissima civitati Rom. unde inter remedia reip. refertur a Cic. ad Att. II 9. Eius duo capita apud Ciceronem invenio, alterum, *de modo legum promulgandarum.* Phil. V. 3. *Tribuni pleb. tulerunt de Provinciis - - num etiam hanc legem populus Rom. accepit? quid? promulgata fuit? quid? nonne ante lata quam scripta? nonne ante factum vidimus, quam futurum quisquam est suspicatus? Ubi lex Caecilia et Didia? ubi promulgatio, trinundinum?* alterum *de duabus rebus non una lege coniungendis*, quod dicebatur, *per saturam* ferre, pro Domo c. 20. *Quae est quaeso alia vis, quae sententia legis Caeciliae et Didiae, nisi haec, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus, aut id quod nolit accipere, aut id quod velit, repudiare?* Manutio autem de Legg. placet duas fuisse leges, quod non absurdum est; sed nec necessarium est. Nam quia fuit de modo legum ferendarum, plura capita habere potuit, quae nempe ad illum modum pertinerent. *Ern.*

CAESARIS LEGES vid. *Iuliae.*

CAEPIONIS iudiciaria lex d autent. I. 49. est *Servilia iudiciaria.*

CALPURNIA.

L. Calpurnii Pisonis trib. pl. Verr. IV, 25. Off. II, 21. Ea primum latum est A. U. 604. *de pecuniis repetundis*, ut si quis provincialis magistratus contra leges pecuniam in provincia cepisset, ab eo repeti ex iudicio possent. Hac lege prima quaestio perpetua constituta est. Ea ergo fuit de pec. repet. quam aliae secutae sunt. Cic. in Bruto. *Ern.*

CALPURNIA alia fuit *C. Calpurnii Pisonis, de ambitu.* Lata est A. U. 686 eo et *M' Acilio Glabrione* Coss. auctore senatu, quod eo anno magnus ambitus apparebat, et C. Cornelius Tr. Plebis de ambitu ferebat, gravioresque iusto poenas ei constituebat. v. pro C. Cornelio p. 632. 633. Eius mentio pro Mur. c. 23. In eadem oratione c. 32. haec dicuntur: *Senatus Consultum esse factum, si mercede corrupti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributim, et item prandia si vulgo essent data; contra legem Calpurniam factum videri.* Et post: *si factum sit* sc. huiusmodi quid, *quin contra legem sit, dubitare nemo potest.* Dicitur etiam ACILIA *Calpurnia*, sed apud Ciceronem simpliciter *Calpurnia.* Senatus Consultum factum est paullo post, quo lex Calpurnia abrogaretur, pro Corn. I. p. 631. ad q. l. vid. Ascon. De ea intelligendus Sallustius B. Cat. 18. Inprimis accurate de ea narrat Dio Cass. XXXVI. p. 18. *Ern.*

CAMPANA ad Att. II. 18. est *Iulii Caesaris,*

quam in Consulatu tulit de agro Campano dividendo. vid. Agraria IULIA.

CARBONIS tribunitia.

Ut populo eundem tribunum creare liceret, quoties vellet. Ei restiterunt Scipio et Laelius. Lael. 21. Est *C. Carbonis* trib. pl. de quo v. Ind. Hist.

CARBONIS (eiusdem) et SILVANI lex tribunitia A. U. 664. lata *de civitate*, ut, qui foederatis civitatibus adscripti essent, et, quum haec lex ferretur, in Italia domicilium haberent, et sexaginta diebus apud praetorem profiterentur, ii cives Rom. optimo iure essent. pro Archia c. 4. Dicitur etiam *Plautia* vel *Plotia* a Silvano, qui e familia Plotia fuit.

CARBONIS *tabellaria* vid. *Tabellariae leges.*

CASSIA.

De senatu: quae *populi iudicia firmasse dicitur*, laudatur in Cornelianae l. fragm. p. 634. Est eiusdem *L. Cassii Longini* trib. plebis, a quo tabellaria profecta est, C. Mario et C. Flacco Coss. lata, ut Asconius ad l. c. tradit, propter simultates cum Q. Caecilio, cui populus imperium, ob res male cum Cimbris gestas, abrogaverat. Nam ea lege sancitum est, ut, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, is in senatu non esset.

CASSIA *tabellaria* v. *Tabellariae leges.*

CASSIA TERENTIA *frumentaria* v. *Frumentariae.*

Q. CATULI *de vi* vid. *Lutatia.*

CENSORIAE LEGES.

In Verr. I. 55. sunt 1) formulae, quibus Censores veteres templa, aut alia opera publica, aedificanda locabant, ut ex iis a redemtoribus exstruerentur et traderentur. Ex eo loco intelligi potest, istas formulas semper retentas fuisse, sed ita, ut e re ipsa quaedam Censoribus *corrigere* liceret, h. e. *addere*. *„Corriguntur Leges Censoriae. Quid enim? Video in multis veteribus legibus: Cn. Domitius, L. Metellus etc. addiderunt"* etc. 2) De Provinc. Cons. c. 5. autem *Lex Censoria* est formula, qua publicanis a Censoribus vectigalia locata sunt, quae et vectigalia ipsa, quae locabantur, et conditiones, quibus locabantur, continebat, ut et populo et redemtoribus prospiceretur. Hinc Cicero: *Si qui,* sc. Publicanus, *publico frui non potuit per hostem, tegitur ipsa lege Censoria* conf. ad Q. Fr. I. 12. Verr. II. 7. *Pro lege Censoria* est *locatio Censoria* Verr. III. 6. Hoc sensu etiam in libris Iuris Civ. occurrit, et fragmenta legis cuiusdam Censoriae sunt in Pandectc. vid. Bald. de Iurispr. Mucian. p. m. 114 seq. CENSORIAE leges sunt 3) constitutiones et edicta Censorum, *de aerario et vectigalibus Pop. Rom., de aedificiis publicis, de populi in tribus et centurias descriptione*, et similibus rebus. In his erat etiam constitutio, qua cautum erat, *ne carnifex in urbem ingrederetur*, cuius mentio pro Rabirio Perd. c. 5. ad quem locum vid. Turnebus. Hinc causae etiam ad Censores agi dicuntur, ex his scil. legibus. Varr. R. R. I. 7. extr. Ipsa etiam *Lex Clodia* de notis Censoriis, docet causas quasdam apud eos actas esse. *Ern.*

CENTURIATA LEX Agr. II. 11. dicitur

quicquid in comitiis centuriatis ad populum fertur, etiam de magistratibus creandis, ut l. c.

CICERONIS vid. *Tulliae.*

CINCIA.

A *M. Cincio Alimento* Tr. Pl. A. U. 549. Cornelio et Sempronio Coss. lata, suasa autem a Q. Maximo, Cic. de Senect. 4. *Fuit de donis et muneribus, ne quis ea ob causam orandam caperet,* quae sunt Taciti verba Annal. XI. 5. unde a Plauto *Muneralis* dicitur. Eius mentio ap. Cic. de Orat. II. 7. ad Att. I. 20. Notus est doctus Fr. Brummeri Lips. de hac lege Commentariolus, conf. Schultingii Iurispr. Ante-Iust. p. 561. seq. *Ern.*

De CIVITATE *Licinia, Papia, Gellii, Carbonis, Silvani, Caelia* etc.

CLODIAE

Sunt *P. Clodii* trib. pleb. Coss. Gabinio et Pisone latae, de quibus est locus classicus pro Sext. 25. 26. In his plurimum turbarum dedit ea, qua tulit, *ut Ciceroni aqua et igni interdictum esset, et ne intra quingenta millia passuum ab Italia tecto reciperetur: ac ne quis de eo revocando mentionem neque in Senatu neque ad populum faceret*; de qua lege multa in Or. pro domo, de Har. Resp. pro Sext. ad Quir. et in Senat. post redit. in Pisonem etc. Aliam improbissimam tulit *de Cypri rege Ptolemaeo, ut bona eius publicarentur, et Cyprus in provinciae formam redigeretur, eaque res Catoni mandaretur*, de qua Cic. pro Sextio c. 26. Eius legis haec causa fuit, ut primum regem ulcisceretur, qui sibi a piratis capto olim pecuniam, qua se redimeret, negarat,

deinde Catonem a republica removeret, ne ab eo impedirentur conata sua, v. Dio XXXVIII. p. 79. Ei similis, qua *Sacerdoti Pessinuntio sacerdotium ademit.* ibid. Nec melior ea, qua *Gabinio et Pisoni provincias Syriam et Macedoniam dedit*: quod illi pacti erant, ne ipsum in Cicerone relegando impedirent. De *frumentaria* v. *Frumentariae.* Tulit etiam, *ne quis eo die de caelo servaret, quo cum populo agi posset;* nec intercederet quisquam tribunorum: quo Cicero legem Aeliam et Fufiam sublatam dicit pro Sext. l. c. quod tamen Tunstallus Ep. ad Midleton. p. 68. existimat tantum pertinuisse eo, ut ipse ea lege solutus esset, ut factum in Lurcone; ad Att. I, 16. Alia fuit *de collegiis novis instituendis:* (quae deinde Caesar sustilit. Sueton. c. 42. Denique tulit, *ne Censores in Senatu legendo praeterirent, nisi qui apud eos accusatus et Censoris utriusque sententia condemnatus esset:* quam legem sustulit Scipio, Pompeii socer, ut patet e Dione Cass. XL. p. 147. vid. in Pison. c. 4. et ibi Ascon. orat. pro domo, de Har. Resp. pro Sextio passim. *Ern.*

COCTIA

est *L. Aurelii Cottae* iudiciaria. ad Att. IV. 16. v. AURELIA. Neque vero erat, quare Malaspinaeus dubitaret, a Cotta posse Coctiam fieri. Nam eodem modo a regulo Cottio Alpium pars dicitur *Alpes Cottianae et Coctianae* ap. Tac. Hist. IV. 68. add. Varias. Lect. in Sueton. Ner. 18. Liv. XXIX, 38. Cic. Off. II, 17. Sed inusitatum hoc, quod a cognomine legis nomen ducitur; quamquam etiam Asconius legem *Serviliam* de repetundis vocat *Glauciam* ad Act. I. in Verr. et est Lex *Metella* ap. Plin. XXXV, 17. ubi tamen corrigunt *Metilia.* v. Harduin. ad l. c.

COELIA *Tabellaria.* vid. *Tabellariae leges.*

CORNELIAE LEGES.

De his v. Pighius ad a. DCLXXII. Apud Ciceronem hae occurrunt:

CORNELIA *L. Cornelii Sullae de sententia ferenda.* Ea cautum erat, ut, antequam iretur, causa coguita, iu consilium, Quaesitor interrogaret reum, palam an per tabulas vellet sententias ferri. Ex Cluentianae c. 20. intelligitur, eam legem valuisse adhuc tempore celebris illius iudicii Iuniani, paullo post autem, quum Cicero Cluentium defenderet, obsoletam fuisse, neque amplius observatam.

CORNELIA *iudiciaria* eiusdem: qua iudicia equitibus ademta et Senatui restituta sunt. Ascon. in Divinat.

CORNELIA pro Cluent. c. 56. eiusdem Sullae est *de veneficiis*, quae ante *Sempronia* fuit. Ea cautum est primo de sicariis, deinde de veneficiis, de coitionibus, de falso, etc. ut quaestiones capitales haberentur, et poena his constituta est et deportatio et bonorum proscriptio. vid. Sigon. de Iudiciis II. 31. p. m. 664.

CORNELIA *de proscriptis*, eiusdem: qua inter alia cautum est, ne quis proscriptum iuvaret, vid. in Verr. L. I. c. 47. ut proscriptorum bona venirent ad Kalend. Iunias, et in Tabb. publicas ad aerarium pecunia redacta referretur: pro Rosc. Amer. c. 43. 44. Agr. III. 3. In eadem, ut opinor, lege fuit, ut iis, qui suas partes in bello secuti essent, honores ante tempus legitimum capere liceret. Acad. II, 2. Sed aliis pla-

cet, peculiarem legem *de magistratibus* fuisse: quod ipsum non absurdum.

CORNELIA *Testamentaria*, contra testamentorum subiectores et corruptores, in Verr. I. 42. Sed eadem item alia genera falsi complexa est, unde et *de falso* laudatur. v. Iul. Pauli recept. sententiarum L. V. Tit. 25. et ibi viros doctos ap. Schulting. p. 513. seq.

CORNELIA *nummaria*, qua cautum est, ne quis privatus nummos adulterinos faciat, infuso deteriori aere in nobilius, aut alio modo quocumque. in Verr. I, 42. Continebatur hoc falsi genus lege de falso; sed quod nil pestilentius est Reip. quam adulterari nummos, lege peculiari de hoc crimine sanciendum putavit Sulla. v. Gravinae O. I. p. 451. Huc pertinet etiam *edictum Marii Gratidiani*, trib. pl. de quo videndus Plinius H. N. XXXIII, 9. extr.

CORNELIA *de repetundis* secuta est *Serviliam*, ex qua quum alia, tum hoc in suam transtulit Sulla, ut, si ex bonis rei condemnati non tantum redigeretur, quantum ei lis aestimata esset, persequi ab iis liceret, ad quos ea pecunia, quam cepisset is, qui damnatus esset, pervenisset. Ex quo legis capite accusatus est, damnato Gabinio, L. Rabirius Postumus. vid. Or. pro Rab. Post. c. 4.

CORNELIA *de provinciis ordinandis*. Huius legis capita apud Ciceronem haec reperio: Sumtus definiebat, quos liceret civitatibus provincialibus facere in legatis publice Romam mittendis, ut eos in Senatu laudarent, qui provinciae praefuissent. ep. ad Div. III, 8. 10. Sanciebat, ut, qui provincias ex S. C. lege *Sempronia* haberent, imperium retinerent, quoad in urbem in-

troissent. Quod sine dubio non hanc vim habebat, ut ex lege hac imperium haberent, et rem militarem attingere possent praetores, quod e Curiata lege habebant; sed ut, si per Curiatam legem imperium haberent, id non tam diu haberent, quoad e provincia decessissent, sed, quoad in urbem introissent. Ceterum quomodo in hac lege calumniatus sit Appius, vid. ep. ad Div. I. 9. conf. Sigon. de A. I. P. III. 11. circa fin. Ut tricesimo die, postquam in provinciam venisset successor, de provincia praetor decederet. ibid. III. 6. *Ern.*

CORNELIA *de civitate.* Ea lege Volaterranis ius civitatis Rom. ademtum est, ita tamen, ut nexa atque hereditates non tollerentur, h. e. ut et hereditas capere possent, et per nexum s. per aes et libram abalienare, quae vellent. Hanc legem negat Cicero valere posse, quia sit contra ius Romanum, quo civitas nemini invito adimi possit. v. pr. Caecin. c. 33. sq. *Ern.*

CORNELIA *de sacerdotiis.* ap. Ascon. in Div. v. *Lex Domitia.*

CORNELIA *maiestatis*, in eos, qui maiestatem. pop. Rom. minuissent. Ea dicitur in Pisonem c. 21. vetare haec: educere e provincia exercitum, et bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi et senatus accedere -- et pro Cluentio c. 21. legiones sollicitare; in Verrem L. I. c. 5. vivos dimittere hostes populi Rom. accepta pecunia. Ep. ad Div. III. 11. ne in quemvis impune declamare liceret. Quicumque amplitudinem dignitatemque populi Rom. laesisse convinci poterat, is maiestatis convictus putabatur, ut docet Auctor libr. ad Herenn. II. 12. *Ern.*

CORNELIA *tribunitia*. Verr. I, 60. multa petita est a Q. Opimio, - - quod, quum tribunus plebis esset, intercessit contra *legem Corneliam*. Huius legis saepe fit apud veteres mentio. Caput eius, ad quod hic locus pertinet, fuit de intercessione tribunitia. Ex h. l. videatur colligi posse, tribunis ademtam fuisse potestatem intercedendi, quam tamen unam relictam diserte tradit Cicero de Leg. III, 9. Caesar B. Civ. I, 5. Eam difficultatem sic tollere tentat Manutius, ut Opimium putet opposuisse se legi Corneliae, ut ea abrogata lex C. Aurelii Cottae de restituenda tribunitia potestate perferretur. Sed quis unquam legit ita dici, *intercedere contra legem aliquam*? Latinitas quidem haec verba non aliter accipi patitur, quam, *intercedere vetante lege, aliter, quam lex iusserit, intercedere*. Res autem sic se habet: Lex Cornelia ademerat tribunis intercessionem, non tamen omnino, sed ut in causis quibusdam relinqueretur, aut iis finibus circumscriptus esset eius usus, ut raro intercedere liceret. Locus Caesaris videtur indicare, licuisse intercedere, si quis sua sponte intercederet. Reprehendit enim Senatum, qui talem Antonii intercessionem sustulerit: non quum appellatus esset. Nam si omnis dignitas ademta est, etiam haec ablata fuerit necesse est, ne appellari possent tribuni: in quo maxima dignitas. Pighius ad a. 672. tradit, cautum lege Cornelia fuisse, ne appellantibus opem ferrent, nisi iurassent, se aliter aequo iure uti non posse. Id unde hauserit, nescio: quod tamen est absurdum. Illud certum est, culpam ab Opimio commissam eo, quod alieno loco intercesserat. *Ern.*

Cn. CORNELLII et L. GELII. vid. *L. Gellii et Cn. Cornelii*.

CORNELIAE

C. Cornelii, qui trib. plebis A. U. 686. fuit, memorantur ab Asconio Pediano in Argum. Orationis pro Cornel. quod fragmentis praemittitur p. 626. s. et in ipsis fragmentis. In iis legibus ferendis, quum multum turbarum ortum esset, intercessio collegae neglecta, fasces consulis fracti, etc. maiestatis reus factus est, Praetore Cicerone defendente. v. inpr. Dio Cass. XXXVI. p. 18. 19. In duabus, quae perlatae sunt, fuit haec: *ut Praetores ex edictis suis perpetuis iudicarent*, h. e. edicto annuo, nisi quis malit legere *perpetuo*, i. e. sine varietate, quod valde probabile facit I. A. Bachius, V. Cel. in Hist. Iur. p. 208. Sed praetoribus videtur licuisse etiam ex tempore quaedam edicere, cuiusmodi edictum commemoratur, sed provinciale, Verr. III, 14. Saltem id sibi videntur quidam arrogasse: cui generi perpetua opponuntur. Eius legis quae vis fuerit, v. ap. Perizon. de Lege Vocon. p. 193. *Ern.*

CORNELIA

de libertinorum suffragiis, in fragm. Or. in Cornelium, est quae et *Manilia* dicitur, de qua v. infra. Eam accusator Cornelii dixerat a Cornelio trib. pl. cum Manilio datam esse. *Ern.*

C. COTTAE

fratris L. Aur. Cottae, leges memorantur in fragmentis Cornelianae I. p. 630. de iisque ipse abrogandis ad senatum retulisse dicitur. Eae quorsum pertinuerint, non constat. v. Ascon. ad l. c. qui commemorat hanc, qua tulit, ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret, quod L. Sullae lege nefas erat. Eam

autem legem non contineri putat iis, de quibus abrogandis ad Senatum retulerit.

C. COTTAE eiusdem *de iudiciis privatis* memoratur l. c. eamque abrogavit frater M. Cotta, anno postquam lata est. *Ern.*

CRASSI *de Civitate*, vid. *Licinia.*

CURIATA LEX

dicitur, quicquid in Comitiis Curiatis ad populum fertur. Sed tempore Ciceronis, inductis tributis, quum obsolevissent curiata, (vid. Gron. Observat. IV. 1. Agr. II. 11.) per lictores in duabus causis habebantur, primo *de re militari*, deinde *de adoptione.* Nam, ut Cicero ait in Agraria II. 12. rem militarem continebant, neque cuiquam licebat eam attingere sine lege curiata. cf. Lex *Cornelia de prov. ord.* Hinc *lege Curiata ornari* ibidem c. 10. est, comitiis curiatis accipere imperium, et potestatem rei militaris administrandae. De *adoptione* autem exemplum extat P. Clodii, qui comitiis curiatis a plebeio adoptatus est.

DIDIA et CAECILIA, vid. *Caecilia Didia.*

Lex *de DOLO malo*, vid. *Aquillia.*

DOMITIA

de Sacerdotiis ad Brut. ep. 5. Eam tulit A. U. 649. Consulibus C. Mario et C. Fimbria, *Cn. Domitius Ahenobarbus*, trib. pl. Ex ea lege sacerdotes, h. e. Pontifices, augures, Quindecimviri sacr. fac. qui ante a collegio quique suo cooptabantur, comitiis populi Rom. electi sunt, ut ita sacerdotia haec ab illo tempore beneficia pop. R. facta sint. Nam qui

iam ante, ut Pontifex M. Curio M. et alii, a populo creati fuerant, (Liv. XXV. 5. XXVII. 8.) ad eos Lex haec non pertinebat. v. Gruch. de Com. II. 2. 3. quamquam et Pontifex M. Agrar. II, 7. ea lege creatus dicitur. Sed quod religio obstare videbatur, quo minus populus hos sacerdotes faceret, eamque ob causam eadem lex antiquata esset, quum eam Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino Coss. tulisset C. Licinius Crassus, de Amicit. c. 25; hanc religionis calumniam ut vitaret Domitius, hoc legi adiecit, ut XVII. tantum tribus sorte ductae sacerdotes crearent. v. Agr. II, 7. qui est locus de hac re classicus. Sublata est haec lex a Cornelio Sulla, *lege Cornelia de Sacerdotiis*, nobilitatis amore lata, a quo multae aliae eius leges profectae sunt. Sed haec quoque paullo post a Labieno Trib. pl. A. U. 691. sublata, et *Domitia* restituta est. E Phil. II, 2. autem patet, hoc temperamentum adhibitum esse, ut duo e collegio nominarent, populus ex his, qui nominati essent, legeret. Eam confirmavit C. Iulius Caesar, donec M. Antonius lege lata collegiis ius suum restituit, v. Guther. de Iur. Pont. I. 8. P. Manutius de Legibus et ad Epist. ad Brut. 5. *Ern.*

DUODECIM TABB. LEGES

a Decemviris Consulari potestate ex *lege Terentia* latae sunt A. U. 303 et 304. de qua re non est ut multa dicamus. vid. Liv. III. 31. sq. Pomponium de O. I. et ad hunc Cuiacium, (ad calcem Observatt.) et Bynckershoekium in Opusculis: ut ceteros mittamus, qui iuris Rom. historiam scripsere. Ipsarum Tabb. fragmenta e libris veteribus multi collegere, quos omnes vicit

Iac. Gothofredus in praestantissimo libello de quattuor fontibus iuris. Has tabulas fontem omnis cum publici tum privati iuris Romani recte appelles, iisque insigne pretium Cicero statuit. Eas, si quid ex iis definiri non posse videbatur, supplere poterant Praetores edictis, e quibus Ius honorarium ortum est, uti appellatur v. c. in Institut. Iustin. L. II. 4. 10. Supplementa fecere etiam Tribb. Plebis aliique magistratus legibus de Iure Civili ferendis. Cuiusmodi sunt Voconia, Furia, Falcidia, Aquillia, et omnes, quae iuris privati sunt. *Ern.*

FABIA

de servis alienis retentis s. *de plagiariis*, ut in veteribus Iuris libris citatur. Eius haec vis fuit, ne quis aut ingenuum, aut libertinum, aut servum alienum, invitum secum haberet, aut invito vel insciente domino venderet aut emeret sciens. Eius mentio apud Ciceronem pro C. Rabirio Perd. c. 3. ad quem locum vid. Turnebus. cf. Paullus Sent. Rec. V. 30. 6. Gravina Orig. Iur. p. 462. *Ern.*

FABIA

de numero sectatorum, pro Murena c. 34. *Sectatores* qui dicantur, vid. ap. Quintum Fr. de petitione Consulatus, c. 9. ubi ab *Salutatoribus* et *Deductoribus* distinguuntur. Ei rei, quoniam ad ambitum pertinere videbatur, modum statuere visum est Fabio, huius legislatori.

FLACCI *de Sullae actis*, vid. *Valeria.*

FLAMINII *de agro Gallico et Piceno.* vid. *Agrariae.*

L. FLAVII Agraria. vid. *Agrariae.*

FRUMEN-

em. FRUMENTARIAE
sunt, quibus largitio frumenti plebi ex aerario facienda proposita et sancita est. De iis vid. *Lipsium* Elect. I. 8. qui tamen non omnes leges frumentarias commemoravit; et Vincentii *Contareni* de Frumentar. Rom. largitione librum, in quo Lipsiana examinantur: quibus addas licet collecta *Hortensii* in ed. Ciceronis Olivetaua p. 431. sq. Eae autem hae sunt:

SEMPRONIA *C. Gracchi* trib. pl. qua sancitum est, ut inopi plebi singuli modii venderentur a senatu triente cum semisse, idque frumentum, plebi dividendum, ex aerario emeretur. Eius saepe mentionem facit Cicero, v. c. pro Sextio c. 48. Tusc. Dispp. III. 20. Brut. c. 62. ubi M. Octavius Cn. F. eam populi frequentis suffragiis abrogasse dicitur, (qui locus Lipsium fugiebat) de Off. II. 21. Eam instaurare conatum esse aliquem de tribunis C. Marii A. U. DCXXXIV. collegis, colligo e Plutarcho in Mario, p. 407. ed. Sylb. qui dicit, C. Marium opinionem popularitatis, lege de ambitu lata concitatam, perdidisse, repugnando fortiter legi frumentariae, quae ferebatur. Ceterum tirones notent, in lege dici *semisses et trientes* pro dextantibus: quia dextantes numos non habebant, ut bene docet Gronov. de Sestert. IV. 12. Frustra Chapmannus ap. Pearcium ad Cic. Off. II. 21. corrigit semisse *aut* triente, interpretaturque vilissimo pretio. *Ern.*

APULEIA *Saturnini*, ad Herenn. I. 12. quae non fuit, nisi instauratio aut confirmatio *Semproniae*, A. U. DCLIII lata. Ei se opposuit Quaestor urbanus, Caepio, Senatumque docuit, aerarium tantam largitionem ferre non posse. Itaque perlata non est. Haec continetur legibus Apuleiis, quae memorantur de Legibus II. 6. *Ern.*

LIVIA *M. Livii Drusi*, A. U. DCLXII. lata, quae continetur legibus *Liviis*, a Cicerone de Legg. II. 6. memoratis. conf. Ascon. in Cornelianam, et Flor. III. 17. Haec lex ipsa *Sempronia* erat, quae iam aliquandiu intermissa erat. Non est perlata. *Ern.*

CASSIA TERENTIA, lata a duobus Coss. *C. Cassio* et *M. Terentio* A. U. DCLXXX. consensu Senatus, qui aliter placari plebem, in Senatum nimis vehementer coortam, non posse intelligebat. Ea quini modii singulis in singulos menses constituti videntur. vid. Sall. Hist. p. 974. ed. Cortii, nisi id ipsum e Sempronia repetitum est. Caput eius invenio hoc in Cicerone in Verr. III. 70. ut quotannis ex aerario pecuniae summa decerneretur SCto, qua frumentum in Sicilia, frumentaria pop. Rom. provincia, a praetore emeretur, et quidem eodem omnibus annis pretio, nempe quaternis sestertiis singuli tritici modii, duobus autem hordei. vid. Argument. L. III. in Verr. Ceterum, utrum ad Siciliam solam istud caput pertinuerit, an vero alias etiam provincias complexum sit, de eo non convenit inter eruditos. Illud nobis videtur e Ciceronis loco laudato colligi posse; hoc contendit Contarenus l. c. Atque hoc caput, cum nonnullis aliis fortasse, de modo comportandi distribuendique frumenti, Semproniae additum est. Nam uti in ceteris rebus, de quibus aliquoties ad populum latum, tamquam de ambitu, de repetundis, semper summa primae in eo genere legis servata est, nempe ut agi in hominem posset, ut poena esset crimini constituta, cetera autem de personis, de modo iudicii, de genere poenae mutata sunt: sic in frumentariis legibus semper illud e Sempronia serva-

tum est, ut semissibus et trientibus populo venderentur modii singuli, in ceteris autem rebus quaedam addita sunt aut mutata. Id ex eo intelligi potest, quod a Clodio remissos esse populo trientes cum semissibus tradunt auctores rerum Rom. Ceterum ex dictis intelligitur, Semproniam legem saepe intermissam esse, repetitam autem vel rogationibus tribunorum, auram popularem captantium, vel ab ipsis optimatibus auctoritate senatus, cum interesset senatus, ut se populo gratiosum redderet, eoque facilius tribb. pl. seditiosas leges rogantibus resistere posset. vid. Plutarch. in Catone et Civil. monitis. Atque de hac ipsa lege, aut certe de Clodia, sermo est ap. Cic. ad Att. II. 19. ubi Caesar minatus esse dicitur legi *Rosciae* et *Frumentariae*, quod mortuo plausu in theatro ab equitibus ac plebe acceptus erat, Curio autem filius summo, quod unus Caesaris et Pompeii nimiam potentiam libere insectaretur. Nam sic ulcisci equites putabat, si honorem in XIV. sedendi adimeret, plebem autem, si frumentum, quod exiguo pretio e Sempronia lege a Terentio et Cassio ac paullo ante a Senatu Catonis auctoritate in consuetudinem et usum revocata acciperent. Manutius ad eum locum non satis accuratus est. *Ern.*

CLODIA *P. Clodii* trib. pl. A. U. DCXCV. Hac Semproniae legis beneficium auctum est. Tulit enim, ut gratis daretur frumentum, quod antea semisse ac triente dabatur, Dom. 10. Sext. 26. Ascon. in Pis. 4. *Ern.*

OCTAVIA, *M. Octavii* Cn. F. qui legem frumentariam, incertum quando, tulit, ex qua modica largitio et illis temporibus necessaria fiebat, quod, ut Pighio videtur, maius pretium in

modios singulos statuebat. Cic. Off. II. 21. Ad eum pertinet locus Brut. 62. unde Cic. et, aetate M. et L. Luculli floruisse.

L. PHILIPPI tribuni A. U. DCXLIX. perniciosa, sed non perlata l. c.

FRUMENTARIA *Siculorum*, quae et HIERONICA dicitur. vid. *Hieronica*.

FUFIA lex iuris publici et reip. Rom. saluberrima fuit. Male in plerisque vulgatis libris *Fusia* dicitur. In Graeviana quoque hic varietas est, et interdum, v. c. in Vat. 7. 9. *Fusia* errore operarum expressum est. Tulit eam Tribunus quidam *Fufius*. Est autem, ut *Aelia* et *Caecilia Didia*, de modo comitiorum et legum ferendarum (unde cum iis saepe apud Ciceronem coniungitur) et inter remedia furorum tribunitiorum refertur. in Sen. p. Red. c. 5. in Vat. c. 7. 9. Sancitum erat hac lege, *ne omnibus diebus fastis legem ferri liceret*, de prov. Cons. c. 19. pro Sext. c. 15. Eius etiam mentio ad. Att. IV. 16. Har. R. 27. in Pison. 4. *Ern.*

FUFIA lex, lata a *Q. Fufio Caleno* (non *Fusio*, nam ap. Dionem dicitur *Φούφιος*) tribuno pleb. M. Messala et M. Pisone Coss. A. U. DCXCII. Ei occasionem dedit Clodius. Qui quum sacra Bonae Deae polluisset, et de ea re e SCto consularis rogatio facta esset, ex qua a praetore in iudicio Clodiano iudices legerentur, amicusque Clodii Fufius videret, ea lege perlata, aegre servari posse Clodium; tulit ipse, ut iudices sorte ducerentur, quod ita facilius putaret iudices eiusmodi fore, qui se corumpi sinerent. Eius legis defensor fuit Hortensius, quod a rogatione consulari solo genere iudicum differret, putaretque, nullis illum iudicibus absolvi et vel plumbeo gladio iugulari posse. ad Attic. I. 14. 16. in quo vehementer deceptus est. *Ern.*

FURIA f. FUSIA; nam idem nomen est, et *Furii* iidem et *Fusii* sunt appellati. v. Liv. III. 4. Quintil. I. 10. et Hotomann. ad Verr. I. 42. ubi male vulgo legunt *Furias Fusias*. Ea est *de testamentis*, unde *testamentaria* appellatur. Ex legibus duodecim tabularum licebat legata facere de re sua, quot quis vellet. *Uti quisque legassit suae rei, ita ius esto.* Sed quum saepe tantum legaretur, ut aut non sufficeret res mortui, aut saltem absumeretur ita legatis, ut heredi nihil relinqueretur; noluerunt multi hereditates cernere. Quare, quum intersit reip., valere voluntates morientium, coeperunt quidam *de modo legatis constituendo* cogitare. Itaque tulit ad populum primus C. Furius, *ut non liceret plus, quam mille asses legati nomine capere, isque quadruplum solveret, qui plus cepisset.* Menardus ad Cic. l. c. Theophilus ad Instit. L. II. c. 22. Eius legis mentio est ap. Cic. in Verr. I. c. 42. pro Balbo c. 8. *Ern.*

FURIA ATILIA est *L. Furii* et *Sext. Atilii* tribb. pl. A. U. DCXVII. de Mancino hostibus dedendo, quibuscum in iussu Senatus et populi pacem fecerat. Off. III, 30. *Ern.*

GABINIA est *A. Gabinii* tribuni pl. eius, qui postea Consul cum L. Pisone fuit, unde etiam *Auli* lex dicitur ad Atticum VI. 2. Ea cautum est, *ne provincialibus liceret Romae versuram facere*, h. e. pecuniam foenori sumere: *quodsi quis pecuniam provinciali dedisset, ne ex syngrapha eius rei causa facta ius redderetur a magistratibus provincialibus.* Hoc clarissime apparet ex ep. ad Att. V. 21. (ubi v. not.) VI. 1. Nihilo minus in hac lege explicanda doctissimi viri, P.

Manutius, Iac. Cuiacius aliique errarunt. conf. Dissertatiunc. nostr. de negotiatoribus. *Ern.*

GABINIA *tabellaria*, vid. *Leges. Tab.*

GABINIA alia est eiusdem trib. pl. in Or. pro L. Manilia c. 19. Ibi conqueritur, non licere Pompeio per obtrectatores, A. Gabinium secum inter legatos educere in bellum, adeoque expertem esse gloriae eius imperatoris atque exercitus, qui eius consilio, periculo ac lege constitutus sit. Ex quo intelligi potest, Gabinium pertulisse legem *de Pompeio Piratico bello praeficiendo*, quod c. 17. diserte dicit. Clarius de hac lege Plutarchus loquitur in Pompeio p. 631. ed. Wechel. Ἔγραψε δὲ Γαβίνιος εἷς τῶν Πομπηΐου συνήθων νόμον, οὐ ναυαρχίαν, ἄντικρυς δὲ μοναρχίαν αὐτῷ διδόντα, καὶ δύναμιν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἀνυπεύθυνον. Ἐδίδου γὰρ ἄρχειν ὁ νόμος αὐτῷ τῆς ἐντὸς ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης, ἠπείρου δὲ σταδίους τετρακοσίους ἀπὸ θαλάσσης -- πρὸς δέ τούτοις ἑλέσθαι πεντεκαίδεκα πρεσβευτὰς αὐτὸν ἐκ τῆς βουλῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμονίας, χρήματα δὲ λαμβάνειν ἐκ τῶν ταμείων καὶ παρὰ τῶν τελωνῶν, ὅσα βούλοιτο, καὶ ναῦς διακοσίας κύριον ὄντα πλήθους καὶ κατὰ λόγου στρατείας καὶ πληρωμάτων ἐρετικῶν. Ei legi se Catulus, Roscius, aliique sed frustra, opponebant, et tandem, invito senatu, perferebatur. vid. inpr. Dio Cass. XXXVI. p. 10. *Ern.*

GABINIA alia eiusdem *A. Gabinii* est, legi *Pupiae* similis, de qua suo loco. Ea sancitum est, *ut mense toto Februario quotidie*, h. e. omnibus diebus, quibus Senatus haberi posset, *Senatus legationibus daretur*, ad Qu. Fr. II. 12. *Ern.*

L. GELLII et Cn. CORNELII lex A. U. DCLXXXI. tempore belli Mithrid. de senatus sententia sanxit, *ut cives Romani essent optimo iure, quos Cn. Pompeius Imperator de Consilii bellici*

(ut Cic. appellat in Vat. c. 15.) *sententia sigillatim civitate donarit.* Or. pro Balbo c. 8. 14. *Ern.*

GLAUCIA, v. *Servilia de repetundis.*

C. GRACCHI *frumentaria*, v. *Frumentariae.*

C. GRACCHI lex *de iudicio capitis civis Rom.* v. *Semproniae leges.*

HELIA, quae a nonnullis e Cicerone laudatur, v. c. in Nizoliano lexico, est AELIA, de qua suo loco. *Heliam* gentem nullam Romae fuisse docet Perizonius de num. Consul. p. 35. in Triga Diss. p. 151. *Ern.*

HIERONICA saepe in Verrinis memoratur, v. c. II. 13. III. 7. 51. IV. 22. Lex fuit Siculorum, ex qua inter aratores (h. e. qui agros publicos pop. (Rom. hac conditione ac lege tenerent ut decimas quotannis darent pop. Rom.) et decumanos (h. e. publicanos, qui decumas redemerant,) iudicia fierent. Verr. II. 13. Eam dederat Hiero rex, pop. Rom. amicus, suis aratoribus et decumanis. Similis autem erat legibus locationum pactionumque censoriis. Nam ea constitutum erat, *quibus conditionibus aratores Siculi agros Regis obtinerent. Scripta ita diligenter est*, ait Cicero, Verr. III. 8. *ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet, ita servere, ut tyrannum; qua lege Siculis tamen arare expediret. Nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non possit auferri.* Quum igitur Rupilius praetor Siciliam in provinciae formam redigeret, eam de consilii sententia retinuit, et aratoribus agri Romanorum publici dedit, quod eius aequitatem perspexerat. *Ern.*

HIRTIA, lata iussu Caesaris a praetore *A. Hirtio*, qua sancitum est, ne quis Pompeianus, qui vivat, teneat dignitatem. Phil. XIII. 16.

HOSTILIANAE ACTIONES, v. Ind. Histor.

IUDICIARIAE sunt, quibus constituitur, penes quem ordinem iudicia sint, *Sempronia, Plotia, Cornelia, Aurelia, Pompeia;* de quibus suis locis. in Pison. 39. vide inprimis *Aurelia* Lex. Sigon. de Antiqu. Iur. C. R. II. 18. *Ern.*

IULIAE LEGES. De Harusp. resp. c. 23. memorantur *leges Iuliae* contra auspicia latae. Eae sunt, quas in Consulatu primo tulit. vid. Plut. in Caesare, p. 713. ed. Wechel. *Ern.*

AGRARIA IULIA, vid. supra *Leges Agrarias.*

IULIA *de provinciis ordinandis*, lata in primo Consulatu, qua repetita et aucta est *Cornelia*, de qua supra. Iubebat duas rationes in provincia apud duas civitates deponere, easdemque totidem verbis ad aerarium referre. Ep. ad Div. V. 20. II. 17. ad Att. VI. 7. ne praetoriae ultra annum, consulares ultra biennium obtinerentur. Phil. I. 8. Quae autem lex *Iulia* Phil. III. 15. commemoratur, ex qua Brutum, Plancum, aliasque provincias obtinere placebat Ciceroni, privilegium fuit, quo his provinciae istae datae sunt contra legem *Semproniam*, quae SCto decerni Coss. et Praett. designatis provincias iubebat. *Ern.*

IULIA *de repetundis*, lata in primo Consulatu, post *Calpurniam, Aciliam, Serviliam, Corneliam*, acerrima et iustissima. Sext. 64. in Pis. c. 16. pro Rab. P. c. 4. in Vatin. c. 12. *Ausus est Gabinius, mitto exire de provincia, educere exercitum*, (quod olim lege prohibitum non fuisse docent Duker et Drakenb. ad Liv. XXVII. 43.) *bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi aut senatus accedere, quae cum plurimae leges veteres, tam lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis planissime vetant*, etc. Lex *Cornelia* vetat, quatenus maiestas pop. Rom.

his rebus minuitur: *Iulia*, quia talia fieri solent pecuniae acceptae causa. conf. argum. Or. pro Rab. Posth. De hac lege est etiam locus in Pison. c. 21. Eadem lex est, quae ibi nominatur c. 37. et in universum ex hac oratione plurimum lucis capit, quod in ea obiiciuntur Pisoni et Gabinio, quae contra hanc legem fecerant. Constitutum erat ea lege, quid et a quo accipere in provincia liceret, ad Att. V. 10. et 16. *Scito non modo nos foenum, aut, quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec praeter quattuor lectos et tectum quemquam accipere quicquam* etc. Iubebat etiam post *Serviliam* et *Corneliam*, si e bonis, de repetundis condemnati, non tantum redigeretur, quanti ei lis aestimata esset, reliquias ab iis persequi, ad quos ea pecunia pervenisset; ex quo legis capite Rabirius Posth., condemnato e lege *Iulia* Gabinio, accusatus est. vid. c. 4. Ea autem oratione ostendit, hoc capite legis equites, ut tota lege, non teneri. Ceterum multa huius legis capita fuisse intelligi potest e Coelii epist. 8. qua unum et centesimum caput laudatur; quae epistola multum facit ad huius legis rationem cognoscendam. Huc pertinet etiam locus Flacc. c. 6. Ex iis legis capitibus multa servata sunt in Pandecte L. XLVIII tit. 11. v. de hac lege Lips. ad Tac. A. XIV. 28. et Interpp. Suetonii ad Caes. 43. *Ern.*

IULIA *de sacerdotiis* lata, in qua lex *Domitia* repetita, et ei quaedam addita sunt. Ex ea licebat etiam absentis rationem habere in creandis sacerdotibus. ad Brut. ep. 5. *Ern.*

IULIA *Sumtuaria*, ad Att. XIII. 7. a Dictatore Caesare lata. Quamquam enim P. Manutius ad Cic. ep. ad Divers. VII. 26. plane vocat in du-

bium hanc legem, atque etiam Gellius II. 24. Octaviano tribuit Iuliam sumtuariam: tamen ex l. c. satis apparet, superiores sumtuarias leges ab eo repetitas et severius sancitas fuisse. Nam propterea ex Hispania scripsit, se postea Romae mansurum, ne leges suae negligerentur, ut neglecta esset illa, quam de sumtibus faciendis tulisset. Si ab alio lata sumtuaria neglecta esset, ut placet Manutio, unde timet Caesar, ne suae quoque contemnantur? Aliorum leges saepe neglectas scimus (vid. v. c. *frumentariae leges*); sed non facile vivo latore, in primis eo, qui potens esset, et legem suam conservatam vellet. Itaque Caesar non putasset, hoc in his legibus ausurum quemquam, et propterea in Hispaniam abiit. Nunc cum aliter videt evenisse, et iam initium negligendarum legum suarum factum esse in *sumtuaria*, Romae manere vult, ut praesentia sua absterreat homines a tali re audenda. Denique si alius legem neglectam dicere voluit, cur sumtuariam potius nominat, quam quamcumque aliam? De hac lege Caesaris intelligendus sine dubio est etiam locus ad Div. IX. 15. nam ea epistola scripta est paullo ante, quam Caesar in Hispaniam iret post bellum Africanum. Ceterum is neglectus legis eum movisse videtur, ut postea severe eam exerceret. vid. Sueton. c. 43. et ibi Torrent. *Ern.*

IULIA *de Legationibus liberis. Liberae legationes* dicuntur, cum Senatoribus, privatae rei causa, tamquam voti solvendi, hereditatis aut syngraphae persequendae, extra Italiam abeuntibus, ius nomenque legati pop. Rom. SCto datur, ut eo maiori cum dignitate, securitate etc. ubique versari possint. Harum tempus olim infinitum fuit. Namque hanc ipsam ob causam liberae dici

videntur, quod exire et redire liceret, quum placeret. Sed quoniam multi nimis abutebantur legationis nomine ac iure, Cicero Consul retulit ad Senatum de tollendis legationibus liberis Senatus Consulto. In quo quum ei tribunus plebis quidam intercessisset, effecit tamen, ut annuum tempus esset, quod antea infinitum erat, de Legib. III. 8. Iulius Caesar postea de his legationibus tulit, *ut quinquennium tantum durarent.* ad Att. XV. 11. Ceterum de legationibus liberis, nulla necessitas mihi videtur esse statuendi, peculiari lege sancitum esse. Nam potuit legis de provinciis caput esse de legationibus liberis, quod eae in primis ad provincialium iniuriam pertinebant. *Ern.*

IULIA *de publicanis tertia parte pecuniae debitae relevandis*, lata est in primo Consulatu. quam primus scivit Plancius. Cic. pro Plancio c. 14. Ea lege sibi equestrem ordinem Caesar adiunxit; quum Cato contra, publicanis nimis acerbus quod erat, a Senatu equites abalienaret.

IULIAE *iudiciariae.* Phil. I. 8. His abrogavit Aureliam de iudiciis cum tribus civitatis ordinibus communicandis, sublatis e numero iudicum Tribunis aerarii. Sueton. c. 41. deinde de iudicibus legendis, eorum censu, aetate, sanxit eadem lege.

IULIA *de vi et maiestate.* Ea sancitum est, ut de vi et maiestate damnatis aqua et igni interdiceretur. Phil. l. c. Ea non est confundenda cum *Iulia* altera de maiestate, cuius fragmenta sunt in libris iuris civilis. Nam ea est Augusti. De lege *de vi* vid. Iul. Paull. Sentent. Rec. V. 26. ap. Schulting. Iuris-Prudent. Ante-Iustin. p. 520. sq.

IULIA

L. Iulii Caesaris, qui consul fuit cum P.

Rutilio Lupo, bello Sociali A. U. DCLXIII. *de civitate cum Sociis et Latinis communicanda*, pro Corn. Balb. c. 8. Cuius legis hoc caput erat, ut ad eos tantum populos hoc beneficium pertineret, qui fundi (ei legi sc.) facti essent, h. e. ut liberum cuique civitati sociorum Latinorumque esset, utrum vellent hoc beneficio uti, nec ne? Itaque etiam Heracliensium et Neapolitanorum multi hoc beneficium repudiabant, h. e. ei legi fundi fieri nolebant. Nam, quemadmodum donatio nullam vim habet, nisi is, cui fit, ei donationi fundus fiat, s. uti loquuntur ICti, accipiat donationem; sic nulla lex Romana, qua beneficium sociis aliisque populis tribuitur, rata esse potest, et ex ea lege beneficio quisquam uti, nisi eam legem probaverit, h. e. professus sit, se beneficio legis uti velle. Haec quamquam iam ab aliis, tamquam Graevio, dicta sunt, tamen placuit repetere, quod in hac formula, *fundi facti sunt populi*, explicanda etiam nunc errare doctos viros inveni. *Ern.*

IUNIA *de peregrinis*, v. *Penni de peregrinis.*

IUNIA LICINIA, v. *Licinia Iunia.*

LAETORIA

(pro quo in multis vulgg. Ciceronis libris male est *Plectoria*, *Lectoria*, *Pletoria*, solenni librariorum aberratione, v. Drakenb. ad Liv. XXXIV, 45.) *contra circumscriptiones adolescentum.* de Off. III. 15. vid. Manut. ad Cic. locis infra citatis, Salmasium ad Capitolinum in Anton. p. 330. et Gruterum ibidem. Ea minorennitatis, ut vocant, anni definiti sunt. Ea enim cautum est, *ne XXV. annis minores stipulari possent*, auctore Sueton L. IV. Rhetor. ap. Priscian. et inter

fragmenta Suetonii: unde *Quinavicennaria* Plauto dicitur in Pseud. I. 3. 68. Hac lege rei privatae iudicium, publicum factum est, ut Cic. ait de Nat. Deor. III. 39. Alia eius capita collegit Heinecc. H. I. C. p. 84. in quo non videtur locum in Capitolini Marco inspexisse. Nam V. Cl. dicit, ibi tradi, minoribus petentibus, causa cognita, datos curatores e lege hac. Capitolinus dicit: *Curatores datos ex eapropter lasciviam, et dementiam,* Antonium autem statuisse, *ut omnibus adultis curatores darentur, non redditis causis.* Sed dudum ante Heineccium sparsa legis huius capita collecta sunt a Gothofredo ad *l.* 2. *Cod. Theodos. de donat.* Tulit *M. Laetorius Plancianus* Trib. Pl. A. U. CCCCXC. cf. doctos viros ad Caii Instit. I. 8. de Curationibus. *Ern.*

LICINIA MUCIA,

lata a *L. Licinio Crasso* Oratore et *Q. Mucio Scaevola* A. U. DCLVIII. *de civitate, ne quis sit pro cive, qui non sit civis.* de Or. II. 64. Offic. III. 11. pro Balbo 21. 24. pro Cornelio maiestatis reo, ubi *lex de civibus regundis* dicitur, ad qu. l. v. Asconius. Licebat autem ex ea lege his, ex quorum civitate erat, qui pro cive Rom. esse haberique volebat, eum repetere, quod et lege *Papia* licebat: quod intelligi potest e Brut. c. 16. Hanc legem causam praecipuam belli Italici fuisse tradit Cicero de Off. III. 11. atque hac sine dubio de causa perniciosam appellat in Cornelianae I. fr. Ceterum de hac lege vid. in primis Balduini Iurispr. Muc. p. 100. ubi de toto hoc legis genere, quod est de civitate, agit. *Ern.*

LICINIA IUNIA,

a *Licinio Murena* et *D. Iunio Silano* Coss. A. U. DCXCI. lata. Lege *Caecilia Didia* sanci-

tum erat, ut lex ferenda per trinundinum promulgaretur. Hoc legis illius caput novis severioribusque poenis sanxit *Licinia Iunia*, unde utraque lex saepe iungitur a Cicerone, Phil. V. 3. pro Sext. 64. Ad Attic. IV. 16. II. 9. Vatin. c. 14. *Ern.*

LICINIA *Crassi* Oratoris,

similis *Aebutiae*, qua cautum est, ne ei, qui de aliqua curatione ac potestate ferret, collegis, cognatis, affinibus eam potestatem curationemve mandare liceret. Agr. II. 8. pro Domo 20.

LICINIA de *ambitu*,

et quidem *de sodalitiis*, lata Cn. Pompeio et M. Crasso Coss. A. U. DCXCVIII. vid. Argum. Or. pro Plancio. Nam ex ea lege accusatus est a Laterense Plancius. Erat autem lex severissima, et *editicios iudices* concedebat, h. e. eos, quos accusator edidisset, quum in ceteris iudiciis, qui praeerat iudicio, sortiretur iudices, reus et accusator, quos vellent, reiicerent, quod multo aequius videtur. Sed senatus, cuius bona voluntate haec lex lata est, propterea in hac causa editicios iudices edi volebat, quod existimabat, si reo iudices ab accusatore ederentur, accusatorem eos editurum ex iis tribubus, quas reus largitione divinctas haberet. Ita fore, ut iidem et testes et iudices essent. Neque vero cuiquam melius de largitione facta constare posse, quam tribulibus. Itaque Cicero Laterensem reprehendit, qui, quum Plancium ex hac lege accusaret, non eas tribus edidisset, quas maxime clamaret corruptas esse, sed longe alias: ex quo intelligatur, eum non tam legem de sodalitiis, quam editicios iudices secutum esse. vid. pro Plancio c. 15. 16. sqq. ex quo loco,

aut oratione, huius legis ratio unice cognoscenda est. De hac lege capit etiam P. Manutius locum Caelii ep. 2. *Ern.*

LIVIAE leges, quarum mentio ap. Cic. de Legg. II. 6. et in Cornelianae l. fragmentis, sunt *Livii Drusi* Trib. plebis seditiosi A. U. DCLXII. non perlatae. Tulit autem *frumentariam*, de qua supra, *iudiciariam*, qua iudicia communia essent senatoribus et equitibus, item *agrariam* de Coloniis deducendis per Italiam et Siciliam, et alias. Cicero autem loc. cit. dicit has leges et Apuleias Titiasque *uno Senatus versiculo* sublatas esse, h. e. permissa Coss. republica, hac formula: Videant Consules, ne quid detrimenti capiat respublica. cf. l. c. c. 12. *Ern.*

LURCONIS lex de *ambitu* lata est ab *Aufidio Lurcone*, unde *Aufidia* dicitur, A. U. DCXCII. Pisone et Messala Coss. quae qualis fuerit, cognoscitur ex Ep. ad Att. I. 1. *Ern.*

LUTATIA vel LUCTATIA, lata *Q. Lutatio Catulo* et M. Aemilio Coss. A. U. DCLXXV. de *vi*, acerbior *Plotia*, qua sancitum est, ut etiam festis diebus ludisque, quibus iudicia nulla erant, (vid. Act. I. in Verr. 10.) de vi quaeri posset. pro Caelio c. 1. (ubi Pighius ad a. DCLXIV. legi vult *retulit* pro *tulit*) et 29. Propterea autem adeo severe de vi sancitum est, quod eo tempore arma in ipsa urbe versabantur civilia, adeoque severissimis legibus coërcenda vis erat. l. c. *Ern.*

MAENIA, lata a *Maenio* trib. pl. A. U. CCCCLXVII. ut patres ante inita a populo suffragia fierent auctores eius rei, quam populus iussurus esset, neque adeo reprehendere comitia, h. e. irrita facere, possent. in Bruto c. 14. Ad hanc legem respicit Livius I. 17: *Decre-*

verant, ut, cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent, hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius, vi ademta. Priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres auctores fiunt. Ceterum lex Maenia confirmavit tantum et repetiit legem *Publiliam* in eandem sententiam iam A. U. CCCCXIV. a Q. Publilio Philone Dictatore latam. Liv. VIII. 12. vid. Gronov. obs. I. 25. qui locum illum Ciceronis egregie illustrat. *Ern.*

Lex MAIESTATIS, Corn. Sullae, in Pisoni c. 21. v. *Cornelia de maiestate.* Praeter eam de maiestate laudantur apud Ciceronem *Apuleia, Varia, Iulia*, de quibus suis locis.

MAMILIA *de regundis finibus agrorum*, h. e. fundorum; qua constitutum est, ut in finibus agrorum, quinque pedes in latitudinem relinquerentur, ut Legg. XII. tabb. constitutum esset, et singuli arbitri regendis finibus orta controversia esset. de Legg. I. 21. Hunc locum non vidit Cl. Heineccius H. I. C. R. p. 85. 86. ubi pluribus de hac lege (ex Gaesio) disserere instituit, quod a paucis intelligatur. Nihil igitur de arbitris. Ceterum de hac lege vid. Gaesius ad script. Agr. p. 339. et in not. p. 182. 191. etc. Primus fragmentum eius protulit Lipsius Elect. I. 15. Lata est A. U. DCXLII. *Ern.*

MAMILIA in Bruto c. 33. 34. In edd. vulgg. est *Manilia*, quae nomina confunduntur saepissime in libris. Est rogatio ea, de qua Sallust. B. Iug. c. 40: *Inter ea C Mamilius Limetanus trib. pl. rogationem ad populum promulgat, uti quaereretur in eos; quorum consilio Iugurtha Senati decreta neglexisset, quique ab*

ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, qui perfugas tradidissent, item qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Ibi optimi Codd. et plerique habent *Mamilius;* sed nonnulli tamen *Manillius* et *Mallius.* Item apud Gellium VI. 11. *Mamilius* defendit etiam Pighius Annal. T. III. p. 123. vid. plur. ap. Cortium ad Sallust. l. c. De nominum illorum confusione vid. et Gruter. ad Cic. de Or. II. 58. Interpp. ad Liv. XXVII. 35. et mox in *Manilianis* Legg. *Ern.*

MANILIA, a Trib. pl. C. Manilio lata et a Praetore Cicerone defensa, qua *Pompeio Mithridatici belli reliquiae persequendae traditae* sunt. vid. Arg. Orat. pro Lege Manil. Orat. c. 29. Plutarchus in Pompeio. p. 643. ed. Wechel. *Ern.*

MANILIA de *suffragiorum confusione*, pro Mur. c. 23. a *C. Manilio* trib. pl. A. U. DCXXCVII. lata. Haec est eadem, quae in Corneliana dicitur *de libertinorum suffragiis.* Ea enim lege, cuius auctorem Cornelium fuisse dicebat accusator, sancitum est, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, ut Asconius in Milonianam prodidit. Ante enim libertini omnes in tribubus quattuor urbanis suffragia ferebant, in quas cum reliqua fece coniecti erant a Censore Fabio, qui hoc salubri instituto Maximi cognomen meruit. *Ern.*

MANILIANAE Leges *venalium vendendorum*, in L. I. de Orat. c. 58. erant formulae, quibus uti possent in rebus vendendis emendisque, qui se decipi nollent: unde *Actiones* vocantur a Varrone R. R. II. 5. 11. unde et verbosiores fuisse discimus. Exemplum talis legis est apud eundem II. 3. 5. Auctorem habebant *Manium Manilium,*

ICtum eum, qui A. U. DCIII. Consul cum L. Marcio Censorino fuit. De scriptura, utrum *Manil.* an *Mamil.* v. Victor. ad Varr. l. c. variant enim libri. *Ern.*

MARIA lata a *C. Mario* trib. pl. eo, qui postea saepe Consul fuit, A. U. DCXXXIV. ambitum coërcet et libertatem suffragii ferendi auget. Iussit enim *ut pontes angustiores fierent*, quos suffragium ferentes transibant, de Legg. IV. 17. ne quis scil. inspicere tabellam posset, ne rogare de suffragio, aut appellare ferentem. Ea lex, quia potentiae procerum opposita erat, a Cotta et Metello Coss. oppugnata SCto est, sed frustra. vid. Plutarch. in Mario p. 407. ed. Wechel. *Ern.*

MEMMIA, quae ex Orat. pro S. Roscio laudatur, rectius *Remmia* dicitur, de qua suo loco.

MUCIA LICINIA, vid. *Licinia Mucia.*

MILITARES LEGES. Pro Flacco c. 32: *Si iustas inimicitias putatis, cur, cum trib. mil. Flaccus esset, in eius legione miles fuisti, cum tibi per leges militares effugere liceret iniquitatem Tribuni?* Ap. Lipsium de re milit. XV. 15. de legibus militaribus agitur, sed de legibus furti tantum, nihil de ceteris, aut de ea, ad quam respexit Cicero. Ea autem haec fuit, ut, si quis forte in eius tribuni legionem miles allectus esset, quem sibi putaret inimicum, eamque rem plane facere posset, ut is, inquam, ex ea legione in aliam transire posset, ne iniquitati inimici obnoxius esset. *Ern.*

NUMARIA, Cornelii Sullae. vid. *Cornelia numaria.*

OTHONIS lex, quae laudatur pro Murena c. 19. est *Roscia*.

PAPIA, lata a *C. Papio*, trib. pl. A. U. DCLXXVIII. Cotta et Torquato Coss. v. Dio Cassius XXXVII. p. 33. Eam pluribus locis commemorat Cic. pro Archia c. 5. pro Balbo 23. ad Attic. IV. 14. Offic. III. 11. Sanxit, *ut peregrini urbe pellerentur, et socii Latini nominis in suas civitates redigerentur.* Peregrini ea aetate qui dicti sint, docet Spanhem. in Orb. Rom. p. m. 363. Hi primo capite legis ex urbe exire iussi sunt, ne se pro civibus Rom. gererent, quod a multis fiebat, ut olim Gracchorum temporibus a Penno iam sancitum erat, teste Cic. de Off. III. 11. qui hanc crudelitatem valde improbat. Alterum caput fuit, ne socii Latini Romae essent, ne urbes sociorum Latin. vastae fierent, quod iam ante A. U. DLXXVI. lex *Claudia* Consularis rogatu ipsorum sociorum sanxerat, neve se pro civibus Romanis gererent. v. Liv. XLI. 8. 9. et paullo post L. Postumius Consul, ut servaretur, edixerat ibid. XLII. 10. Itaque ex hac lege Mamertini M. Crassum quendam repetere susceperunt, a quo tamen incepto postea recessere. pro Balbo c. 23. In huius legis tempore graviter errat Sigonius, qui eam latam esse paullo post Claudiam ait, de I. Prov. III. 1. eumque secutus Balduin. Iurispr. Muc. p. 101. aliique, cum plus centum annis inter utramque intersit. Itaque Cicero de Off. III. 11. a Penno, qui post legem Claudiam vixit, et legem suam A. U. DCXXVII. promulgavit, peregrinos exterminatos dicit *apud patres nostros, a Papio nuper.* Quidam vero duas leges putant latas a Papio, v. Manut. ad Agrar. I. 4. *Ern.*

PAPIRIA, *C. Papirii Carbonis*, qua tulit, *ut eundem trib. pleb. toties creare liceret, quoties populus vellet.* Eam dissuasere P. Africanus, Laelius, alii. Nocte sequente ob hanc legem interfectus est. Cic. in Laelio, c. 25. et aliis locis. cf. Epit. Liv. L. CIX. *Ern.*

PAPIRIA, lex tribunitia incertae aetatis, qua sancitum est, *ne quis aedes aut quamcumque rem, terram, aram, lignum, iniussu populi consecraret.* Auctor fuit *Q. Papirius.* Cic. pro Domo c. 50. *Ern.*

PEDUCAEA *de incestu,* de Nat. Deor. III. 30. lata a *Sexto Peducaeo* trib. pl. A. U. DCXL. Hanc legem frustra audet e legum numero eximere Bohierius ad l. c. cum Cicero diserte dicat, *rogationem de incestu:* quae verba interpretationem Viri summi plane respuunt. Nam actio Peducaei in Metellum, de qua hunc locum ex Ascon. in Milonianae c 12. interpretatur, non fuit rogatio potius, ut, quoniam Metellus male iudicasset, extra ordinem iudex Cassius constitueretur. Neque haec rogatio tantum indicat corruptionem humani ingenii, quam illa de incestu, ex qua intelligitur, etiam poenis esse homines a tantis sceleribus absterrendos. *Ern.*

M. IUNII PENNI trib. pl. temporibus C. Gracchi A. U. DCXXVII. quam tulit *de peregrinis ex urbe eiiciendis.* Hanc legem intermissam instauravit Papius. v. *lex Papia.* Off. III. 11. *Ern.*

PHILIPPI ex *Agraria* Off. II. 21. vid. Supra in Agrariis.

PLOTIA *iudiciaria*. cuius mentio pro *Cornelio mai. reo. I* Lata est a *M. Plautio Silvano*, Strabone et Catone Coss A. U. DCLXIV. Ea lege iudicia cum equitibus et senatoribus communicata sunt, quod Q. Servilius Caepio et L. Drusus frustra tentaverant. Nam tum e *Sempronia* lege equites soli iudicabant. vid. Ascon. ad l. c. *Ern.*

PLOTIA, eiusdem trib. *de vi armatis hominibus*, ut de eius capite quaereretur, qui vim fecissset. Eius saepe mentio apud Ciceronem, v. c. pro Mil. c 13. ad Div. VIII. 8. ad Att. IV. vid. Sigon. de Iud. II. 33. Sed ibi graviter errat vir doctus, cum eam legem auctoritate Catuli latam dicit, adeoque duas leges confundit et pro una habet, quae apud Ciceronem saepe distinguuntur. Lex *Lutatia Catuli*, de qua supra, severior fuit *Plotia*, et sanxit praeterea, ut quibuscumque diebus, etiam festis, quibus nulla exercebantur iudicia, de vi quaeri posset ex *Plotia* lege. Itaque non de *Plotia*, sed de *Lutatia* capiendus est Cicero pro Coelio ab init. cum legem esse dicit, quae quotidie quaeri iubeat de vi armatis hominibus. Ceterum quid sit *vis*, docet Cicero pro Caecina. Caelius ep. 8. scribit, Sempronium Rufum tulisse accusatori sub Tuccio calumniam, eumque reum fecisse lege *Plotia* de vi.

PISONIS *de repetundis*. vid. *Calpurnia de repetundis*.

PLAUTIA vel PLOTIA *agraria*, tribunitia incertae aetatis, sed paullo ante Flavii rogationem lata, quae ei similis fuit, auctore Cicerone ad Att. I. 18.

POMPEIA *iudiciaria*, lata a *Cn. Pompeio* in Consulatu secundo A. U. DCXCVIII. qua lege servatur quidem *Aurelia*, sed hoc adiicitur, ut amplissimo ex censu, e centuriis, aliter quam ante, iudices legerentur. vid. Ascon. ad Pisonianae c. 39. Eius mentio apud Cicer. in Pison. l. c. Phil. I. 8. Ex his intelligitur, quomodo capienda sint Plutarchi verba in Pompeio, p 350. ed. Wecht *τὰς δίκας περιεῖδεν αὖθις εἰς τοὺς ἱππέας νόμῳ μεταφερομένας* nempe ita: Non modo non adversatus est rogationi *Aureliae*. qua equites in societatem iudiciorum vocantur; sed deinde etiam eodem consulatu confirmavit, lata lege in eandem sententiam, sed adiecto capite de censu.

POMPEIA *de vi*, est *Cn. Pompeii* in tertio consulatu A. U. DCCI. lata, qua sancitum est, *ut de caede in via Appia facta extra ordinem quaereretur*. Eam legem cognoscas licet e Miloniana et Asconii Argumento.

POMPEIA *de ambitu* eiusdem *Cn. Pompeii* tertium Consulis, ad Att. X. 4. qua gravior poena et breviora iudicia constituta sunt. Nam ternae tantum horae ad dicendum datae sunt, in Bruto b. 95. add. Att. XIII. 49. ubi est dierum praestitutorum mentio. V. ad locum illum P. Manutium.

PORCIA, *M. Porcii Catonis* Censorii, ut existimat P. Manutius, qua cautum est, *ne quis civem Rom. vinciret, aut verberaret, aut necaret*, pro Rab. 4. Verr. V. 63. cf. Liv. X. 9. Sed si haec lex est eadem, quae *de provocatione* laudatur, quod mihi fit verisimile, quando utrumque ad libertatem civium pertinet, non Catonis est ea lex, sed *Porcii Leccae* tribuni pl. A. U. DLVI. quod

placet etiam Pighio ad h. a. Sigonio, et Ant. Augustino. An haec lex Imperatoribus ius in capita civium ademerit in bello, quaeri potest. Sed recte negant Sigonius et Dukerus; ad Livii Epit. 57. *Ern.*

PUPIA, a *Pupio* quodam trib. pleb. nomen habere videtur. Eius haec capita apud Ciceronem reperio. Primum, *ne senatus de ulla re toto mense Ianuario habeatur, nisi aut perfectis aut reiectis legationibus,* Fam. I. 4. cui post lege Gabinia adiectum est, ut ne Februario quidem, ut supra dictum. Alterum, *ne senatus diebus comitialibus habeatur*, ad Q. Fr. II. 12. *Ern,*

De RELIGIONE lex, quae ad Att. I. 16. memoratur, est *Fufia.*

REMMIA (pro quo vulgg. edd. *Memmia* habent, quidam etiam *Remniam* dicunt, utrumque male, et repugnantibus Codd. melioribus, cum Ciceronianis, tum Digestorum, in quibus de hac lege est XLVIII. 16.) Quo auctore et quo anno lata sit, non constat. Hoc ex Cic. pro S. Roscio Amer. c. 19. intelligi potest, fuisse oppositam impudentiae calumniatorum, ne scil. liceret quemvis vel innocentem impune accusare, eique molestiam creare, sine causa. Ex c. 20. autem colligitur, calumniatorum fronti literam fuisse inustam. Quae autem inuri solita sit, de eo non satis certo constat. Nam etsi valde probabilis est eorum opinio, qui K. inustam putant, quod ea prima litera est vocis *calumnia*, e veteri scribendi ratione, quae *kalumnia* scribebat. v. Vossius Aristarch. I. 17.: tamen non est omni ex parte certa, sed coniectura tantum nititur; quando ne-

mo vett. est eius rei auctor. Frustra ad Paullum provocat Vossius. Nihil de litera dicit. Hoc poenae genus sustulit deinde Constantinus M. vid. Menard. ad Cicer. l. c. Extat *Brencmanni* eruditus de hac lege libellus. *Ern.*

De REPETUNDIS leges, quibus tenentur magistratus et senatores, qui in provinciis, aut propter rem iudicandam, contra leges, pecunias cepere. Cic. pro Cluent. c. 37. 54. sunt *Calpurnia, Acilia, Iunia, Servilia, Cornelia, Iulia,* de quibus suis locis agitur.

ROSCIA *theatralis*, lata a *L. Roscio Othone* trib. pl. A. U. DCLXXXVI. C. Calpurnio Pisone et Manio Acilio Glabrione Coss. fautore equestris ordinis. Ea sancitum est, ne quis in quatuordecim gradibus orchestrae, in qua senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques et equestri censu esset. Itaque si quis censum decoxisset eques, non licebat ei inter equites sedere. Cic. Phil. II 18. Nam decoctoribus cuiuscumque ordinis, ut ex eodem loco constat, certus locus assignatus in theatro erat, neque solum his, qui suo, sed etiam qui fortunae vitio decoxissent. In Or. pro Muren. c. 19. bis dicitur lex haec equitibus dignitatem et voluptatem *restituisse:* quo verbo utitur etiam Velleius II 32. (ubi vid. Intt.) Ex quo colligere licet, equites iam antiquioribus temporibus separatim a plebe sedisse: nisi quis velit *restituere* intelligere *praestare*, ut saepe est in legibus v. Gloss. Nomic. Cod. Theod. in h. v. Ceterum quas turbas haec lex, Consule Cicerone, dederit, cum plebi in mentem venisset, sibi eam legem ignominiae esse, et quomodo eae a Cicerone

oratione aliqua, quae intercidit (ad Attic. II. 1.) compositae sint, v. ap. Plutarch. in Vit. Cicer. et Plin. VII. 30. ubi v. Harduin. Eam secuta est lex *Iulia* de eadem re. Plin. XXXIII. 2. *Ern.*

RULLI lex agraria, v. *Servilia.*

RUPILIA lex apud Siculos dicebatur, quod *decretum* potius dicere more Romano debebant, ut facit Cicero Verr. II. 13. Nam Rupilia lex continebat iura, quae *P. Rupilius* Praetor victis Siculis de decem legatorum sententia, ut moris erat, dederat, cum Siciliam in provinciae formulam redigeret. Eius saepe fit mentio Verrinarum secunda et tertia, quod Verres eam in iurisdictione et re frumentaria neglexerat. *Ern.*

De SACERDOTIIS, est lex a *C. Licinio Crasso* lata, sed non perlata. (vid. *Lex Domitia.*) de Amicit. c. 25.

LEGES SACRATAE. Hae dici putantur in primis, quae in monte sacro A. U. CCLX. secessione populi facta, latae sunt, unde ipsi illi monti nomen haesit. Liv. II. 33. Earum mentio apud Ciceronem saepe, in primis in iis orationibus, in quibus in Clodiam legem, contra se latam, invehitur, quod ea legibus sacratis vim attulerat. pro Sext. 30. pro Domo c. 17. de Off. III 31. de Legg. II. 7. etc. Locus in primis illustris est in Cornelianae l. fragm. *Tanta igitur in illis* (nempe vett. Rom.) *virtus fuit, ut anno XVI. post reges exactos, propter nimiam dominationem potentium, secederent, leges sacratas sibi ipsi* restituerent, *duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem,*

qui hodie *mons sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa* consecrarent. Ad q. l. male Asconius, in monte sacro primum *sacratas* latas, dicit, et verba Ciceronis sollicitat, ut ex sequentibus patebit. Leges autem sacratas apud Livium tres reperimus, s. legis sacratae in monte sacro latae tria capita potius; *sacratam* enim *legem* dicit, l. c. et *sacratae leges* per enallagen pro *sacrata* dici possunt. v. *Leges Titiae. 1, ut Tribuni quotannis quinque de plebe crearentur, qui auxilio plebi adversus consules essent: 2, ut iidem tribuni pl. sacrosancti essent: 3, ut soli plebeii tribuni fierent.* Sigonius de I. C. R. I, 6. duas alias addit: *1. ne de capite civis nisi centuriatis comitiis ageretur: 2. ne privilegia* h. e. rogationes in homines singulos, *ferri liceret.* Et dicuntur sane sacratae leges apud Cic. pro Dom. et pro Sext. Sed capita illius legis sacratae fuisse, quae in sacro monte lata est, non videntur. Decepit virum doctissimum multosque alios, quod sacratas leges a sacro monte dici, et nullas praeterea alias putarunt. Mihi antiquiores hae duae leges videntur, et forte aut capita *legis Valeriae* de provocatione, aut tamen ab eodem sigillatim latae, ac deinde in XII. tabb. translatae. Nam lex de provocatione ipsa est sacrata, ut e Liv. II. 8. intelligitur, et illud, de capite civis, diserte ad legem de provocatione refertur a Dionysio L. V. p. m. 334. Leges autem hac sacratae dicuntur propterea, *quod caput eius, qui contra fecit, consecratur.* Haec enim est una e tribus vel duabus sacrandarum sanctionum formis, quae apud Ciceronem pro Balb. c. 14. et in Cornel. Fragm. commemorantur. de quibus vide interpretes et Schwarzii Dissert. de Detestatione Sacr.

Nam hanc ipsam ob causam etiam Tribb. pl. sacrosancti sunt, quod eius caput sacrum est, qui eos violavit, ut e Rabiriana intelligi potest. cf. Budaeus ad Pandect. p. m. 334. Itaque etiam illa *Valeria Horatia* ap. Liv. III. 55. sacrata lex est. Nam alias *sacratas leges*, praeter eas quinque, quas Sigonius facit, in monte sacro perlatas, fuisse, nemo negare potest, qui Livium attente legit. L. III. c. 32. concedunt patribus plebeii de decemviris, modo *ne lex Icilia de Aventino aliaeque sacratae leges abrogarentur.* Ex quo intelligitur, etiam *Iciliam* sacratam fuisse. L. VII. c. 41: *Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur.* Memorat idem *legem sacratam Volscorum*, Hetruscorum aliorumque populorum, qua milites legebantur. vid. L IX. c. 39. unde *sacrati milites* ibid. c. 40. In eandem sententiam Perizonius, in Animadversionibus, de legibus sacratis tradidit. Est locus c. 10. p. 418. Ceterum locus ille classicus et praecipuus ex oratione pro Balbo et Corneliana fugiebat tum summum virum: item alter ille Livianus de sacrata militari. Illud unum addam, *Legem Valeriam* eadem formula sanciri, qua sacrata tribunitia, ap. Dionys. L. VI. p. 410. *Ern.*

SCATINIA vel SCANTINIA, (mire enim in hoc nomine variant Codd. vid. Ferrar. ad Phil. III. 6.) lata a *Scatinio* trib. pl. A. U. dubium quo, *in molles et effoeminatos, qui nefanda Venere uterentur*, h. e. aut ipsi muliebria paterentur, aut pueris vim facerent, quibus poena decem millium numorum statuebat; ex qua sibi inimicos accusationem minari scribit Coelius ep. 13. cf. Phil. III. 6. Ex eo loco intelligitur, legislatorem Aricinum

fuisse. vid. plura ap. Gravin. Origg. Iur. R. p. 433. ed. nov. inprimis Christium V. Cel. de Lege Scatinia. *Ern.*

SEMPRONIAE LEGES laudantur Phil. I. 7. de quibus legendus Plutarch. in Gracchis. Sunt autem hae:

TIB. GRACCHI *Agraria Sempronia*, ne quis agri plus quam D. iugera possideret, quod iam lege *Licinia* Stolonis cautum fuerat, sed neglectum iam diu: et ut tres viri tributis comitiis crearentur, qui agros dividerent, quos divites praeter hunc modum possiderent. Lex perlata non est. vid. Plutarchum in Gracchis. de motibus agrariis inde a lege Licinia, in primis de *Sempronia*, vid. Appian. B. C. II. 2. 1. p. 604. ed. Toll. Vellei. II. 2. Epit. Liv. 58. et ibi Dux. Fragmenta eius legis habet Goesius, Scr. Agr. p. 349. Sigon. de A. I. I. II. 2. Ex ea lege et Coloniae deducendae erant. v. Agrar. II, 12. et ibi Manut. *Ern.* Vid. Supra p. 229.

C. GRACCHI *Frumentaria*: v. in *Frum. LL.*

C. GRACCHI *de provinciis*. de ea vide Argument. Or. de Provinc. Cons, ipsamque orationem. Laudatur pro Balbo c. 27. ad Div. I. 7. pro Domo c. 9. Ex ea provinciae magistratibus nondum creatis a senatu decernebantur: idque praecipuum eius caput fuit. De ea capio etiam illa verba Verr. III. 6: *Vectigalibus censoria locatio constituta est, ut Asiae lege Sempronia.* Hotomannus aliter. *Ern.*

C. GRACCHI *de libertate civium Rom.* qua cautum est, ne de capite civis Romani iniussu populi Rom. iudicaretur. Idem iam *XII. Tabb.*

sancitum erat, et *Valeria* s. *sacrata lege*, in monte sacro, ut Sigonio placere vidimus, pro Rab. c. 4. Verr. V. 63. Catil. I. 11. IV. 5.

C. GRACCHI, *ne quis iudicio circumveniretur*. pro Cluentio c. 56. ei successit Cornelia *de falso*, ut ex eodem loco intelligi potest, quem vide.

SEMPRONIA C. Gracchi *iudiciaria*, iudica a senatu ad equites transtulit. v. *Lex Aurelia*. Appian. Bell. Civ. I. p. 618. edit. Toll.

SEMPRONIA lex *de provincia Asia*, Verr. III, 6. per quam locatio vectigalium constituta est.

SERVILIA, *C. Servilii Glauciae* praetoris, A. U. DCLIII. quo ipso anno interfectus est. Alii annum XLVIII. ei tribuunt: sed errant, quod eo anno in magistratu non fuit. *De repetundis* fuit, acerbior superioribus. Sanxit, ut reus post primam actionem comperendinaretur, cum antea ex lege Acilia liceret, semel causa dicta, pronunciare, nisi ampliarent iudices. Verr. I. 9. saepe apud Ciceron. laudatur, v. c. pr. Rab. P. 1. 4. Capita huius legis e scriptoribus veteribus collegit Sigonius de Iudiciis II. 27. ubi etiam extat insigne fragmentum ex P. Bembi museo editum. An sit prior *Acilia* posteriorve, vide in *Acilia*.

SERVILIA eiusdem *Glauciae*, *de civitate*, eodem anno A. U. DCLIII. lata, quod, ut mihi videtur, statuerat, omni ratione equitum et plebis benevolentiam captare. Huius quae vis fuerit, ex Or. pro Balbo c. 24. intelligi potest. Nempe, si quis e sociis Latinis senatorem reum

fecisset, isque condemnatus esset, ei ut civitatis ius tribueretur, eumque inter cives locum is occuparet, quem condemnatus habuisset.

SERVILIA *Q. Servilii Caepionis, iudiciaria:* quam suasit populo Crassus. Brut. 43. 86. Invent. I. 49. de Orat. II. 55. pro Cluent. 15. lata ab eo in Consulatu A. U. DCXLVII. Sanxit enim, ut iudicia, quae XVII. annis ante, lege *Sempronia*, a Senatu ad equites translata essent, utrique ordini communia essent. sed eam legem aut non perlatam, aut paullo post abrogatam fuisse, ex Sigonii sententia, inde intelligitur, quod paullo post idem tulit M. Livius Drusus, et quidem incassum. vide *Leges Livias.* sed certiori argumento decidi ea res potest. S. Servilius Glaucia dicitur ap. Cic. in Bruto, certo consulatum, anno post praeturam, quod lege rogaverat trib. pl. Saturninus, A. U. DCLIII. consecuturus fuisse, nisi interfectus esset, quod equestrem ordinem beneficio legis obstrinxisset. Qua autem alia potuit, nisi *iudiciaria?* Nam altera, *de repetundis* nihil ad commoda equitum, qui hoc genere legum non tenebantur. Itaque certissimum puto, Serviliam Caepionis, Servilia Glauciae abrogatam esse, et, quae communicata cum Senatu iudicia erant, ea solis equitibus restituta eo ipso anno, quo illam alteram *de repetundis* tulit, qui est decimus annus a *Servilia* Caepionis. Huc pertinet illud, quod in reliquiis Or. pro Scauro commemoratur, causam Caepionis e *Servilia* lege accusati de repetundis, ad equites actam et iudicatam esse. *Ern.*

SILVANI et CARBONIS. vid. *Carbonis et Silvani.*

SUMTUARIA *Iulia.* vid. *leges Iulias.*

TABELLARIAE quatuor sunt; de quibus vid. Cic. de Legg. III. 16. in Laelio c. 16.

1) GABINIA, a tribuno plebis *Q. Gabinio* homine ignoto et sordido A. U. DCXIV. lata, *ut, in magistratibus creandis, non voce cives, sed tabellis, uterentur*, ut libere suffragia, sine inimicitiarum metu, ferre possent; unde Cic. Agr. I. 2. tabellam *vindicem tacitae libertatis* vocat.

2) CASSIA, *L. Cassii Longini* trib. pl. A. U. DCXVI. (qui scopulus reorum in Praetura dictus est, cuiusque ob severitatem iudices severi dicti sunt Cassiani,) *de populi iudicio*, ut Cicero vocat de Legibus l. c. Ea lege sancitum est, *ut tabellae etiam in iudicio populi adhiberentur, praeterquam in iudicio perduellionis.* conf. pro Sextio c. 48. Sed in hac lege intelligenda mihi videntur multi docti homines non satis vim verborum percipere. Nam ita video fere accipere hanc legem, ut de his iudiciis lata sit, quae in Comitiis populi fiant, quod dicatur *de populi iudicio*; quod est falsum. Nam in his etiam iudiciis tabellae adhibentur, quae *a selectis iudicibus* exercentur, atque id ex *lege Cassia* factum, atque ante voce pronuntiatum esse puto; quod etiam postea sanxit *Lex Cornelia*, de sententia ferenda, ut liberum esset reo, postulare. pro Cluent. c. 20. Decepit doctos homines vox *populi;* neque intellexerunt, *populi iudicia* dici, non solum ea quae ab universo populo in comitiis aguntur, sed omnia *publica*, h. e. in quibus *causae publicae*, aut *crimina publica*, quae vocantur, iudicari solent, tamquam de repetundis, de ambitu, de vi, de maiestate

etc. Haec autem iudicia *populi iudicia* appellantur, primo, quia olim ipse populus exercuerat, cum postea, quaestionibus perpetuis A. U. DCIV., adeoque ante *legem Cassiam*, constitui coeptis, omnia a selectis iudicibus exercerentur, praeter unum *perduellionis iudicium*, quod lege excipitur, et usque ad *legem Iuliam de vi*, populi universi fuit. v. Hotom. ad Verr. l. 5. et Orat. pro Rabir. Per.: deinde, quia iussu, legibus populi, et loco populi, a iudicibus administrabantur. Cic. Verr. V. 48: *Quo confugient socii? - - ad populum Romanum confugient? facilis est causa populi. Legem enim se sociorum causa iussisse et vos ei legi custodes ac vindices praeposuisse dicet.* Haec tenenda sunt tironibus, cum legunt, quae Sigonius de Iudiciis L. III. c. 1. 2. de *populi iudicio* dixit. Neque enim satis distincte rem tradidit, et ea tempora, quibus omnes causae publicae ad populum agebantur, solaeque controversiae privatae ad magistratum sine consilio iudicum agebantur, ab his distinxit, quibus publicae causae omnes ad iudices selectos, praeter unum perduellionis crimen, actae sunt. Nam et peculatus et maiestatis causae, quas populo proprias fuisse dicit, ad iudices actae sunt. vid. v. c. Act. I. in Verr. c. 13. Inprimis clarus locus est Verr. I. 42: *Cornelia testamentaria, numaria, ceterae complures: in quibus non ius aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, eius quaestio ad populum pertineat.* Atque hae causae ap. selectos iudices actae. *Ern.*

3) PAPIRIA *C. Carbonis* trib. pl. A. U. DCXXII. lata est, eaque sancitum, ut in legibus

iubendia

iubendis et antiquandis populus tabellis uteretur.

4) COELIA, A. U. DCXLVI. lata est, eaque cautum, ut, quod unum iudicium lege *Cassia* exceptum esset, perduellionis, id quoque tabellas cum reliquis iudiciis communes haberet. Causam huius legis ferendae hanc habuisse dicitur apud Ciceronem, ut opprimeret C. Popilium inimicum. de Legg. III. 16. *Ern.*

TERENTIA *Frumentaria* vid. *Frumentariae.*

TESTAMENTARIAE, *Cornelia, Furia, Voconia:* de quibus v. suis locis.

TITIA, quae pro Muren. c. 8. laudatur, Pighio ad A. CCCCLXXXVIII. videtur esse *Titii* trib. pl. qui illo anno legem tulit, de quaestorum numero duplicando, et provinciis quaestoriis sortiendis, e SCto. qua opinione nihil se probabilius a quoquam dici vidisse, ait Graevius ad h. l. *Ern.*

TITIAE leges, quae de Legg. II. 6. dicuntur, sunt *Sext. Titii,* seditiosi A. U. DCLIV. Tulit *agrariam* legem. v. Cic. de Or. II. 11. Titia, quae memoratur de Legg. II. 2. sine dubio est eiusdem. Nam eodem modo, ut c. 6, iungitur *Liviis.* Atque ex eo loco mihi fit verosimile, *Titias leges* per enallagen dici pro *Titia lege. Ern.*

TRIBUNITIA lex dicitur saepissime, quod omnes sciunt, quae a tribuno lata est; sed illud neglexerunt omnes, quos vidi, animadvertere, *Tribunitiam legem* dici etiam eam, quam Pompeius tulit *de Tribunis reficiendis potestate pristina,* quam iis Corn. Sulla ademerat. Act. I. in

Verr. c. 16: *Vident adhuc post* legem tribunitiam (quam sc. Pompeius tulit) *unum senatorum vel tenuissimum esse damnatum.* Sic *iudicium Iunianum* significare potest non solum, quod exercuit, cui praefuit Iunius, et sic est in Cluentiana, sed etiam quod fuit de Iunio, in quo reus fuit Iunius, ut saepe iudicia apud Ciceronem a reis vocantur. v. c. iudicium Verris, Cluentii. *Ern.*

TULLIA, a *M. Cicerone de ambitu* lata A. U. DCXC. memoratur in Vatin. 15. pro Sext. 64. pro Mur. c. 32. sq. ex quo accuratius cognoscere hanc legem licet. Nam ambitus genera ab Sulpitio obiecta Murenae commemorantur et refelluntur. Poena etiam acerbior ea constituta esse dicitur, quae in Calpurnia fuit, nempe exilium, v. Muren. 41. idque decem annorum, ut tradit Dio Cass. XXXVII. p. 42. Morbi quoque excusationi poena constituta est etc. v. pro Muren. c. 23. *Ern.*

VALERIA, Agr. III. 2. pr. S. Rosc. 43. L. I. de Legg. etc. est *L. Valerii Flacci* Interregis A. U. DCLXXI. qua L. Cornelium Sullam dictatorem creavit, tulitque, ut omnia, quae fecisset, rata essent, possetque impune, quem vellet, indicta causa interficere. *Ern.*

VARIA lata est a *Q. Vario Hybrida* trib. pl. A. U. DCLXII. *de maiestate;* qua sancitum est, ut quaestio haberetur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum Rom. arma sumsissent. Nam eo anno Coss. L. Iulio Caesare et P. Rutilio Lupo ortum est bellum in Italia, quod Sociale, Marsicum et Italicum appellatur. Huius legis frequens mentio ap. Ciceron. v. c. pro Mil. c. 36. in Brut. c. 56. 88. Quaest. Tusc. II. 24. etc.

Sed in loco postremo Boherius, Vir summus; intelligi vult aliam legem Variam *de incestu:* quod Valerius M. III. 7. Antonium de incestu accusatam tradit, eumque locum huc retulere interpretes. Sed temporum ratio facile arguit hanc sententiam. Cicero dicit se *vidisse* Antonium pro se dicentem causam lege Varia. At accusatio de incestu facta est anno quaesturae provincialis, quam Pighius refert ad A. U. DCXL. quo Cicero natus nondum erat. Necesse igitur est, ut idem post etiam accusatus sit de maiestate e lege Varia, cum Cicero iam forum attigisset. *Ern.*

VATINIA, *P. Vatinii* Trib. pl. A. U. DCXCIV. Consule Caesare lata, *de repetundis;* ut repetundarum iudicio liceret alterna consilia reiicere, unde ipsa *lex de alternis consiliis reiiciendis* dicitur in Vatin. c. 11. *Consilia* sunt iudices omnes, quos praetor sortitus est; eos omnes ex hac lege semel reiicere licet reo, semel accusatori; cum antea nonnullos tantum reiicere liceret ex eodem consilio utrique, quorum loca subsortitione praetoris replebantur. *Alterna consilia reiicere* ergo est idem ac *alterius reiicere consilia:* ut Verr. II. 13. *cum alternae civitates reiectae essent;* pro alternis, semel ab accusatore, semel ab reo. *Ern.*

VATINIA eiusdem tribuni, qua Caesari, cui iam lege *Sempronia* de provinciis Senatus Galliam ulteriorem attribuerat, etiam citerior cum Illyrico et tribus legionibus stipendiisque in quinquennium data est, in Vatin. c. 12. De hac lege etiam capiendus locus videtur c. 15. ubi reprehendit Cicero Vatinium, *quod sua lege factus sit legatus Caesaris in Gallia.* Nam quod Manutius putat, legem ab eo latam, ut legati provinciales a popu-

lo crearentur, nullo idoneo testimonio demonstrari potest. *Ern.*

VATINIA alia rogatio, sed non perlata, memoratur in Vat. c. 9. sq. qua latum est, ut quaestio haberetur de iis, quos L. Vettius, qui in senatu confessus esset, se cum telo fuisse et Cn. Pompeium occidere voluisse, participes illius consilii fuisse diceret. *Ern.*

de VI leges, *Plotia* et *Lutatia.*

VIARIA lata a *C. Curione*, Paullo et Marcello Coss. A. U. DCCIII. *de viis muniendis*, non dissimilis Agrariae Rulli. Coelius ep. 6. Ad hanc ferendam legem quid Curionem impulerit, docet Appianus B. C. L. II. p. 732. ed. Toll. Nempe quod aere alieno oppressus pecuniam acceperat a Caesare, ne sibi in tribunatu adversaretur. Hanc mercedem ne frustra accepisse et Pompeianis aliqua ratione adversari videretur, quod facile intelligebat, eos huic legi repugnaturos esse: *Εἰσηγεῖτο βαρυτάτας ὁδῶν πολλῶν ἐπισκευάς τε καὶ κατασκευὰς, καὶ αὐτὸν ἐπιςάτην αὐτῶν ἐπὶ πενταετὲς εἶναι*; quae verba similitudinem eius cum *Servilia Agraria Rulli* satis demonstrant. Sed fortasse etiam eadem ornamenta potestatis, eandem potestatem in provinciis dedit, quam *lex Servilia.* Ex ep. ad Att. VI. 1. etc. mihi videtur colligi posse, constitutum fuisse vectigal aerario solvendum, in vehicula, esseda, rhedas, lecticas, equos, etc. quibus in itineribus uterentur, ut ea pecunia in viis muniendis consumeretur. Nam quum Vedius Ciceroni obvius factus esset cum duobus essedis et rheda, equis iuncta, et lectica et familia magna; horum causa dicit Cicero,

Vedio solvendum ex lege Curionis, si perferatur, sestertia centena. Id vectigal simile fuisset ex parte ei, quod nos dicimus *Geleite*, quod in vias muniendas impenditur, hoc certe sub titulo exigi solet. Quidam hanc legem male *Vivariam* aut *Vinariam* aut *Vineariam* appellant. v. Contarenus de Frum. Larg. c. 9. Lips. Elect. I. 8. *Ern.*

VILLIA, v. *Annales*.

VOCONIA, lata a *Q. Voconio Saxa* Trib. pl. A. U. DLXXXIV. suadente Catone. Est *testamentaria*, de mulierum hereditatibus: qua sancitum est, ut, *qui post A. Postumium et Q. Fulvium Censores census esset, ne heredem virginem, neve mulierem faceret*. Cic. in Verr. I. 42. neve mulier legati nomine plus caperet, quam heres. ibid. 43. Eadem lex laudatur pro Balbo c. 8. de Fin. II. 17. de Senect. c. 5. *Censi* e Voconii mente sine dubio erant *cives*, quod nemini licebat deferre ad Censorem rem suam, nisi qui civis Rom. esset. Sed in hoc verbo calumniabantur, qui rem suam ad uxorem aut filiam transferre cuperent. Nam cum illis temporibus, lex census Serviana, de vendendis incensis, non acerbe aut severe satis servaretur, et multi cives Rom. incensi essent, (causas vid. ap. Perizon. libro mox memorando p. 129.) hi, qui feminam heredem faciebant, propterea se lege Voconia teneri negabant, quod incensi essent. Atque hac calumnia verbi *census* eludebant legem, Praetoribus facilibus in re dura. Nam ex Verrinae l. c. intelligi potest, praetores ante Verrem omnes ex hac calumnia decrevisse, et hereditates hoc modo ad filias mulieresque transire potuisse. Qui autem censi erant, adeoque legem eludere calumniando non poterant, heredem fiduciarium faciebant, h. e. qui heredi-

tatem cerneret quidem, sed deinde filiae, aut cuicumque testator voluisset, redderet, si honestus esset. Nam si quis perfidus negabat se hereditatem filiae redditurum, cogi non poterat. v. de Fin. II. 17. de hac lege multi, in primis Balduinus, sed omnium optime Iac. Perizonius in Diss. de lege Voconia, qui primus huius legis vim accurate perspexit. *Ern.*

INDEX
CHRONOLOGICUS

AD

CICERONIS OPERA

ACCOMMODATUS.

Index Chronologicus.

Sectio prima.
Ante Romam Conditam.

Ante Aeram Christianam	
1558	Cecrops ex Aegypto venit in Atticam, ibique Cecropiam arcem Athenarum, aedificat.
15529	Deucalion diluvio urgente Thessaliam invadit, Pelasgos expellit.
1490	Cadmus venit in Boeotiam. Orphei, Amphionis, Musaei aetas.
1480	Dardanus Troiae regnat.
	Danaus Argos venit.
1449	Erichthonius Athenis.
1419	Bellum Atheniensium Pandione regnante contra Thebanos.
1398	Erechtheus Pandionis filius Athenis regnat.
1381	Triptolemi agricultura apud Eleusin.
1364	Phrixus Colchos navigat.
1331	Ilion a Troë conditum.
1322	Pelops venit in Elida.
1288	Miletus a Sarpedone condita
2262	Expeditio Argonautarum.
1250	Oedipus Thebarum rex.

Ante Aeram Christianam.	
1234	Theseus rex Atheniensium. Carthago condita.
1225	Septem ducum Adrasti, Tydei, Amphiarai etc. bellum adversus Thebanos. Eteocles et Polynices Oedipi ex Iocasta filii mutua caede pereunt.
1224	Priamus rex Troiae.
1201	Agamemnon rex Mycenarum.
1194	Belli Troiani initium.
1184	Troia expugnata et diruta.
1153	Alba Longa ab Ascanio condita.
1093	Codrus Rex Athenarum.
1068	Codrus pro patria mortem oppetit. Medon primus Archon Athenis.
1032	Cumae conditae in Campania a Chalcidensibus.
973 ad 914	Homeri aetas.
909	Hesiodi adolescentia.
884	Lycurgus Spartam legibus instruit.
878	Carthago a Didone condita.
856	Lycurgus moritur.
820	Carthago secundum Velleium Paterculum condita LXV annis ante Romam.
776	Aerae Olympiadum initium.
759	Crotona condita.
758	Syracusae conditae. Secundum alios ante Chr. 736.
753	Roma Condita. Romulus et Remus fratres regnant. Remo occiso Romulus solus rex.

Sectio secunda inde a Roma condita.

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
743	Bellum Messeniacum primum	11
737	Semiramis Babylone regnat	17
733	Gyges rex Lydiae	21
732	Aegyptus ab Aethiopibus subacta	22
723	Circa hoc tempus vivit Archilochus poeta, Cicerone auctore, regnante Romulo	31
717	NUMA POMPILIUS rex	37
709	Arbaces Mediam Assyriorum dominatione liberat	45
684	Archontes annui Athenis. Primus Creon.	70
672	TULLUS HOSTILIUS tertius Romanorum rex	82
666	Tarentum conditum	88
664	Zaleucus Locrensium legislator	90
661	Circa hoc tempus Carthaginienses insulam Cyrnon (Corsicam) occupant.	93
658	Byzantium a Megarensibus conditum	96
655	Stagira et Lampsacus Abdera, conditae.	99
649	hoc fere anno Pittacus Mitylenaeus natus	105
640	ANCUS MARCIUS quartus Romanor. rex	114
	Thales Milesius natus.	
638	Solon natus	116

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
633	Periander Corinthi regnat	121
	Circa hoc tempus Sappho poetria nata Olymp. 36 vel 37	
632	Sinope a Milesiis condita	122
628	Thales Milesius natus	126
619	Xenophanis Eleaticae sectae principis aetas	135
616	TARQUINIUS PRISCUS Vtus Rom. Rex	138
611	Alcaeus poeta floret	143
610	Anaximander natus	144
608	Pythagoras natus (secundum alios circa finem Olymp. 49) A. U. C. 171 vel 172.	146
594	Leges a Solone Atheniensibus datae	160
590	Pittacus Mitylenis regnat	164
579	SCR. TULLIUS VItus Rom. Rex	175
577	Croesus Lydiae rex	177
570	Pittacus moritur	184
559	Cyrus Persarum rex	195
	Anacreon Teius natus	
558	Simonides Ceus natus	196
555	Ibycus Rheginus floret	199
553	Stesichorus moritur	201
552	Phalaris Agrigenti tyrannus	202
548	Thales Milesius moritur	206
547	Theognis Megarensis floret	207
539	Cyrus Babylone capta Lydos vincit et Croesum regem captivum abducit	215
537	Hipponax Ephesius Iambographus floret	217
535	TARQUINIUS Superbus VII. Rex Rom.	219

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
530	Cyrus Persarum rex in praelio adversus Massagetas occidit	234
	Ei succedit CAMBYSES	
527	Anaximenes Milesius circa hoc tempus moritur	227
526	Psammenitus Aegypti rex	228
	Aeschylus natus Ol. 63. 3 vel 4.	
525	Cambyses Aegyptum occupat	229
522	Cambyses Persarum rex moritur. Ei succedit SMERDIS magus	232
521	DARIUS Persarum rex	235
520	Pindarus natus	234
	Xenophanes Colophonius moritur	
511	Darii regis expeditio adversus Scythas	243
509	Tarquinius Superbus Rex urbe et regno pellitur. et in posterum quotannis duo Consules creantur.	245
	Primi consules *L. Iunius Brutus* et *L. Tarquinius Collatinus*. In prioris mortui locum sufficitur *L. Lucretius Tricipitinus*, eoque mortuo *M. Horatius Pulvillus*. In alterius L. Tarquinii Collatini, qui se magistratu abdicaverat sufficitur *P. Valerius Poplicola*	
508	Coss. *P. Valerius Poplicola II. T. Lucretius Tricipitinus*	246
507	Coss. *M. Horatius Pulvillus II. P. Valerius Poplicola II.*	247
	Pythagoras moritur secundum Bentleium. Secundum alios vel Ol.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	68. 4. vel Ol. 69. 1. i. e. ante Chr. 504	
506	Coss. Sp. Lartius Flavus, T. Herminius	248
505	Coss. M. Valerius, P. Postumius Tubertus	249
504	Coss. P. Valerius Poplicola IV., T. Lucretius Tricipitinus II.	250
503	Coss. P. Postumius Tubertus II. Agrippa Menenius Lanatus	251
502	Coss. Opiter Virginius Tricostus, Sp. Cassius Viscellinus	252
501	Coss Postumus Cominius Auruncus, T. Lartius Flavus	253
	Hoc anno (vel secundum Dionysium Halic. triennio post primus dictator creatus est, T. Lartius Flavus eiusque magister equitum Sp. Cassius Viscellinus.	
500	Coss. Ser. Sulpicius Camerinus, M' Tullus Longus	254
	Hoc anno natus Anaxagoras. Et hoc tempore Zeno Eleates philosophiam, Gorgias Rhetoricam docet	
499	Coss. T. Aebutius Elva, P. Veturius Geminus	255
498	Coss. T. Lartius Flavus II., Q. Cloelius Siculus	256
497	Coss. A. Sempronius Atratinus, M. Minucius Augurinus	257

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
496	Coss. A. Postumus Albus Regillensis, T. Virginius Tricostus	258
495	Coss. Ap. Claudius Sabinus Regillensis, P. Servilius Priscus	259
	Tarquinius Superbus Cumis mortuus	
	Hoc circiter anno *Sophocles* natus Ol. LXX. 3. vel Ol. LXXI. 1.	
494	Coss. A. Virginius Tricostus Coeli montanus T., Vetusius Geminus Cicurinus	260
493	Coss. P. Cassius Viscellinus II. Postumus, Cominius Auruncus II.	261
	Hoc anno Romae Tribuni plebis primum instituti, ad reconciliandam plebem quae in montem sacrum secesserat.	
492	Coss. T. Geganius Macerinus; P. Minucius Augurinus	262
491	Coss. Minucius Augurinus II., A. Sempronius Atratinus II	263
	Cn. Coriolanus in exsilium missus	
490	Coss. R. Sulpicius Camerinus, Sp. Lartius Flavus II	264
489	Coss. Iulius Iulus, P. Pinarius Rufus Mamertinus	265
	Pugna Marathonia Atheniensium cum Persis	
488	Coss. Sp. Nautius Rutilus, Lex. Furius Fusus	266
	Coriolanus Volscos adversus Romanos ducit, Veturiae matris et uxoris Volumniae lacrymis commotus	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	legiones ex agro Romano reducit: paullo post a Volscis occiditur	
487	Coss. T. Sicinius Sabinus, C. Aquillius Tuscus	267
	Aeschylus moritur	
486	Coss. Sp. Cassius Viscellinus III., 1. Proculus Virginius Tricostus Rutilus	268
	Cassia lex Agraria.	
485	Coss. Ser. Cornelius Maluginensis Cossus, Q. Fabius Vibulanus	269
	Darius rex Persarum moritur. Ei succedit Xerxes	
484	Coss. L. Aemilius Mamercinus, Caeso Fabius Vibulanus	270
483	Coss. M. Fabius Vibulanus. L. Valerius Publicola Politus	271
	Herodotus Halic. natus.	
482	Coss. Q. Fabius Vibulanus II. C. Iulius Iulus	271
481	Coss. Caeso Fabius Vibulanus II. Sp. Furius Fusus	272
	Cassia lex agraria ab Icilio renovata	
480	Coss M. Fabius Vibulanus II. Cn. Manlius Cincinnatus.	274
	Bellum cum Veientibus et Etruscis	
	Xerxis bellum adversus Graecos	
	Praelium navale Salaminium. Euripides natus	
479	Coss. Caeso Fabius Vibulanus III. F. F. Virginius Tricostus Rutilus	275
	CCC Fabii Caesone cos. duce ad-	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	versus Veientes cum quatuor millibus clientium proficiscuntur.	
	Praelium inter Athenienses et Persas ad Plataeas	
478	Coss. L. Aemilius Mamercinus II. C. Servilius Structus Ahala. Hoc in magistratu mortuo in eius locum sufficitur; C. Cornelius Lentulus Esquilinus	276
	Proconsularis potestas primum instituta.	
	Hiero Syracusarum rex	
477	Coss. Caius Horatius Pulvillus. T. Menenius Lanatus	277
	In bello adversus Veientes et Etruscos clade ad Cremeram accepta CCCVI Fabii ad unum omnes intereunt	
476	Coss. A. Virginius Tricostus Rutilus. Sp. Servilius Structus	278
475	Coss. C. Nautius Rutilus. P. Valerius Publicola II.	
474	Coss. L. Furius Medullinus Fusus. A. Manlius Vulso	280
473	Coss. L. Aemilius Mamercinus III. Vopiscus Iulius Iulus	281
472	Coss. L. Pinarius Rufus Mamercinus. P. Furius Fusus	282
471	Coss. Appius Claudius Sabinus Re-	283

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	gillensis. F. Quinctius Barbatus Capitolinus	
470	Coss. L. Valerins Publicola Potitus II., Tiberius Aemilius Mamercinus	284
469	Coss. T. Numicius Priscus, A. Virginius Tricostus Coelimontanus II.	285
468	Coss. T. Quinctius Barbatus Capitolinus II.; Q. Servilius Priscus	286
467	Coss. Tiberius Aemilius Mamercinus II.; Q. Fabius Vibulanus	287
466	Coss. Sp. Postumius Albus Regillensis; Q. Servilius Priscus II.	288
465	Coss. Q. Fabius Vibulanus II.; T. Quinctius Barbatus Capitolinus III.	289
	Artaxerxes Longimanus Rex Persarum	
464	Coss. Postumius Albus Regillensis II.; Sp. Furius Medullinus Fusus	290
463	Coss. Aebutius Elva. P. Servilius Priscus II.	291
462	Coss. Lucretius Tricipitinus. T. Veturius Gemius Cicurinus	292
	Volscis devictis Lucretius triumphans Veturius ovans urbem ingreditur	
461	Coss. P. Volumnius Amintinus Gallus. Ser. Sulpicius Camerinus	293
460	Coss. C. Claudius Sabinus Regillensis. L Quinctius Cincinnatus. P. Valerius Publicola II.	294

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Hoc tempore Democritus Abderites Hippocrates medicus, Lysias orator nati	
459	Coss. Q. Fabius Vibulanus III. L. Cornelius Maluginensis Cossus	295
458	Coss. L. Minucius Augurinus. Q. Fabius Vibulanus IV. Quum Minucius adversus Aequos rem male gessisset, L. Quinctius Cincinnatus dictator creatur, isque L. Tarquitium Flavum magistrum equitum dicit	296
457	Coss. Minucius Augurinus. C. Horatius Pulvillus II.	297
456	Coss. M. Valerius Maximus. Sp. Virginius Tricostus Coelimontanus	298
455	Coss. T. Romilius Rocus Vaticanus. A. Haterius Fontinalis	299
454	Coss. Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus. A. Haterius Fontinalis.	300
	Hoc tempore *Cratinus* et *Plato* veteris Comoediae poetae florent	
453	Coss. P. Horatius Tergeminus. Sextus Quinctilius Varus. Spurius Furius	301
452	Coss. C. Menenius Lanatus. P. Sestius Capitolinus	302
451	Coss. Ap. Claudius. T. Genucius Augurinus. Hoc anno pro consulibus Decemviri consulari potestate legum,	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	ferendarum causa; et quum Coss. abdicassent, creantur decemviri, in h. a. Appius Claudius, T. Genucius cum octo aliis	
450	Decemviri Appius Claudius II. aliique	304
449	Decemviri Appius Claudius III. aliique	305
	Appius Claudius decemvir, quum filiam L. Virginii centurionis ut eius amore potiretur, in servitutem asserere conatus esset, pater eam lanii cultro interfecit, ut eam a turpitudine vindicaret. Inde seditio et secessio plebis in Aventinum. Decemviri App. Claudius et Sp. Appius in carcere pereunt; reliqui in exsilium abeunt.] Consules fiunt L. Valerius Poplicola M. Horatius Barbatus. Leges XII. tabularum publicatae	
448	Coss. Lar. Herminius Aquilinus. T. Virginius Tricostus Coelimontanus	306
447	Coss. M. Geganius Macerinus. C. Iulius Iulus.	307
446	Coss. T. Quinctus Capitolinus Barbatus IV. Agrippa Furius Fusus	308
445	Coss. M. Genucius Augurinus. C. Curtius Philo.	309
444	Coss. A. Sempronius Atratinus.	310

Ante Aeram Christianam		A. U. C
	L. Atilius Longus. F. Cloelius Siculus. L. Papirius Mugillanus. L. Sempronius Atratinus	
443	Coss. M. Geganius Macerinus II. T. Quinctius Capitolinus Barbatus V.	311
	Hoc anno primi Censores crenti L. Papirius Mugillanus, L. Sempronius Atratinus.	
	Athenis Pericles magna auctoritate floret	
	Charondus Thurii vel Catonae, Zaleucus apud Locros Epizephyrios legum latores	
442	Coss. M. Fabius Vibulanus. Postumius Aebutius Cornicen.	312
441	Coss. C. Furius Pacilus (Fusus. M. Papirius Crassus	313
440	Proculus Geganius Macerinus. L. Menenius Lanatus	314
439	Coss. T. Quinctius Capitolinus VI. Agrippa Menenius Lanatus	315
	Hoc anno L. Quinctius Cincinnatus iterum dictator fuit, et magister equitum C. Servilius Ahala. Sp. Maelius seditionis auctor, in ius vocatus, quum non paruisset, occisus est	
438	Coss. Mamercus Aemilius Mamercinus. L. Quinctius Cincinnatus. L. Iulius Iulus	316
	Hoc tempore Athenis Eupolis veteris comoediae poeta floret	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
437	Coss. M. Geganius Macerinus III. L. Sergius Fidenas	317
	Hoc anno dictator dictus Mam. Aemilius Macerinus, qui magistrum equitum dixit L. Quinctium Cincinnatum, eius qui dictator fuerat, filium	
436	Coss. M Cornelius Maluginensis. L. Papirius Crassus	318
	Aspasia Milesia, Sophistria Athenis celebris	
435	Coss. C. Iulius Iulus II. L. Virginius Tricostus	319
	H. a. Isocrates natus	
	Hoc tempore Corax et Tisias in Sicilia primi artis rhetoricae auctores	
434	Coss. C. Iulius Iulus III. L. Virginius Tricostus II.	320
	Hoc anno dictator dictus Q. Servilius Priscus; magister equitum Postumus Aebutius Elva Cornicen	
433	Coss. M. Fabius Vibulanus M. Foslius Flaccinator. L. Sergius Fidenas	321
432	Coss. L. Pinarius Rufus Mamercinus L. Furius Medullinus. Sp. Postumius Albus Regillensis	322
431	Coss. T. Quinctius Pennus Cincinnatus. C. Iulius Mento.	323

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Hoc anno dictator dictus A. Postumius Tubertus; L. Iulius Iulus magister equitum	
	Belli Peloponnesiaci initium	
429	Coss. L. Sergius Fidenas II., Hostus Lucretius Tricipitinus	325
428	Coss. A. Cornelius Cossus. T. Quinctius Pennus Cincinnatus II.	326
	Plato natus	
	Pericles mortuus	
427	Coss. C. Servilius Structus Ahala. L. Papirius Mugillanus II.	327
426	Tribuni militum consulari potestate C. T. Quinctius Pennus Cincinnatus. C. Furius Pacilus. M. Postumius Albus Regillensis. A. Cornelius Cossus.	328
	Phidias statuarius moritur	
425	Tribuni militum Consulari potestate A. Sempronius Sempronius Atratinus. L. Quinctius Cincinnatus II. L. Furius Medullinus II. L. Horatius Barbatus	329
424	Tribuni militum consulari potestate Ap. Claudius Crassus Regillensis. Sp. Nautius Rutilus. L. Sergius Fidenas III. Sex. Iulius Iulus	330
423	Coss. C. Sempronius Atratinus. Q. Fabius Vibulanus	331
	Darius Nothus rex Persarum	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
422	Tribuni militum consulari potestate L. Manilius Vulso Capitolinus. Q. Antonius Merenda. L. Papirius Mugillanus. L. Servilius Structus	332
421	Coss. Numerius Fabius Vibulanus. T. Quinctius Capitolinus Barbatus	333
420	Tribuni militum consulari potestate T Quinctius Pennus Cincinnatus II. L. Furius Medullinus III. M. Manlius Vulso Capitolinus. A. Sempronius Atratinus II.	334
419	Tribuni militum consulari potestate Agrippa Menenius Lanatus. P. Lucretius Tricipitinus. Sp. Nautius Rutilus. C. Servilius Axilla	335
418	Tribuni militum consulari potestate L. Sergius Fidenas III. M. Papirius Mugillanus. C. Servilius Axilla II.	336
417	Tribuni militum consulari potestate Agrippa Menenius Lanatus II. L. Servilius Structus II. P. Lucretius Tricipitinus II. Sp. Veturius Crassus Cicurinus	337
416	Tribuni mil. cons. pot. A. Sempronius Atratinus III. M. Papirius Mugillanus II. Sp. Nautius Rutilus II. Q. Fabius Vibulanus	338

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
415	Trib. mil. cos. pot. P. Cornelius Cossus. C. Valerius Potitus Volusus. Quinctius Cincinnatus. N. Fabius Vibulanus	339
	Atheniensium expeditio bellica in Siciliam. Alcibiades damnatus abit Lacedaemona	
414	Trib. mil. cos. pot. Cn. Cornelius Cossus. L. Valerius Potitus. Q. Fabius Vibulanus II. P. Postumius Albus Regillensis	340
	Diogenes Sinopensis natus	
413	Coss. M. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus	441
	Clades Atheniensium in Sicilia ducibus Demosthene et Nicia	
412	Coss. Q. Fabius Ambustus. C. Furius Pacilus	342
	CCCCviri Athenis regnant	
411	Coss. M. Papirius Mugillanus. C. Nautius Rutilus	343
410	Coss. M'. Aemilius Mamercinus. C. Valerius Potitus Volusus	344
409	Coss. Cn. Cornelius Cossus. L. Furius, Medullinus II.	345
408	Coss. C. Iulius Iulus. P. Cornelius Cossus. S. Servilius Ahala	346
	Alcibiades Athenas redit	
407	Trib. mil. cos. pot. L. Furius Medullinus. C. Val. Volusin. Potit. Vo-	347

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Iusus II. N. Fabius Vibulanus II. C. Servilius Ahala II.	
	Euripides moritur Ol. 93, 2	
406	Trib. mil. cos. pot. P. Cornelius Rutilus Cossus. Cn. Cornelius Cossus. L. Valerius Potitus II. N. Fabius Ambustus	348
	Sophocles moritur	
405	Trib. mil. cos. pot. T. Quinctius Capitolinus Barbatus. Q. Quinctius Cincinnatus. C. Iulius Iulus II. A. Manlius Vulso Capitolinus. L. Furius Medullinus II. M'. Aemilius Mamercinus	349
	Artaxerxes Mnemon Rex Persarum	
404	Trib. mil. cos. pot. C. Valerius Potit. Volusus III. M'. Sergius Fidenas. P. Cornelius Maluginensis. Cn. Cornelius Cossus II. Caeso Fabius Ambustus. Sp. Nautius Rutilus III.	350
	Lysander classe Atheniensium devicta, Athenas oppugnat quae se ei dedere coguntur. Finis belli Peloponnesiaci. XXX tyranni Athenis.	
403	Trib. mil. cos. pot. M'. Aemilius Mamercinus II. L. Valerius Potitus III. Appius Claudius Crassus. M. Quinctilius Varus. L. Iulius Iulus. M. Postumius. M. Furius Camillus. M. Postumius Albinus	351

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
402	Trib. mil. cos. pot. C. Servilius Ahala III. Q. Servilius Priscus Fidenas. L. Virginius. Q. Sulpicius Camerinus Cornutus. A. Manlius Tricostus Coelimontanus II. M'. Sergius Fidenas II.	352
401	Trib. mil. cos. pot. L. Valerius Potitus IV. M. Furius Camillus. M'. Aemilius Mamercinus III. Cn. Cornelius Cossus II. Caeso Fabius Ambustus II. L. Iulius Iulus	353
	Cyri iunioris bellum cum fratre Artaxerxe. X millium Graecorum ἀνάβασις Xenophonte duce.	
400	Trib. mil. cos. pot. P. Licinius Calvus. P. Maenius. L. Titinius. P. Maelius Capitolinus. Sp. Furius Medullinus. L. Publilius Philo Volscus	354
	Socrates moritur	
399	Trib. mil. cos. pot. M. Veturius Crassus Cicurinus. C. Duillius. L. Atilius Longus. Cn. Genutius Aventinensis. M. Pomponius. Volero Publilius Philo	355
398	Trib. mil. cos. pot. L. Valerius Potitus V. M. Valerius Maximus. M. Furius Camillus II. L. Furius Medullinus III. Q. Servilius Priscus Fidenas II. Q. Sulpicius Camerinus Cornutus	356

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Aristippus Cyrenaicae scholae, Antisthenes Cynicae princeps, Cebes et Aeschines Socratici florent	
397	Trib. mil. cos. pot. L. Iulius Iulus II. L. Furius Medullinus IV. L. Sergius Fidenas. A. Postumius Albinus Regillensis. P. Cornelius Maluginensis II. A. Manlius Vulso Capitolinus III.	357
396	Trib. mil. cos. pot. P. Licinius Calvus. L. Titinius II. P. Maenius II. Cn. Genucius Aveutinensis II. L. Atinius Longus II. P. Maelius Capitolinus II.	358
	Romani duce Camillo Veios expugnant	
395	Trib. mil. cos. pot. P. Cornelius Cossus. P. Cornelius Scipio. M. Valerius Maximus II. Caeso Fabius Ambustus III. L. Furius Medullinus V. Q. Servilius Priscus Fidenas	359
394	Trib. mil. cos. pot. M. Furius Camillus III. L. Furius Medullinus VI. C Aemilius Mamercinus. M. Valerius Publicola. Sp. Postumius Albus Regillensis. P. Cornelius Scipio II.	360
393	Coss. L. Lucretius Flavus. Ser. Sulpicius Camerinus	361

Ante Aeram Christianam		A. U. C
	Hoc fere tempore moritur Andocides. Media Isaei oratoris aetas	
392	Coss. L. Valerius Potitus M. Manlius Capitolinus	362
391	Trib. mil. cos. pot. L. Lucretius Flavus. Ser. Sulpicius Camerinus. M. Aemilius Mamercinus. L. Furius Medullinus VII. Agrippa Furius. C. Aemilius Mamercinus II.	363
390	Trib. mil. cos. pot. Q. Fabius Ambustus. C. Fabius Ambustus. Q. Sulpicius Longus. Q. Servilius Priscus Fidenas IV. Ser. Cornelius Maluginensis	364
389	M. Furius Camillus, Dictator. L. Valerius Magister equitum.	365
388	Trib. mil. cos. pot. L. Valerius Publicola II.; L. Virginius Tricostus; P. Cornelius Cossus; A. Manlius Capitolinus; L. Aemilius Mamercinus; L. Postumius Albinus Regillensis	366
387	Trib. mil. cos. pot. T. Quinctius Cincinnatus. Q. Servilius Priscus. Fidenas II. L. Iulius Iulus. L. Aquillius Corvus. L. Lucretius Tricipitinus.. Ser. Sulpicius Rufus	367
386	Trib. mil. cos. pot. L, Papirius Cur-	368

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	sor; C. Sergius Fidenas; L. Aemilius Mamercinus II.; L. Menenius Lanatus; L. Valerius Publicola III.; C. Cornelius Cossus	
385	Trib. mil. cos. pot. M Furius Camillus IV. Ser. Cornelius Maluginensis II. Q. Servil. Priscus Fidenas VI. L. Quinctius Cincinnatus. L. Horatius Pulvillus. P. Valerius Potitus Publicola	369
384	Trib. mil. cos. pot. A. Manlius Capitolinus II.; P. Cornelius Cossus II.; T. Quinctius Capitolinus; L. Quinctius Capitolinus; L. Papirius Cursor II.; C. Sergius Fidenas II.	370
383	Trib. mil. cos. pot. Ser. Cornelius Maluginensis III.; P. Val. Potitus Publicola II.; M. Furius Camillus V.; Ser. Sulpicius Rufus II; C. Papirius Crassus; T. Quinctius Cincinnatus II.	371
382	Trib. mil. cos. pot. L. Valerius Publicola IV.; A. Manlius Capitolinus III.; Ser. Sulpicius Rufus III.; L. Lucretius Tricipitinus II.; L. Aemilius Mamercinus III.; M. Trebonius Flavus	372
381	Trib. mil. cos. pot. Sp. Papirius Crassus. L. Papirius Crassus. Ser. Cornelius Maluginensis IV. Q.	373

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Servilius Priscus Fidenas. Ser. Sulpicius Praetextatus. L. Aemilius Mamercinus IV.	
380	Trib. mil. cos. pot. M. Furius Camillus VII.; A. Postumius Albin. Regillensis; L. Postumius Albin. Regillensis; L. Furius Medullinus; L. Lucretius Tricipitinus III.; M. Fabius Ambustus	374
379	Trib. mil. Cos. pot. L. Valerius Publicola V.; P. Valerius Potitus Publicola III.; L. Menenius Lanatus II.; C. Sergius Fidenas III.; Sp. Papirius Cursor; Ser. Cornelius Maluginensis V.	375
378	Trib. mil. cos. pot. P. Manlius Capitolinus C. Manlius Capitolinus. L. Iulius Iulus III.; C. Sextilius; M. Albinius; L. Antistius	376
377	Trib. mil. cos. pot. Sp. Furius Medullinus; Q. Servilius Priscus Fidenas II.; C. Licinius Calvus; P. Cloelius Siculus; M. Horatius Pulvillus; L. Geganius Macerinus	377
376	Trib. mil. cos. pot. L. Aemilius Mamercinus V.; P. Valerius Potitus Publicola IV.; C. Veturius Crassus Cicurinus; Ser. Sulpicius Praetextatus II.; L. Quinctius Cincinnatus	378

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Hoc anno et tribus sequentibus tribunis plebis comitia impedientibus Roma sine summo magistratu fuit	
371	Trib mil. cos. pot. L. Furius Medullinus II.; A. Manlius Capitolinus IV.; Ser. Sulpicius Praetertatus III.; Ser. Cornelius Meluginensis VI.; P. Valerius Potitus Publicola V.; C. Valerius Potitus	383
370	Trib. mil. cos. pot. Q. Servilius Priscus Fidenas III.; C. Veturius Crassus Cicurinus II.; A. Cornelius Cossus; M. Cornelius Maluginensis; Q. Quinctius Cincinnatus; M. Fabius Ambustus II.	384
369	Trib. mil. cos. pot. L. Quinctius Capitolinus; Ser. Cornelius Maluginensis VII.; Ser. Sulpicius Praetextatus IV.; Sp. Servilius Structus; L. Papirius Crassus; L. Veturius Crassus Cicurinus	385
368	Coss. M. Furius Camillus, Dictator. L. Aemilius Mamercinus, Magister equitum; deinde quum hi abdicassent. P. Manlius Capitolinus, Dictator; C. Licinius Calvus Magister equitum	386
367	Trib. mil. cos. pot. A. Cornelius Cos-	387

sus

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	sus II. M. Cornelius Maluginensis II. M. Geganius Macerinus. P. Manlius Capitolinus II. L. Veturius Crassus Cicurinus II. P. Valerius Potitus Publicola VI.	
	Hoc anno *M. Furius Camisius* dictator creatus; eius magister equitum T. Quinctius Cincinnatus Capitolinus	
366	Coss. L. Aemilius Mamercinus. L. Sextius Sextinus Lateranus	388
365	Coss. L. Genucius Aventinensis. Q. Servilius Ahala.	389
364	Coss. O. Sulpicius Peticus. C. Licinius Calvus.	390
363	Coss. Cn. Genucius Aventinensis. L. Aemilius Mamercinus II.	391
	Hoc anno dictator creatus L. Manlius Capitolinus Imperiosus; Magister equitum L. Pinarius Natta	
362	Coss. Q. Servilius Ahala II. L. Genucius Aventinensis II.	392
361	Coss. C. Sulpicius Peticus II. C. Licinius Calvus II.	393
360	Coss. C. Poetelius Libo Visolus. M. Fabius Ambustus.	394
359	Coss. M. Popillius Laenas. Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus.	395
	Philippus Amyntae fil. rex Macedoniae. Xenophon Corinthi mori-	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	tur. Plato Syracusas proficiscitur ad Dionysium iuniorem.	
	Artaxerxes Ochus rex Persarum	
358	Coss. C. Fabius Ambustus. C. Plautius Proculus	396
357	Coss. C. Martius Rutilus. Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus II.	397
	Philippus rex Macedoniae Amphipolin occupat	
	Phocenses templum Delphicum expilant. Inde belli sacri initium	
356	Coss. M. Fabius Ambustus II. M. Popillius Laenas II.	398
	Alexander M. natus.	
	Templum Dianae Ephesiae incendio absumtum. Hoc fere tempore Hippocrates medicus mortuus.	
355	Coss. C. Sulpicius Peticus III. M. Valerius Publicola	399
	Demosthenis oratio contra Leptinem	
354	Coss. M. Fabius Ambustus III. T. Quinctius Pennus Capitolinus Crispinus.	400
	Mausolus rex Cariae moritur. Ei vidua Artemisia Mausoleum erigit	
353	Coss. C. Sulpicius Peticus IV. M. Valerius Publicola II.	401
352	Coss. P. Valerius Publicola II. C. Martius Rutilus II.	402
351	Coss. C. Sulpicius Peticus V. T. Quinctius Cincinnatus Capitolinus	403

Ante aeram Christianam		A. U. C.
350	Coss. M. Popillius Laenas III. L. Cornelius Scipio Olynthii a Philippo Macedoniae rege oppugnati legatis ad Athenienses missis, ab his auxilia impetrant. Demosthenis oratio Midiana	404
349	Coss. L. Furius Camillus. Appius Claudius Crassus Philippus Olynthum urbem capit, captamque diripit. Plato moritur. Ei succedit in Academia Speusippus. Aristoteles ad Hermiam Atarnen proficiscitur	405
348	Coss. M. Valerius Corvus. M. Popillius Laenas IV.	406
347	Coss. T. Manlius Imperiosus Torquatus. C. Plautius Hypsaeus Finis belli sacri s. Phocici. Phocenses Philippo se dedunt	407
346	Coss. M. Valerius Corvus II. C. Poetilius Libo Visolus II. Aeschines orator Atheniensium ad Philippum Macedoniae regem legatus.	408
345	Coss. M. Fabius Dorso. Ser. Sulpicius Camerinus	409
344	Coss. C. Martius Rutilus III. T. Manlius Imperiosus Torquatus II. Dionysius iunior a Timoleone Syracusis expulsus Corinthi fit ludimagister.	410

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
343	Coss. M. Valerius Corvus III. A. Cornelius Cossus Arvina	411
	Philippus Macedoniae rex Aristotelem Alexandri filii praeceptorem constituit	
342	Coss. C. Martius Rutilus IV. Q. Servilius Ahala III.	412
	Menander Comicus, et Epicurus clari	
341	Coss. C. Plautius Hypsaeus II. L. Aemilius Mamercinus.	413
	Philippus Byzantium obsidet. Athenienses Domosthene hortante (Philippica or IV.) Byzantinis copias navales subsidio mittunt	
340	Coss. T. Manlius Imperiosus Torquatus III. P. Decius Mus.	414
	Speusippo Athenis mortuo succedit in Academia Xenocrates.	
339	Coss. Ti. Aemilius Mamercinus. Q. Publilius Philo.	415
	Praelium ad Chaeroneam, in quo Philippus Maced. rex Demadem oratorem captivum ducit. Isocrates moritur.	
338	Coss. L. Furius Camillus II. C. Maenius.	416
337	Coss. C. Sulpicius Longus. P. Aelius Paetus.	417
	Hoc tempore florent *Anaxarchus* Abderita, *Theopompus* Chius, He-	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	cataeus Abderita, Hyperides orator Atheniensis.	
	Darius Codomannus rex Persarum. Philippo regi Macedoniae mortuo succedit filius Alexander M.	
336	Coss. L. Papirius Crassus. Caeso Duillius.	418
335	Coss. M. Valerius Corvus IV. M. Atilius Regulus.	419
	Aristoteles Athenis scholae Peripateticae princeps.	
	Alexandri M. expeditio adversus Persas. Eum comitantur *Callisthenes* Philosophus et Historicus, *Hecataeus* Abderita, *Aristobulus*, Ptolemaeus Lagi fil. *Anaximenes* Lampsacenus, *Duris* Samius et *Clitarchus* Dinonis fil. uterque historicus.	
334	Coss. T. Veturius Calvinus, Sp. Postumius Albinus.	420
333	Coss. L. Papirius Cursor. C. Poetilius Libo Visolus.	421
332	Coss. A. Cornelius Cossus Arvina II. Cn. Domitius Calvinus	422
331	Coss. M. Claudius Marcellus. C. Valerius Potitus Flaccus	423
	Alexander Darium Codomannum apud Arbelam praelio vincit. Idem urbis Alexandriae in Aegypto fundamenta ponit.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
330	Coss. L. Papirius Crassus II. L. Plautius Venno.	421
	Darii Codomanni Persarum regis obitus. Finis imperii Persici.	
	Demosthenis oratio de Corona h. a. habita	
329	Coss. L. Aemilius Mamercinus Privernas II. C. Plautius Decianus	425
328	Coss. C. Plautius Proculus. P. Cornelius Scapula.	426
	Hoc fere tempore Lycurgus orator Atheniensis moritur.	
327	Coss. L. Cornelius Lentulus. P. Publilius Philo II.	427
	Dicaearchus floret. Callisthenes ab Alexandro interficitur. Crates Thebanus Cynicus inclarescit. Philemon et Menander Athenis comoedias docere incipiunt.	
326	Coss. C. Poetilius Libo Visolus II. L. Papirius Mugillanus	428
325	Coss. L. Furius Camillus III. D. Iunius Brutus Scaeva.	429
324	L. Papirius Cursor dictator; L. Papirius Crassus mag. equitum	430
	Alexander M. Babylone mortuus.	
	Diogenes Sinopensis Corinthi moritur.	
323	Coss. C. Sulpicius Longus II. Q. Aulius Cerretanus.	431

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
322	Coss. Q. Fabius Maximus Rullianus. L. Fulvius Curvus. Aristoteles Chalcide moritur.	432
321	T. Veturius Calvinus II. Sp. Postumius Albinus II.	433
320	Coss Q. Publilius Philo III. L. Papirius Cursor II.	434
319	Coss. L Papirius Cursor III. Q. Aulius Cerretanus II. Demosthenes moritur.	435
318	Coss. M. Foslius Flaccinator. L. Plautius Venno.	436
317	Coss. C. Iunius Bubulcus Brutus. Q. Aemilius Barbula.	437
316	Coss. Sp. Nautius Rutilus. L. Popillius Laenas.	438
315	Coss. Q. Publilius Philo IV. L. Papirius Cursor IV. Xenocrates moritur. Ei succedit in Academia Polemo.	439
314	Coss. M. Poetilius Libo. C. Sulpicius Longus III. Hoc tempore *Dicaearchus* floret compluresque libros edit.	440
313	Coss. L. Papirius Cursor V. C. Iunius Bubulcus Brutus II.	441
312	Coss. M. Valerius Maximus. P. Decius Mus. Via Appia a Romanis constructa.	442
311	Coss. C. Iunius Bubulcus Brutus III. Q. Aemilius Barbula II.	443

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
310	Coss Q. Fabius Rullianus II. C. Martius Rutilus.	444
	Hoc tempore clari sunt Euclides mathematicus, Apollodorus Comicus.	
309	Dictator L. Papirius Cursor II. C. Iunius Bubulcus Brutus Mag. Equit.	445
308	Coss. C. Fabius Maximus Rullianus III. P. Decius Mus II.	446
307	Coss. Appius Claudius Claecus. L. Volumnius Flamma Violensis	447
	Demetrius Poliorcetes Athenas occupat. Demetrius Phalereus fugit.	
306	Coss, P. Cornelius Arvina. Q. Martius Tremulus.	448
305	Coss. L. Postumius Megellus. Ti. Minucius Augurinus. Ei mortuo suffectus M. Fulvius Curvus Paetinus.	
	Ptolemaeus Lagi rex Aegypti.	
304	Coss. P. Sulpicius Saverrio. P. Sempronius Sophus.	450
303	Coss. L. Genucius Aventinensis. Ser. Cornelius Lentulus.	451
302	Coss. M. Livius Denter. M. Aemilius Paullus.	452
301	Dict. M. Valerius Maximus Corvus II. M. Aemilius Paullus. Mag. Equ. Q. Fabius Maximus Rullianus II. Dict. P. Sempronius Sophus Mag. Equ.	453
	Seleucus Nicator rex Syriae	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
300	Coss. M. Valerius Corvus V. Q. Apuleius Pansa.	454
299	Coss. M. Fulvius Paetinus. T. Manlius Torquatus. Ei suffectus M. Valerius Corvus VI.	455
	Hoc tempore clari sunt *Hegesias* πεισιθάνατος *Anniceris* Cyrenaeus, *Simmias* Rhodius, *Diphilus* Comoediarum scriptor.	
298	Coss. L. Cornelius Scipio. Cn. Fulvius Centumalus	456
	Cassandro in Macedoniae regno succedit filius *Philippus II.*	
297	Coss. Q. Fabius Maximus Rullianus IV. P. Decius Mus III.	457
	Philippus II. Macedoniae rex moritur. Ei succedunt *Antipater* et *Lysimachus.*	
296	Coss. L. Volumnius Flamma Violens. II. Ap. Claudius Caecus II.	458
295	Coss. Q. Fabius Maximus Rullianus V. P. Decius Mus. IV.	459
	Demetrius Poliorcetes Macedoniae regno potitur	
294	Coss. L. Postumius Megellus II. M. Atilius Regulus.	460
	Hoc fere tempore Athenis *Crates Polemoni* in Academia succedit.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
293	Coss. L. Papirius Cursor. Sp. Carvilius Maximus.	461
	Philippus vel *Diphilus* ultimus Archontum annuorum Athenis. Hoc anno (Ol. 121, 4) vel secundum alios Ol. 122, 3 moritur *Menander* Comicus.	
292	Coss. Q. Fabius Maximus Gurges. D. Iunius Brutus Scaeva.	462
291	Coss. L. Postumius Megellus III. C. Iunius Brutus Bubulcus.	463
290	Coss. P. Cornelius Rufinus. M. Curius Dentatus.	464
289	Coss M. Valerius Corvinus VI. Q. Caedicius Noctua.	465
288	Coss Q. Marcius Tremulus II. P. Cornelius Arvina II.	466
	Pyrrhus Epiri rex regno Macedoniae potitur, post septem menses a Lysimacho Thraciae rege extruditur	
	Theophrastus Eresius moritur. Ei in Lyceo succedit *Strato*.	
287	Coss. M. Claudius Marcellus. C. Nautius Rutilus.	467
	Archimedes Syracusanus natus.	
286	Coss. M. Valerius Potitus. C. Aelius Paetus.	468
	Tertia plebis Rom. secessio in Ianiculum.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
285	Coss. C. Claudius Canina. M. Aemilius Lepidus	469
	Ptolemaeus Philadelphus Aegypti rex	
284	Coss. Servilius Tucca. L. Caecilius Metellus	470
	Demetrius Phalereus moritur	
283	Coss. P. Cornelius Dolabella. Cn. Domitius Calvinus	471
	Lysimacchus in praelio occidit	
	Seleucus Nicator Macedoniae rex	
282	Coss. C. Fabricius Luscinus. Q. Aemilius Papus.	472
	Callimachus Cyrenaeus musei Alexandrini praeses.	
281	Coss. L. Aemilius Barbula. Q. Marcius Philippus.	473
280	Coss. P. Valerius Laevinus. Ti. Coruncanius.	474
	Initium foederis Achaici.	
	Chrysippus Solensis Stoicus natus	
279	Coss. P. Sulpicius Saverrio. P. Decius Mus.	475
	Hoc tempore Athenis *Arcesilas* Academiae mediae princeps.	
278	Coss. C. Fabricius Luscinus II. Q. Aemilius Papus II.	476
277	Coss. P. Cornelius Rufinus II. C. Iunius Brutus Bubulcus II.	477

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
276	Coss. Q. Fabius Maximus Gurges II. C Genucius Clepsina.	478
	Eratosthenes Cyrenaeus natus.	
275	Coss. M'. Curius Dentatus II. L. Cornelius Lentulus, dictus Caudinus.	479
274	Coss. M'. Curius Dentatus III. Ser. Cornelius Merenda.	480
273	Coss. C. Fabius Dorso Licinus. C. Claudius Canina II.	481
272	Coss L. Papirius Cursor II. Sp. Carvilius Maximus II.	482
271	Coss. C. Quinctius Claudus. L. Genucius Clepsina.	483
	Epicurus moritur. Item *Strato*. Ei in Lyceo succedit *Lycon*.	
370	Coss. C. Genueius Clepsina II. Cn. Cornelius Blasio	484
	Aratus Solensis clarus.	
269	Coss. Q. Ogulnius Gallus. C. Fabius Pictor	485
268	Coss. Appius Claudius Crassus. P. Sempronius Sophus	486
	Hiero rex Siciliae.	
267	Coss. M. Atilius Regulus. L. Iulius Libo.	487
	Aristo Chius Stoicus Athenis docet in Cynosarge.	
266	Coss. N. Fabius Pictor. D. Iunius Pera.	488

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
265	Coss. Q. Fabius Maximus Gurges III. Q. Mamilius Vitulus.	489
264	Coss. Appius Claudius Caudex. M. Fulvius Flaccus	490
	Belli Punici primi initium.	
263	Coss. M. Valerius Maximus, dictus Messala. M. Otacilius Crassus.	491
262	Coss. L. Postumius Megellus. Q. Mamilius Vitulus II.	492
261	Coss. L. Valerius Flaccus. T. Otacilius Crassus	493
	Hoc fere tempore (Ol. 129. vel 130) moritur *Zeno* Citticus Scholae Stoicae princeps. Ei succedit *Cleanthes.*	
260	Coss. Cn. Cornelius Scipio Asina. C. Duillius.	494
	Praelium navale inter Romanos et Carthaginienses qui C. Duillio duce vincuntur.	
259	Coss. L. Cornelius Scipio. C. Aquillus Florus.	495
258	Coss. A. Atilius Calatinus. Q. Sulpicius Paterculus.	496
257	Coss. C. Atilius Regulus. Cn. Cornelius Blasio II.	497
256	Coss. L. Manlius Vulso Longus. Q. Caedicius. Ei suff. M. Atilius Regulus II.	498
255	Coss. Ser. Fulvius Paetin. Nobilior. M. Aemilius Paullus	499

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
254	Coss. Cn. Cornelius Scipio Asina II. A. Atilius Calatinus II.	500
253	Coss. Cn. Servilius Caepio. Cn. Sempronius Blaesus.	501
252	Coss. C. Aurelius Cotta. P. Servilius Geminus.	502
251	Coss. L. Caecilius Metellus. C. Furius Pacilus.	503
250	Coss. C. Atilius Regulus II. L. Manlius Vulso Longus II.	504
249	Coss. P. Claudius Pulcher. L. Iunius Pullus.	505
248	Coss. C. Aurelius Cotta II. P. Servilius Geminus II.	506
247	Coss. L. Caecilius Metellus II. M. Fabius Buteo.	507
	Ptolemaeus Evergetes rex Aegypti. Hoc tempore ferunt Apollonius Pergaeus, Mathematicus, *Hero* Alexandrinus Mechanicus, *Ctesibius* Alexandrin. inventor horologii ex aqua	508
246	Coss. M. Otacilius Crassus II. M. Fabius Licinus.	
245	Coss. M. Fabius Buteo II. C. Atilius Bulbus.	509
	Aratus praetor foederis Achaici.	
244	Coss. A. Manlius Torquatus Atticus. C. Sempronius Blaesus II.	510
243	Coss. C. Fundanius Fundulus. C. Sulpicius Gallus	511
242	Coss. L Luctatius Catulus. A. Postumius Albinus	512

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
241	Coss. A. Manlius Torquat. Atticus II. Q. Luctatius Cerco.	513
	Attalus I. rex Pergami.	
	Arcesilas moritur. Ei succedit in Academia media Lacydes.	
240	Coss. C. Claudius Cento. M. Sempronius Tuditanus.	514
	Livius Andronicus Romae clarus.	
239	Coss. C. Mamilius Turinus. Q. Valerius Falto.	515
	Arsaces I. rex Parthorum.	
	Q. Ennius natus.	
238	Coss. Ti. Sempronius Gracchus. P. Valerius Falto.	516
237	Coss. L. Cornelius Lentulus Caudinus. Q. Fulvius Flaccus.	517
236	Coss. P. Cornelius Lentulus Caudinus. C. Licinius Varus.	518
235	T. Manlius Torquatus. C. Atilius Bulbus II.	519
234	Coss. L. Postumius Albinus. Sp. Carvilius Maximus.	520
	M Porcius Cato natus.	
233	Coss. Q. Fabius Maximus Verrucosus. M. Pomponius Matho.	521
232	Coss. A. Aemilius Lepidus. M. Publicius Malleolus	522
231	Coss. M. Pomponius Matho II. C. Papirius Maso.	523
	Lycon Peripateticus moritur. Ei in Lyceo succedit *Aristo* Ceus.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
230	Coss. M. Aemilius Barbula. M. Iunius Pera.	524
229	Coss. L. Postumius Albinus II. Cn. Fulvius Centumalus.	525
228	Coss. Sp. Carvilius Maximus II. Q. Fabius Maximus Verrucosus II.	526
	Eratosthenes musei Alexandrini praefectus.	
227	Coss. P. Valerius Flaccus. M. Atilius Regulus.	527
226	Coss. M. Valerius Messala. L. Apustius Fullo.	528
	Q. Fabius Pictor, historicus Romanus.	
225	Coss. L. Aemilius Papus. C. Atilius Regulus.	529
224	Coss. T. Manlius Torquatus II. Q. Fulvius Flaccus II.	530
223	Coss. C. Flaminius Nepos. P. Furius Philus	531
	Antiochus Magnus rex Syriae.	
222	Coss. Cn. Cornelius Scipio Calvus. M. Claudius Marcellus.	532
	Ptolemaeus Philopator rex Aegypti.	
221	Coss. P. Cornelius Scipio Asina. M. Minucius Rufus.	533
220	Coss Lucius Veturius Philo. C. Luctatius Catulus. His abdicatis M. Valer. Laevinus. M. Aemilius Lepidus II.	534
219	Coss. M Livius Salinator. L. Aemilius Paullus.	535

Coss.

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
218	Coss. P. Cornelius Scipio. T. Sempronius Longus. *Belli Punici* secundi initium.	535
217	Coss. Cn. Servilius Geminus. C. Flaminius Nepos II. M. Atilius Regulus II.	537
216	Coss. C. Terentius Varro. L. Aemilius Paullus II. L. Flaccus. Clades Romanorum apud Cannas.	538
215	Coss. L. Postumius Albinus III. M. Claudius Marcellus II. Q. Fabius Maximus Verrucosus III. Ti. Sempronius Gracchus. Hiero rex Siciliae moritur. Lacyde mortuo succedit *Evander* in Academia.	539
214	Coss. Q. Fabius Maximus Verrucosus IV. M. Claudius Marcellus III. Q. Fabius Maximus. *Carneades* Cyrenaeus natus.	540
213	Coss. Ti. Sempronius Gracchus II.	541
212	Coss. Q. Fulvius Flaccus III. Ap. Claudius Pulcher. Marcellus expugnat Syracusas. Archimedes interficitur.	542
211	Coss. Cn. Fulvius Centumalus II. P. Sulpicius Galba Maximus. Aetolorum foedus cum Romanis.	543
210	Coss. M. Claudius Marcellus IV. M. Valerius Laevinus II.	544

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
209	Coss. Q. Fulvius Flaccus IV. Q. Fabius Maximus Verrucosus V.	545
208	Coss. M. Claudius Marcellus V. T. Quinctius Crispinus.	546
	Chrysippus Stoicus moritur.	
207	Coss. C. Claudius Nero. M. Livius Salinator II.	547
206	Coss. L. Veturius Philo. Q. Caecilius Metellus.	548
205	Coss. P. Cornelius Scipio Africanus. P. Licinius Crassus Dives.	549
	Ptolemaeus Epiphanes rex Aegypti.	
	Polybius Megalopolitanus natus.	
204	Coss. M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus.	550
	Naevius poeta moritur.	
	M. Porcius Cato quaestor redux ex Africa Ennium e Sardinia Romam ducit.	
203	Coss. Cn. Servilius Caepio. C. Servilius Geminus.	551
202	Coss. M. Servilius Pulex Geminus. Ti. Claudius Nero.	552
	Praelium apud Zamam, quo Scipio Africanus maior Hannibalem vincit.	
201	Coss. Cn. Cornelius Lentulus. P. Aelius Paetus Catus. P. Sulpicius Galba Maximus II.	553
	Finis belli Punici secundi.	
200	Coss. C. Aurelius Cotta.	554

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
199	Coss. L. Cornelius Lentulus. P. Villius Tappulus.	555
198	Coss. Sex. Aelius Paetus Catus. T Quinctius Flaminius.	556
	Eumenes II. Pergami rex.	
197	Coss. Cn. Cornelius Cethegus. Q. Minucius Rufus.	557
	Romani duce T. Quinctio Flaminino apud Cynoscephalas Philippum III Macedoniae regem vincunt.	
196	Coss. L. Furius Purpureo. M. Claudius Marcellus.	558
	Eratosthenes moritur.	
	Apollonius Rhodius museo Alexandrino praefectus.	
195	Coss. L. Valerius Flaccus. M. Porcius Cato.	559
194	Coss. P. Cornelius Scipio Africanus II. Ti. Sempronius Longus.	560
193	Coss. L. Cornelius Merula. Q. Minucius Thermus.	561
192	Coss. L. Quinctius Flaminius. Cn. Domitius Ahenobarbus.	562
	Aetoli pacem Romanorum cum Philippo III. Macedoniae rege indigne ferentes societatem cum Antiocho Syriae rege ineunt.	
191	Coss. P. Cornelius Scipio Nasica. M. Acilius Glabrio.	563

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Bellum Romanorum cum Antiocho Syriae rege	
	M. Accius Plautus Romae comoedias docet.	
190	Coss. L. Cornelius Scipio Asiaticus. C. Laelius.	564
189	Coss. M. Fulvius Ser. Nobilior. Cn. Manlius Vulso.	565
	Pax Aetolorum cum Romanis.	
188	Coss. M. Valerius Messala. C. Livius Salinator.	566
	Eumenes II. Pergami bibliothecam condit.	
187	Coss. M. Aemilius Lepidus. C. Flaminius.	567
186	Coss. Sp. Postumius Albinus. Q. Marcius Philippus.	568
	SCtum de Bacchanalibus.	
185	Coss. Appius Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus	569
184	Coss. C. Claudius Pulcher. L. Porcius Licinus.	570
	Romani foedus Achaicum opprimere incipiunt.	
	M. Accius Plautus moritur.	
183	Coss. M. Claudius Marcellus. Q. Fabius Labeo.	571
	Hannibal, Scipio Africanus et Philopoemen moriuntur.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C
182	Coss. Cn. Baebius Tamphilus. L. Aemilius Paullus.	572
181	Coss. P. Cornelius Cethegus. M. Baebius Tamphilus.	573
	Ptolemaeus Philometor rex Aegypti.	
180	Coss. A. Postumius Albinus Luscus. C. Calpurnius Piso. Q. Fulvius Flaccus.	574
179	Coss. L. Manlius Acidinus Fulvianus. Q. Fulvius Flaccus.	575
178	Coss. M. Iunius Brutus. A. Manlius Vulso.	576
177	Coss. C. Claudius Pulcher. Ti. Sempronius Gracchus.	577
176	Coss. Cn. Cornelius Scipio Hispalus. C. Valerius Laevinus. P. Petellius Spurinus.	578
175	Coss. P. Mucius Scaevola. M. Aemilius Lepidus II.	579
174	Coss. Sp. Postumius Albinus Paullulus. Q. Mucius Scaevola.	580
173	Coss. L. Postumius Albinus. M. Popillius Laenas.	581
172	Coss. C. Popillius Laenas. P. Aelius Ligur.	582
	Panaetius Stoicus natus.	
171	Coss. P. Licinius Crassus. C. Cassius Longinus.	583

Ante Aeram Christianam		A. U C
170	Coss. A. Hostilius Mancinus. A. Atilius Serranus.	584
	L. Attius poeta tragicus natus.	
169	Coss. Q. Martius Philippus. Cn. Servilius Caepio.	585
	Ptolemaeus Physcon Ptolemaei Philometoris frater ab Alexandrinis rex creatur.	
	Q. Ennius moritur	
	Perseus Macedoniae rex a Romanis devictus.	
	Statius Caecilius moritur	
168	Coss. L. Aemilius Paullus II. C. Licinius Crassus.	586
167	Coss. Q. Aelius Paetus. M. Iunius Pennus	587
166	Coss. M. Claudius Marcellus. C. Sulpicius Callus.	588
	P. Terentius Romae Andriam comoediam docet.	
165	Coss. T. Manlius Torquatus. Cn. Octavius.	589
164	Coss. A. Manlius Torquatus. Q. Cassius Longinus.	590
	Hipparchus Astronomus floret.	
163	Coss. Ti. Sempronius Gracchus. II. M. Iuventius Thalna.	591
162	Coss. P. Cornelius Lentulus. P. Cornelius Scipio Nasica. C. Marcius Figulus. Cn. Domitius Ahenobarbus.	592

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
161	Coss. M. Valerius Messalla. C. Fannius Strabo.	593
160	Coss. L. Anicius Gallus. M. Cornelius Cethegus.	594
159	Coss. Cn. Cornelius Dolabella. M. Fulvius Nobilior.	595
	Attalus II. tutorio nomine Pergami rex.	
	P. Terentius poeta comicus moritur.	
158	Coss. M. Aemilius Lepidus. C. Popillius Laenas II.	596
157	Coss. Sex. Iulius Caesar. L. Aurelius Orestes.	597
	Antipater Tarsensis Stoicus et Aristarchus Grammaticus florent.	
156	Coss. L. Cornelius Lentulus Lupus. C. Marcius Figulus II.	598
	Athenienses *Carneadem* Academicum *Critolaum* Peripateticum, *Diogenem* Stoicum legatos Romam mittunt.	
155	Coss. P. Cornelius Scipio Nasica II. M. Claudius Marcellus II.	599
154	Coss. Q. Opimus. L. Postumius Albinus. M. Acilius Glabrio	600
	M. Pacuvius poeta tragicus floret.	
153	Coss. Q. Fulvius Nobilior. T. Annius Luscus.	601

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
152	Coss. M. Claudius Marcellus III. L. Valerius Flaccus.	602
151	Coss. L. Licinius Lucullus. A. Postumius Albinus.	603
150	Coss. T. Quinctius Flaminius. M. Acilius Balbus.	604
149	Coss. L. Marcius Censorinus. Man. Manlius.	605
	Belli Punici tertii initium.	
	M. Porcius Cato historicus et libri de re rustica scriptor moritur.	
148	Coss. Sp. Postumius Albinus Magnus. L. Calpurnius Piso Caesonius.	606
	Panaetius Stoicus floret.	
	C. Lucilius satyrarum scriptor natus	
147	Coss. P. Cornelius Scipio African. Aemilian.. C. Livius Mamilianus Drusus.	607
	Ptolemaeus Philometor moritur.	
146	Coss. Cn. Cornelius Lentulus. L. Mummius.	608
	Ptolemaeus Evergetas II. Rex Aegypti.	
	Carthago a Scipione Aemiliano S. Africano iuniore, et *Corinthus* a Mummio exciditur.	
	Finis belli Punici tertii	
145	Coss. Q. Fabius Aemilianus. L. Hostilius Mancinus.	609
	Foederis Achaici interitus.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Graecia in provinciam Romanam Achaiae nomine redacta.	
	Apollodorus Grammaticus floret.	
144	Coss. Ser. Sulpicius Galba. L. Aurelius Cotta.	610
143	Coss. Appius Claudius Pulcher. Q. Caecilius Metellus Macedonicus.	611
	Media poetarum *Bionis* et *Moschi* aetas	
142	Coss. C. Caecilius Metellus Calvus. Q. Fabius Maximus Servilianus.	612
141	Coss. Cn. Servilius Caepio. Q. Pompeius Rufus.	613
140	Coss. C. Laelius Sapiens. Q. Servilius Caepio.	614
139	Coss. Cn. Calpurnius Piso. M. Popillius Laenas.	615
	M. Poppillius cos. quum in Hispaniam citeriorem venisset ut Q. Pompeio succederet, huic exprobrat, quod in iussu senatus pecuniaria pactione cum Numantinis pacem fecisset. Hic callide improbus foedus quod fecerat, infitiatur; ideoque cum legatis Numantinorum Romam mittitur. In Senatu agitur de Pompeio Numantinis dedendo; quod tamen effectum non habuit. Cum Numantinis vero bellum renovatum.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Censor ei equum ademerat	
	Ti. Claudius Asellus trib. plebis. P. Scipionem Africanum, Aemilianum, accusat.	
	Attalus III. Pergami rex.	
138	Coss. P. Cornelius Scipio Nasica Serapio. D. Iunius Brutus Callaicus	616
	Belli servilis in Sicilia initium.	
	C. Curatius trib. pl. utrumque consulem in carcerem ducit.	
137	Coss. M. Aemilius Lepidus Porcina. C. Hostilius Mancinus.	617
	Mancinus in Hispania rebus adversus Numantinos male gestis pacem cum iis ignominiosam facere cogitur. Senatus M. Lepidum alterum consulem bellum renovare iussit.	
	H. a. Cassia lex tabellaria lata.	
136	Coss. P. Furius Philus. S. Atilius Serranus	618
	In Senatu agitur de C. Mancino et Ti. Graccho pacis cum Numantinis auctoribus, per feciales hostibus dedendis. Re ad populum delata rogationem ipse Mancinus suasit, solusque Numantinis deditus est, ab his autem non receptus.	
135	Coss. Ser. Fulvius Flaccus. Q. Calpurnius Piso.	619

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
134	Coss. P. Cornelius Scipio African. Aemilian II. C. Fulvius Flaccus.	620
133	Coss. P. Mucius Scaevola. (ICtus) L. Calpurnius Piso Frugi. (scriptor annalium.)	621
	Attalus III. Pergami rex testamento facto moritur; quo heredem populum Romanum instituerat.	
	Ti. Gracchus trib. pl. lege agraria lata, a P. Scipione Nasica occiditur.	
	P. Scipio Africanus Aemilianus Numantiam captam funditus evertit.	
132	Coss. P. Popillius Laenas. P. Rupilius.	622
	Bellum servile in Sicilia. P. Rupilio imperatore confectum. P. Scipionis Africani de Numantinis triumphus.	
132	Coss. P. Licinius Crassus Mucianus. L. Valerius Flaccus.	623
	Aristonicus Eumenis filius Attali hereditatem affectat. Adversus eum bellum P. Licinio Crasso gerendum committitur.	
	Hoc anno lex Papiria tabellaria lata	
130	Coss. M. Claudius Pulcher. C. Perperna.	624

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	Quum P. Crassus in bello cum Aristonico magna clade accepta occubuisset. M. Perperna cos. Asiam provinciam sortitus Aristonicum praelio victum, captumque una cum gazis Attalicis Romam mittit.	
129	Coss. C. Sempronius Tuditanus. Man. Aquillius.	625
	P. Scipio Africanus iunior s. Aemilianus mortuus in cubiculo inventus	
	Pacuvii Dulorestes tragoedia Romae acta.	
128	Coss. Cn. Octavius. T. Annus Luscus Rufus.	626
127	Coss. L. Cossius Longinus. L. Cornelius Cinna.	62
126	Coss. M. Aemilius Lepidus. L. Aurelius Orestes.	628
125	Coss. M. Plautius Hypsaeus. M. Fulvius Flaccus.	629
124	Coss. C. Cassius Longinus. C. Sextus Calvinus.	630
123	Coss. Caecilius Metellus Balearicus. T. Quinctius Flamininus.	631
	C. Sempronii Gracchi trib. plebis leges agrariae	
122	Coss. Cn Domitius Ahenobarbus. Cn. Fannius Strabo.	632

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
	C. Sempronius Gracchus iterum trib pl. leges ferre pergit.	
121	Coss. L. Opimius. Q. Fabius Maximus Allobrogicus.	633
	C. Sempronius Gracchus a tertii Tribunatus plebis petitione repulsus quum vim parare ausus esset, Senatus consulem Opimium iussit videre ne quid resp. detrimenti caperet. Tumultu igitur coorto Gracchus occiditur. Q. Mucius Scaevola augur h. a. Asiam praetor obtinet. Eius quaestor P. Rutilius Rufus.	
120	Coss. P. Manilius. C. Papirius Carbo.	634
	L. Opimius a P. Decio accusatus quod indemnatos cives occidisset, defendente cum C. Carbone absolvitur.	
119	Coss. L. Caecilius Metellus Dalmaticus. L. Aurelius Cotta.	635
	L. Crassus orator adolescens XXI. annos natus Carbonem consularem accusat, qui canthar idibus sumptis morte voluntaria se a severitate iudicum vindicat.	
	C. Marius h. a. trib. plebis.	
118	Coss. M. Porcius Cato. (cui in magistratu mortuo suffectus Q. Aelius Tubero). L. Marcius Rex.	636

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
117	Coss. L. Caecilius Metellus. Q. Mucius Scaevola.	637
116	Coss. C. Licinius Geta. Q. Fabius Maximus Eburnus.	638
	In Numidia inter Micipsae regis mortui heredes exoriuntur dissidia. Iugurtha fratrem Hiempsalem interimit. Inde alii Numidarum Adherbalem, alterum Micipsae filium, alii Iugurtham sequuntur.	
116	Coss. M. Aemilius Scaurus. M. Caecilius Metellus.	639
	Q. Metellus Macedonicus moritur.	
114	Coss. M'. Acilius Balbus. C. Porcius Cato.	640
	C. Marius Hispaniam provinciam praetor obtinet.	
113	Coss. C. Caecilius Metellus Caprarius. Cn. Papirius Carbo.	641
	Metello Macedonia decernitur provincia ad bellum Thracicum, Carboni Illyricum propter Cimbros; Ille rem feliciter gessit, hic a Cimbris praelio fusus exercituque exutus est.	
	Iugurtha fratrem Adherbalem regno expellit.	
112	Coss. M. Livius Drusus. L. Calpurnius Piso Caesoninus.	642
	Iugurtha quum fratrem Adherbalem per deditionem captum occidisset bellum ei a. S. P. Q. R. indicitur.	

Ante Aeram Christianam		A. U. C.
111	Coss. P. Cornelius Scipio Nasica. L. Calpurnius Piso Bestia. Calpurnius Bestia in Numidia bellum cum Iugurtha aggressus, eius pecunia corruptus, pacem cum eo facit, eique in deditionem accepto frumentum, equos, elephantos, pecunias imperat L Cassius Longinus praetor in Numidiam missus Iugurtham interposita fide publica Romam ducit, ubi quum reus pro concione factus et cusam dicturus esset, Baebius trib. pl. intercessione concionem dissolvit. Iugurtha in Numidiam redit.	643
110	Coss. M. Minucius Rufus. Sp. Postumius Albinus.	644
109	Coss. Q. Caecilius Metellus Numidicus. M. Iunius Silanus.	645
108	Coss. Ser. Sulpicius Galba. Q. Hortensius. M. Aurelius Scaurus.	646
107	Coss. L. Cassius Longinus. M. Aemilius Scaurus II. C. Marius.	647

Sectio secunda
Aetas M. T. Ciceronis.

Anni urbis conditae.	Anni ante Aeram Christianam.		Anni Ciceronis.
648	106	Coss. *Q. Servilius Caepio, C. Atilius Serranus.* M. T. Cicero natus III. Nonas Ianuarii, patre M. T. Cicerone, matre Helvia. Marius in Numidia bellum gerit contra Iugurtham. — Gn. Pompeius Magnus natus prid. Kal. Oct.	1
649	105	Coss. *P. Rutilius Rufus, Gn. Mallius.* Iugurtha L. Cornelio Sullae Marii quaestori vinctus traditur, ab eoque ad Marium deducitur.	2
650	104	Coss. *C. Marius II. C. Flavius Fimbria.* C. Marius Kal. Ianuariis de Iugurtha triumphat. Bellum adversus Cimbros et Teutonas decernitur.	3
651	103	Coss. *C. Marius III. L. Aurelius Orestes.* Hunc annum Marius in apparando bello Cimbrico consumit. Eo-	4

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		dem aut superiore natus esse videtur Q. Cicero Marci frater.	
652	102	Coss. *C. Marius IV. Q. Lutatius Catulus.*	5
		C. Marius Teutonas et Ambronas ad aquas Sextias prope Massiliam vincit. — Antonius orator maritimos praedones persequitur. — Archias poëta Romam venit.	
653	101	Coss. *C. Marius. V. M' Aquillius.*	6
		Aquillius cos. adversus fugitivos in Siciliam missus, bello servili, Athenione duce interfecto, finem imposuit — C. Marius cos. cum Q. Lutatio Catulo procos. Cimbros ad Athesin fluvium praelio vincit.	
654	100	Coss. *C. Marius VI. L. Valerius Flaccus.*	7
		L. Apuleii Saturnini trib. pl. seditiones. Is Q. Metello Numidico, quod in eius legem agrariam iurare nollet, diem dixit, qui urbe mavult quam sententia decedere.	
655	99	Coss. *M. Antonius, A. Postumius Albinus.*	8
		Q. Metellus Numidicus rogatione Q. Calidii trib. pl. in civitatem restituitur.	
656	98	Coss. *Q. Caecilius Metellus Nepos, T. Didius.*	9
		Lex Caecilia Didia, qua iubentur leges trinundino promulgari, et cavetur de duabus aut pluribus rebus non una lege coniungendis.	
657	97	Coss. *Gn. Cornelius Lentulus,* P. *Licinius Crassus.*	10

Anni U. A.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Censores L. Valerius Flaccus, et M. Antonius orator, lustrum faciunt.	
658	96	Coss. *Gn. Domitius Ahenobarbus, C. Cassius Longinus.* Ptolemaeus Apion rex Cyrenarum testamento populum Romanum heredem facit.	11
659	95	Coss. *L. Licinius Crassus, Q. Mucius Scaevola.* Lex Licinia Mucia, lata de civitate, ne quis sit pro cive qui non sit civis, praecipua belli Marsici causa.	12
660	94	Coss. *C. Coelius Caldus, L. Domitius Ahenobarbus.* C. Norbanus post tribunatum lege Apuleia maiestatis reus fit a P. Sulpicio Rufo, defenditur a M. Antonio Oratore, et, quamvis nocentissimus, absolvitur.	13
661	93	Coss. *C. Valerius Flaccus, M. Herennius.* L. Cornelius Sulla praetor populo ludos dat. — P. Rutilius Rufus vir consularis, qui Asiam quaestor a publicanorum inimicis defenderat, repetundarum per calumniam accusatur, et ab equitibus, penes quos tum iudicia erant, damnatus in exsilium abit. T. Didius de Celtiberis et P. Crassus de Lusitanis triumphat.	14
662	92	Coss. *C. Claudius Pulcher, M. Perperna.* M' Curii et M. Coponii causa apud Centumviros agitur a L. Licinio Crasso et M. Scaevola consularibus.	15

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Gn. Domitii et L. Licinii Crassi gravis in censura dissensio.	
663	91	Coss. *L. Marcius Philippus, Sex. Iulius Caesar.*	16
		Ciceroni puero toga virilis datur. Eius poëma Pontius Glaucus et Arati phaenomena versibus latinis reddita.	
		M. Livius Drusus iudicia ab equitibus ad senatum transferre cupit. Idem socios et Italicos populos ad spem civitatis Romanae sollicitat; mox autem a Q. Vadio e foro rediens in atrio domus suae cultello vulneratus moritur.	
664	90	Coss. *L. Iulius Caesar, P. Rutilius Lupus.*	17
		Bellum exoritur sociale s. Marsicum. Deficientibus ob negatam civitatem sociis Italis Q. Varius legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum Rom. arma sumpsissent.	
		Cicero quotidie scribens, et legens, et commentans, ad eloquentiam forensem se parat.	
665	89	Coss. Gn. *Pompeius Strabo, L. Porcius Cato.*	18
		Cicero in bello Marsico tiro est in Gn. Pompeii cos. exercitu.	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
666	88	Coss. *L. Cornelius Sulla, Q. Pompeius Rufus.* P. Sulpicius trib. pl. auctore Mario perniciosas leges promulgat; Q. Pompeii cos. filium Sullae generum occidit. Sulla cum exercitu venit ad urbem. P. Sulpicius occiditur. Marius primum Minturnas, deinde in Africam fugit. Sulla rebus in urbe compositis ad bellum Mithridaticum proficiscitur. Q. Pompeius cos. in castra adversus Marsos profectus Gn. Pompeii procos. hortatu, cui succedere in imperio debebat, a militibus occiditur. Cicero Romae operam dat Phaedro Epicureo, deinde Philoni Academiae principi. Ius civile cognoscit auctore et duce Scaevola augure, quo mortuo se confert ad Q. Scaevolam Pontificem.	19
667	87	Coss. *Gn. Octavius, L. Cornelius Cinna.* Cinna consul perniciosis legibus per vim latis a collega Gn. Octavio urbe expellitur eique senatus magistratum abrogat, L. Cornelium Merulam sufficit. Ille autem Italicas civitates sollicitat, App. Claudii exercitum in potestatem suam accipit, Marium cum reliquis exsulibus revocat. Quo facto hic ad urbem cum exercitu accedit, eamque captam caedibus et rapinis	20

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		vastat. Multi senatores, in iisque clarissimi viri Q. Catulus, M. Antonius, C. et L. Caesares fratres trucidantur. Cornelius Merula se consulatu abdicat, sibique venas incidit.	
		Cicero Romae Apollonio Moloni Rhodio, clarissimo Rhetori, operam dat.	
668	86	Coss. *C. Marius VII. L. Cornelius Cinna III.*	21
		Marius cos. Idibus Ianuarii moritur. Ei suffectus L. Valerius Flaccus, a Cinna missus, ut Sullae ad bellum Mithridaticum succederet, in Asiam traiicit.	
		Hoc tempore Cicero scripsit libros Rhetoricorum, quorum duo supersunt *de Inventione.*	
669 et 670	85 et 84	Coss. *L. Cornelius Cinna III. et IV. Gn. Papirius Carbo I. et II.*	22 et 23
		Sulla bellum cum Mithridate feliciter gerit.	
		Cicero Romae apud Stoicum Diodotum quum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercetur, praeterea pergit Latine et Graece declamitare. Eodem tempore Xenophontis Oeconomicum et aliquot Platonis dialogos e Graeco in latinum sermonem convertit.	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
671	83	Coss. *L. Cornelius Scipio Asiaticus, C. Norbanus Flaccus.* Sulla pace cum Mithridate facta in Italiam redit, C. Norbanum cos. proelio vincit. Scipio alter consul ad Theanum cum exercitu profectus, cum Sulla de pacis et rei publ. ordinandae conditionibus agit, de quibus quum inter eos haud convenisset, exercitus Scipionis signa ad Sullam transfert; ipse cum filio solus in castris relictus a Sulla dimittitur et Massiliam abit exsulatum.	24
672	82	Coss. *Gn. Papirius Carbo III, C. Marius C. F.* L. Damasippus praetor auctore Mario cos. omnem nobilitatem trucidat. Sulla fuso ad Sacriportum exercitu, in urbem venit, inimicos fuga elapsos proscribit, eorumque bona publicat. Deinde praesidio urbi imposito Gn. Carbonem alterum consulem aliquot praeliis vincit. Postremo reliquos Marianae factionis duces Carinatem Damasippum et C. Marcium Censorinum cum sociis ingenti pugna superat. Quo facto in urbem redit, et magna civium multitudine crudelissime trucidata *dictator* ab interrege L. Flacco lege ad populum lata creatur; quam dictaturam per aliquot annos tenet, consules tamen creari passus.	25
673	81	Coss. *M. Tullius Decula, Gn. Cornelius Dolabella.*	26

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Sulla rem publicam novis legibus constituit. Cn. Pompeius bello in Africa cum Domitio et Hiarba rege Numidiae confecto XXVI annos natus eques triumphat.	
		Cicero orationem habet pro *Quintio*.	
674	80	Coss. *L. Cornelius Sulla II., Q. Caecilius Metellus Pius.*	27
		Cicero defendit Sex. Roscium Amerinum parricidii reum.	
675	79	Coss. *P. Servilius Vatia Isauricus, Ap. Claudius Pulcher.*	28
		Sulla se dictatura abdicat.	
		Cicero Arretinae mulieris libertatem contra Cottam defendit. Deinde proficiscitur in Graeciam. Athenis Antiocho Ascalonitae operam dat; Phaedrum et Zenonem Epicureos audit.	
676	78	Coss. *M. Aemilius Lepidus, Q. Lutatius Catulus.*	29
		L. Cornelius Sulla moritur.	
		Cicero Athenis apud Demetrium Syrum dicendi magistrum exercetur. Deinde Asiam peragrat, operamque dat Menippo Stratonicensi, Xenocli	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Adramytteno, Aeschylo Cnidio, Dionysio Magneti Rhetoribus. Rhodi apud Apollonium Molonem graece declamitat, et Posidonium philosophum Stoicum audit.	
		M. Lepidus cos. in Galliam provinciam sibi decretam, profectus, acta Sullae rescindere et proscriptos revocare conatur, exercitu ad urbem admoto: unde a Catulo cos et Gn. Pompeio repulsus exsul in Sardinia moritur.	
677	77	Coss. *M. Iunius Brutus, M. Aemilius Livianus.*	30
		Gn. Pompeius mittitur contra Sertorium.	
		Cicero ex itinere in Graeciam et Asiam Romam revertitur, et Terentiam uxorem ducit.	
678	76	Coss. *Gn. Octavius, C. Scribonius Curio.*	31
		In Hispania adversus Sertorium acerrime pugnatur.	
		Cicero causas complures in foro agit, inprimis orationem habet pro *Roscio Comoedo.* Deinde quaesturam petens, in comitiis tributis cunctis suffragiis quaestor fit.	
679	75	Coss. *L. Octavius, C. Aurelius Cotta.*	32

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Cicero quaestor in Sicilia Lilybaetanus praetore Sex. Peducaeo.	
680	74	Coss. *L. Licinius Lucullus, M. Aurelius Cotta.*	33
		M. Antonius M. triumviri pater curationem orae maritimae nactus, Siciliam aliasque provincias depopulatur, deinde Cretensibus bello illato, re male gesta moritur.	
		Cicero ex quaestura Siciliensi ad urbem redit.	
681	73	Coss. *M. Terentius Varro Lucullus, C. Cassius Varus.*	34
		In Italia bellum a gladiatoribus excitatur duce Spartaco. L. Lucullus bellum contra Mithridatem gerit.	
682	72	Coss. *L. Gellius Poplicola, Gn. Cornelius Lentulus Clodianus.*	35
		Lucullus Mithridatem in Pontum persequitur. Spartacus utrumque consulem proelio vincit.	
683	71	Coss. *C. Aufidius Orestes, P. Cornelius Lentulus Sura.*	36
		Mithridates ad generum suum Tigranem in Armeniam fugit. Spartacus a M. Licinio Crasso praetore proelio victus perit. Extremo anno Pompeius Magnus bello Sertoriano confecto ex Hispania redux triumphat.	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
684	70	Coss. *M. Licinius Crassus. Gn. Pompeius Magnus.* Cicero aedilis designatus, Siculorum patrocinio suscepto C. Verrem, qui Siciliam provinciam per triennium rapinis, et crudelitate vexaverat, repetundarum postulatum in iudicium vocat. Ac primum *divinatione in Q. Caecilium Nigrum,* qui item se accusatorem Verris profitebatur, praevaricationis suspectum, ab accusatione detrudit. Deinde cum L. Tullio fratre patruele, in Siciliam proficiscitur, totamque provinciam peragrat literis et testimoniis in Verrem colligendis occupatus. Tum Romam reversus, ne sibi reus dilatione eriperetur, longas orationes praetermisit, ac magno testium numero adversus Verrem citato, effecit, ut is defensionis spe et voluntate abiecta suapte sponte in exsilium abiret. Ad istam causam pertinet Actio Cic. prima in Verrem. Actionis secundae libri quinque Cic. postea, Verre iam exsulante, conscripti sunt. Hoc anno L. Aurelius Cotta praetor tulit legem iudiciariam ad po-	37

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		pulum, qua iudicia, quae lege Cornelia penes senatores fuerant, communicata sunt cum equitibus et tribunis aerariis.	
685	69	Coss. *Q. Hortensius, Q. Caecilius Metellus Creticus.*	38
		Cicero *aedilis* trinos ludos facit modico sumptu. *M. Fonteium* ex Gallia provincia, quam pro praetore per triennium rexerat, repetundarum reum, oratione defendit. Ad eundem annum referenda videtur oratio *pro Caecina.*	
686	68	Coss. *L. Caecilius Metellus, Q. Marcius Rex.*	39
		Hoc anno incipiunt Cic. epistolae ad Atticum. Lucius Cicero M. frater patruelis moritur.	
687	67	Coss. *C. Calpurnius Piso, M' Acilius Glabrio.*	40
		Cicero praeturam petit, et inter octo praetores primus designatur. Anno exeunte filiam Tulliam C. Pisoni L. F. Frugi despondet, nondum scilicet nubilem; nuptiis in annum abhinc tertium dilatis.	
		Gn. Pompeio M. bellum adversus piratas defertur.	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
688	66	Coss. *M. Aemilius Lepidus, L. Volcatius Tullus.*	41
		Cicero *praeturam* gerit; eius frater Q. aedilitatem petit. Ipse orationem *pro lege Manilia* a trib. pl. C. Manilio promulgata habuit, ut bellum cum Mithridate hucusque a Lucullo gestum Gn. Pompeio Magno committeretur. Eodem hoc anno dixit pro *A. Cluentio*; et pro *M. Fundanio.*	
689	65	Coss. *L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus.*	42
		Cicero C. Cornelium Gallum de maiestate accusatum ap. Q. Gallium praetorem defendit. Ei filius nascitur.	
690	64	Coss. *L. Iulius Caesar, C. Marcius Figulus.*	43
		Cicero consulatum petit. Habet *orationem in toga candida* contra Catilinae et Antonii coitionem. Consul designatur cum C. Antonio.	
91	63	Coss. *M. Tullius Cicero, C. Antonius.*	44
		P. Servilius Rullus trib. pl. legem promulgaverat agrariam. Contra eam Cic. tres orationes	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		habuit, primam in senatu, secundam et tertiam in concione ad populum. Hanc secutae sunt orationes pro *L. Roscio Othone,* qui trib. pl. legem tulerat, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur; pro *Rabirio Postumo;* de *proscriptorum filiis,* quos Sulla paternis opibus et petendorum honorum iure excluserat; quam legem etiamsi duram Cic. tamen rei publicae causa servandam esse defendit. Sequitur oratio habita *quum provinciam in concione deponeret.* Deinde quum Catilinae furores in coniurationem adversus rem publ. erupissent Cic. *primam* habuit orationem Catilinariam, qua eum ex urbe excedere iussit, *secundam* ad populum postridie quam Catilina profugit, *tertiam* in concione, qua die Allobrogum legati involgarunt, i. e. Catilinae coniuratos prodiderunt, *quartam* in senatu, Nonis Decembribus.	
692	62	Coss. *D. Iunius Silanus, L. Licinius Murena.* Catilina, adversus quem Antonius procos. cum exercitu missus erat, victus ab eius legato M. Petreio perit. Antonius in Macedoniam, quae provincia ei obtigerat, pro-	45

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		ficiscitur. Pompeius confecto Mithridatico bello redit.	
		Metellus nepos trib. pl. in concione in Ciceronem et senatum invehitur, negans cives coniuratos Catilinae indicta causa necandos fuisse. Ei opponit Cicero *Orationem Metellinam*. Idem h. a. emit domum in Palatio. Extremo anno Clodius Pompeiae Caesaris uxoris amore captus, quum in eius domo Bonae deae pro populo fieret, clam veste muliebri ingressus et agnitus foras eiicitur. — Hoc anno Cic. habuit orationem pro P. Cornelio *Sulla*, a L. Torquato coniurationis accusato. Eodem Q. Cicero M. frater praeturam gessit.	
693	61	Coss. *M. Pupius Piso, M. Valerius Messala.*	46
		Clodius incesti crimine accusatus id amoliri studet, quum diceret se illa nocte non Romae, sed Interamnae fuisse. Cicero testis productus dicit illum eodem die ad se domum venisse; Clodius tamen absolvitur. Q. Ciceroni M. fratri ex praetura Asia provincia obtingit. Cicero Clodium in se-	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		natu tum oratione perpetua, tum altercatione frangit. Hoc anno idem orationem pro *Archia poëta* habuit.	
		Pompeius III. et prid. Kal. Octobr. de Mithridate, Tigrane aliisque regibus victis triumphum egit.	
694	60	Coss. *Q. Caecilius Metellus Celer L. Afranius.*	47
		Initio anni Cicero effecit, ne Q. fratri in Asia succederetur. P. Clodius Ciceronis ulciscendi causa tribunatus cupidus transitionem ad plebem molitur. Cicero *commentarium consulatus* sui scribit; de eodem librum graece scriptum edit; denique poema de consulatu tribus libris conscribit. Idem Arati prognostica versibus latinis interpretatur. Post Idus Martias rusticatur: deinde e Pompeiano IV. Id. Maii Romam redit. Kal. Iun. Antium proficiscitur. Anno extremo in Tusculano est, deinde ad urbem redit.	
		Hoc anno ad finem vergente Pompeius cum C. Iulio Caesare et M. Licinio Crasso coitionem facit.	
695	59	Coss. *C. Iulius Caesar, M. Calpurnius Bibulus.*	48
		Cicero legationem sibi a Cae-	

Anni U. C.	Ante Aer Chr.		Anni Cic.
		sare oblatam aspernatur, idemque locum in XX Viris agro Campano dividundis recusat. Quod Caesar aegre ferens Clodium qui se P. Fonteio plebeio homini in adoptionem dederat, ad plebem traducit Cic. tempore verno Tusculanum et Formianum invisit, deinde in urbem redit. Hoc anno C. Antonius, post reditum e provincia accusatus, a Cicerone defenditur. Condemnatus tamen exsul abit in Cephaleniam. Postea Cicero Aulum Thermum bis defendit, effecitque ut absolveretur. Deinde orationem habuit pro *L. Valerio Flacco* a D. Laelio repetundarum accusato, eumque de manifestissimis criminibus ioci opportunitate exemit. Caesari consuli, rogatione P. Vatinii trib. pl., invito senatu, Gallia citerior cum Illyrico et tribus legionibus in quinquennium decernitur, quo facto Senatus ei Galliam ulteriorem cum alia legione addit. P. Clodius comitiis tribuniciis trib. pl. designatur eumque tribunatum adit mense Decembri.	
696	58	Coss. *L. Calpurnius Piso Caesoninus, A. Gabinius.* Clodius trib. pl. leges tulit 1. ut frumentum populo gratis daretur 2. ne quis per eos dies;	49

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Ante Cic.
		quibus cum populo agi liceret, de coelo servaret 3. de collegiis restituendis novisque instituendis 4. ne quem Censores in senatu legendo praeterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset. Praeterea legem tulit, ut qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur. Quo facto Cicero vestem mutat, et sordidatus populo supplicat. Multi senatores et XX millia hominum aliorum, inprimis equites fere omnes vestitum mutant. Cicero mense Martio extremo urbe cedit. Post eius discessum Clodius de eius exsilio ad populum refert, edictumque proponit, ut illi aqua et igni interdiceretur, et ne intra quadringenta millia passuum ei liceret esse. Deinde Ciceronis domum in Palatio item villam Tusculanam et Formianam incendit, bona diripit. Cicero Vibonem, Thurium, Tarentum, Brundisium, petit, et X. Kal. Iun. Thessalonicam venit. Inde quum ei	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		spes reditus facta esset, Dyrrhachium redit circa VI. Kal. Dec. Q. frater ante Kal. Maii Asia provincia decessit, quam per triennium obtinuerat.	
697	57	Coss. *P. Cornelius Lentulus Spinther, Q. Caecilius Metellus Nepos.* Kalendis Ianuarii Lentulus Spinther cos. de revocando Cic. in senatu agere coepit, adiuvantibus fere omnibus tribunis plebis, in primis P. Sextio et de T. Annio Milone. His studiis effectum est, ut primum SCtum fieret de eius salute, deinde lex de eo revocando ad populum lata prid. Non. Sextil. omnium centuriarum consensu perlata est. Eodem die Cic. Dyrrhachio profectus Nonis Sextil. Tulliae natali Brundisium venit. Inde per Italiam omnium municipiorum, praefecturarum, coloniarum summa gratulatione et plausu exceptus Romam venit prid. Non. Sept. Postridie senatui, deinde populo, concione a consulibus data gratias egit. Prid. Kal. Oct. Cic. apud pontifices pro domo dicit.	50

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Domus in Palatio, Tusculana et Formiana villa, pecunia publica, aestimatione facta aedificanda locatur.	
		Hoc anno statim post Ciceronis reditum in eiusque sententiam fit SCtum, ex eoque lex promulgatur, ut Pompeio per quinquennium potestas rei frumentariae toto urbe terrarum daretur. In quindecim legatis, quos huius rei causa Pompeius sibi legavit fuit Q. Cicero, isque in eo negotio in Sardiniam profectus est.	
698	56	Coss. *Gn. Cornelius Lentulus Marcellinus*, *L. Marcius Philippus*.	51
		Initio anni Cic. in senatu agit, ut P. Lentulo Ciliciae procos. negotium daretur Ptolemaei regis in regnum reducendi. P. *Sextius* a M. Tullio Albinovano lege Lutatia de vi postulatus defenditur a Cicerone, oratione quae exstat, et absolvitur. In eum Vatinius testimonium dixerat. Itaque Cicero perpetua *interrogatione* eius vitam, et tribunatum reprehendit. III. Id. Febr. Bestiam defendit de ambitu accusatum. Prid. Non. Apr. Tulliam filiam	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Furio Crassipedi despondet. Deinde defendit *L. Cornelium Balbum* Gaditanum, quem accusator negaverat iure civitate donatum. Paulo post in Senatu habuit orationem de *provinciis consularibus*. Eodem anno defendit *M. Coelium* de auro quod a Clodia sumpsisse, et de veneno, quod ei parasse dicebatur, accusatum.	
		C. Iulius Caesar, exercitu in hibernis collocato, discedens in Italiam Lucae hiemat. Eo Pompeium et Crassum vocat, cum iisque paciscitur, ut ambo consulatum alterum petant, et hac ratione L. Domitium consulatu detrudant, qui minatus erat, se, si consul factus esset, Caesari exercitus ademturum.	
699	55	Coss. *Gn. Pompeius Magnus II. M. Licinius Crassus II.*	52
		Consules ex interregno magistratum ineunt. Provinciae iis in quinquennium decernuntur, Pompeio Hispaniae cum Africa, et Crasso Syria; Galliae Caesari in alterum quinquennium prolongantur. Pompeius provincias suas per legatos Afranium et Petreium administrari iubet, ipse in Italia manet. M.	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Crassus ad bellum Parthis inferendum antequam paludatus in provinciam exiret, apud Ciceronem in Crassipedis generi hortis cenat.	
		Hoc anno Cicero orationem habuit in *Pisonem* scripsitque libros tres *de Oratore*.	
700	54	Coss. *L. Domitius Ahenobarbus, Ap. Claudius Pulcher.*	53
		Cicero *Crassi* causam in senatu defendit; orationes habet pro *Vatinio*, pro *Messio* et *Druso*, pro *M. Aemilio Scauro* a. C. Triario repetundarum postulato, pro *Gn. Plancio*, pro *A. Gabinio* repetundarum accusato, (quem rogatu Pompeii defendit;) pro *C. Rabirio Postumo* maiestatis reo. Otium impendit libris *de re publica* scribendis. Q. Cicero legatus Caesaris in Galliam proficiscitur.	
		Iulia Caesaris filia Gn. Pompeii Magni uxor moritur.	
701	53	Coss. *Gn. Domitius Calvinus. M. Valerius Messala.*	54
		Hi consules non Kal. Ianuariis	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		magistratum inierunt, sed post plura interregna mense Aprili demum creati sunt.	
		Cicero postquam M. Crassus exercitu a Parthis deleto perierat, in eius locum *augur* factus est.	
702	52	Coss. *Gn. Pompeius Magnus III.*	55
		Hoc anno Milo, P. Plautius Hypsaeus et Q. Metellus Scipio consulatum, Clodius praeturam petebat. Ambitus non more maiorum, sed largitione aperta agebatur; denique res ad vim et caedem spectabat. XIII. Kal. Febr. quum Milo Lanuvium ad flaminem ibi prodendum proficisceretur, obviam ei fit Clodius Arica rediens, et pugna coorta interficitur. Pompeius ab interrege Ser. Sulpicio V. Kal. Martii cos. creatus paullatim coepit se a Caesare avertere. Uxorem duxit Corneliam Q. Metelli Scipionis filiam, socerumque sibi in quinque extremos h. a. menses collegam in consulatu subrogavit.	
		Cicero Milonem de vi accusatum defendit, sed ita, ut fori adspectu, iussu Pompeii militibus circumdati et acclamationibus Clodianorum perturbatus parum constanter dice-	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		ret. Eam quae exstat pro *Milone* orationem postea scripsit; quum Milo condemnatus Massiliam exsulatum abiisset. Deinde defendit *M. Saufeium*, qui absolutus est. Mense Decembri T. Munatius Plancus Bursa tribunatu plebis deposito accusatus a Cicerone et condemnatus est. Hoc anno post Milonianum iudicium scripsit Cic. *libros de legibus.* (Vid. Cl. *Görenzii* Introd. ad hos libros pag. XVII. sqq.)	
703	51	Coss. *Ser. Sulpicius Rufus, M. Claudius Marcellus.* Quum superiore anno SCto cautum esset, ne quis praetorius aut consularis intra quinquennium in provinciam iret, coacti sunt ii provincias administrare, qui in eas e consulatu et praetura nondum iverant. Itaque Ciceroni obtigit Cilicia pro consule regenda; cum exercitu peditum XII M., equitum MMDC. Successit in provincia Ap. Claudio. Legati ei fuerunt Q. frater, C. Pomptinius, L. Tullius, M. Anneius: quaestor L. Mescinius. Pro-	56

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		fectus ex urbe mense Maio, V. Id. Beneventum, XV. Kal. Iun. Tarentum, XI. Kal. Brundisium venit. Inde profectus Actium XVII. Kal.Quint. Athenas VII. Kal. Quint. venit. Inde prid. Non. Quintil. profectus Ephesum venit a. d. XI. Kal. Sextil.; Laodiceam in provinciam venit prid. Kal. Sext. VII Kal. Sept. in Lycaoniam ad Iconium in castra venit. Eo a. d. III. Kal. Sept. legati veniunt ab Antiocho Commageno nuntiantes Parthos Euphratem transiisse. Prid. Kal. Sept. Cic. castris ab Iconio motis per Cappadociam proficiscitur et apud oppidum Cybistra castra ponit; Ariobarzanem regem insidiis liberat; inde itinere per Tauri pylas in Ciliciam facto Tarsum venit III. Non. Octbr. Deinde ad Amanum profectus magnum numerum hostium cecidit, castella complura cepit, et *imperator* appellatus est. Ipsis deinde Saturnalibus Pindenissum oppidum Eleutherocilicium cepit, septimo et quadragesimo die, postquam oppugnare illud coeperat.	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
704	50	Coss. *L. Aemilius Paullus, C. Claudius Marcellus.* Ciceroni Romae pro re bene gesta supplicationes decernuntur. Ipse Nonis Ian. Tarso proficiscitur in Asiam et ex Id. Febr. ad Kalend. Maii forum agit dioecesium Asiaticarum. Nonis Maii profectus in Ciliciam Tarsum venit Nonis Iun. III. Kal. Sextil.; de provincia decedens C. Coelium quaestorem ei praefecit. Epheso profectus Kal. Oct. Athenas venit prid. Id. Patris Tironem aegrum reliquit. Brundisium venit VII. Kal. Dec.	57
705	49	Coss. *C. Claudius Marcellus, L. Cornelius Lentulus Crus.* Cicero prid. Non. Ian. ad urbem accedens in ipsam incidit flammam civilis discordiae inter Caesarem et Pompeium. Kal. Ian. factum est SCtum, ut ante Kal. Mart. Caesar exercitum dimitteret, si non faceret eum adversus rem. publ. facturum videri.	58

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Ei SCto intercedunt tribuni pleb. M. Antonius et Q. Cassius. Senatus consulibus, praetoribus, tribunis pl. iisque qui pro consulibus ad urbem erant, negotium dedit, ut curarent ne quid res publica detrimenti caperet. Cicero, quum frustra omnia esset expertus, quae ad concordiam pertinerent, postquam Caesar Rubicone traiecto complura oppida occupaverat, una cum consulibus aliisque optimatibus, qui Pompeium sequebantur, ab urbe discessit, et Capuam oramque maritimam a Formiis tuendam suscepit. Pompeius VIII. Kal. Mart. Brundisium venit. VII. Id. Mart. Caesar ad murum castra ponit. XVI. Kal. April Pompeius Brundisio, cum omnibus copiis, navibus in Graeciam traiicit. Caesar postero die oppidum ingressus et concionatus, Romam proficiscitur, quo in itinere Cic. eum convenit. VII. Id. Iun. postquam Arpini filio togam puram dederat, Pompeium in	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Graeciam secuturus, navem conscendit. Caesar Hispania potitur, superatis Pompeii legatis, et a M. Lepido praetore dictator dictus Romae comitia habet, quibus ipse cum P. Servilio cos. creatur.	
706	48	Coss. *C. Iulius Caesar II., P. Servilius Vatia Isauricus.*	59
		Caesar prid. Non. Ian. Brundisio in Epirum traiicit, Pompeium Dyrrhachii obsidet, qui inde elapsus bellum in Thessaliam transtulit, ubi proelio ad Pharsalum prid. Kal. Oct. a Caesare victus in Aegyptum fugit ad Ptolemaeum puerum, ibique interficitur.	
		Cicero ab armis discedens Brundisium venit.	
		Caesar bellum Alexandrinum gerit.	
707	47	*C. Iul. Caesar II. dictator, M. Antonius Magister Equitum.*	60
		Caesar bello Alexandrino confecto mense Septembri in Italiam rediit, eique Cicero obviam processit. Caesar ut eum sibi occurrere vidit, de-	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		scendit, eumque salutavit, cum eoque colloquens multa stadia processit. Paullo post Cicero, qui hucusque Brundisii commoratus erat, in urbem venit. Tribus extremis h. a. mensibus coss. fuerunt Q. Fufius Calenus et P. Vatinius. Caesar VI. Kal. Ian. Lilybaeo in Africam traiecit, bellum adversus Pompeianos Scipionem et Catonem et Iubam Mauritaniae regem gesturus.	
708	46	Coss. *C. Iulius Caesar III. M. Aemilius Lepidus.* Caesar initio mensis Aprilis Scipionem et Iubam vincit. Paucis diebus post M. Cato Uticae sibi mortem consciscit. Caesar Africano bello confecto Idib. Iun. classem conscendit, et die tertio in Sardiniam venit. Inde III. Kal. Quint. profectus Romam venit a. d. VII. Kal. Sext. Ibi quatuor triumphis actis rem publ., summam potestatem nactus, constituit. Extremo anno ad bellum Hispaniense adversus Pompeii liberos profectus est, et post XXVII dies in Hispaniam venit. Cicero h. a. *partitiones orato-*	61

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		rias, deinde *laudem Catonis* scripsit, cui Caesar *Anti-Catonem* opposuit. Deinde scripsit *Oratorem* ad M. Brutum, qui tum Galliae Cisalpinae praeerat. Prid. Kal. intercalar. apud Caesarem habuit orationem pro *Q. Ligario*, quem Q. Aelius Tubero accusaverat. Extremo anno cum Terentia uxore divortium fecit.	
709	45	*C. Iulius Caesar III. Dictator, M. Aemilius Lepidus Mag. Equitum.*	62
		Caesar simul IV. Consul sine collega fuit.	
		Caesar victis in Hispania Pompeii filiis, Sexto et Gnaeo, mense Octobri Romam reversus consulatu se abdicat, et Q. Fabium Maximum et Trebonium sibi sufficit. Ultimo autem Decembris die quum Fabius decessisset, Trebonius autem abesset, C. Caninius Rebilus cos. renuntiatur, qui, ut Cicero iocabatur, adeo vigilans consul fuit, ut toto consulatu somnum non viderit.	
		Cicero initio h. a. vel superio-	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		re exeunte Publiliam uxorem duxit, cuius bona heres a patre fideicommissarius relictus custodiebat. Tullia eius filia, post divortium cum Dolabella factum, Romae filiolum peperit, et paullo post diem obiit supremum. Cicero vehementer eius morte afflictus, Publilia dimissa, Asturae se abdit, doloremque suum partim fani Tulliae erigendi consilio, partim libris scribendis lenire studet. Scripsit igitur h. a. *Consolationem* s. librum de luctu minuendo, libros de *finibus bonorum et malorum*, *Academicas quaestiones*. Animum etiam adiecit libro ad Caesarem de re publ. ordinanda scribendo. Mense Aprili filium suum studiorum causa Athenas mittit; et paullo post Astura discedit, reliquosque menses partim in Tusculano partim in Arpinati aliisque villis transigit, mense Octobri Romam se confert; mense autem Decembri in Puteolanum, ubi XII. Kal. Ian. Caesarem	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		eiusque comites hospitio accepit.	
710	44	Coss. *C. Iulius Caesar V., M. Antonius.*	63
		Primis anni mensibus Cicero absolvit *Tusculanas disputationes.*	
		Caesar Idibus Martiis in curia a coniuratis M. Bruto, C. Cassio aliisque interficitur. Coniurati se recipiunt in Capitolium. Dolabella in Caesaris locum cos. sufficitur.	
		Cicero XVI. Kal. Apr. in aede Telluris pacem suadet, et discordiarum memoriam oblivione delendam censet. Antonio idem se velle simulante Caesaris interfectores Capitolio descendunt, Bruto Creta, Cassio Africa, Trebonio Asia, Cimbro Bithynia, D. Bruto Gallia citerior decernitur. Caesar autem quum funere elatus et ab Antonio laudatus esset, Brutus et Cassius a plebis ira sibi metuentes urbem relinquunt, et Antii et Lanuvii commorantur. Antonius Ita-	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		liam percursat. Cicero villas suas lustrat; scribitque libros *de Natura deorum, de divinatione, de senectute et de gloria.* Dolabella columnam in foro a plebe Caesari statutam evertit, hominesque seditiosos ultimis suppliciis affligit. C. Octavius, heres Caesaris, Apollonia Neapolim venit XIV. Kal. Maii. Kalendis Iuniis senatores quum in senatu, ut Antonius edixerat, adesse vellent, armorum eius metu perterriti diffugiunt. Cicero villas obit, et libros *de officiis* scribere aggreditur. Et quum haberet ius legationis liberae, consilium cepit in Graeciam proficiscendi. Itaque XII. Kal. Sextil. Velia proficiscens, (ubi in ipsa navigatione *Topica* ad Trebatium scripsit) Rhegium et Kal. Sext. Syracusas venit. Inde postero die nave conscensa ventis reiectus ad Leucopetram promontorium agri Rhegini, quum Rhegini quidam Roma venientes ea narrassent, quae spem facerent fore, ut Antonius cederet, et Caesaris interfectores Ro-	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		mam redirent, Ciceronem vero desiderari, et, quod urbe abesset, accusari dixissent, profectionis consilio abiecto Romam properat, et prid. Kal. Sept. in urbem venit. Antonius Kal. Sept. senatum habuit de supplicationibus Caesari decernendis. Cicero in senatum non venit, fortasse metuens ab Antonio insidias, misit tamen ad Antonium, qui ei diceret se ex via languere. Antonius in senatu dixit, nisi veniret, servos se missurum et domum eius disturbaturum. Postridie Antonio absente Cicero in senatum venit, habuitque Orationem, quae dicitur *Philippica prima.* Ob quam Antonius ira incensus inimicitias ei denuntiat, eumque a. d. XIII. Kal. Oct. in senatu adesse iubet. Ipse interea per XVII. dies in Tiburtino Scipionis declamitans meditatus est orationem quam	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		XIII. Kal. Oct. in aede Concordiae contra Ciceronem habuit. Cicero in senatu non affuit, metu insidiarum ab amicis prohibitus. Antonii vero orationi opposuit *Philippicam secundam*, non habitam quidem, sed ita conscriptam quasi eam XIII. Kal. Oct. in praesentem Antonium habuisset. Extremis Octobris diebus et mense Novembri Cicero Puteolanum suum ceterasque villas obit, librosque *de Officiis* perficit. Interim Antonius VII. id. Oct. obviam ivit legionibus quatuor e Macedonia redeuntibus easque sibi conciliare studuit. Brundisium venit VII. Id Oct. Octavius autem, s. ut Caesaris hereditate adita nominabatur, *Caesar Octavianus*, veteranos Caesaris excivit, multisque aliis accedentibus iustum exercitum contraxit. Paulo post legiones Martia et Quarta	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Antonium reliquerunt, et ad Octavianum transierunt. Quo nuntio allato Antonius quum senatum in Capitolium a. d. IV. Kal. vocasset, valde perculsus confestim senatum dimisit et paludatus in Galliam citeriorem discessit. Dec. Brutus autem edictum proposuit, quo se provinciam Galliam in S. P. Q. R. potestate retenturum pollicebatur. Cicero V. Id. Dec. ad urbem rediit, et quum novi tribuni XIII. Kal. Ian. senatum convocassent, ipse sententiam rogatus ea dixit, quae complexus est *Philippica tertia*. Censuit autem, res eas quas Caesar adolescens egisset, publica auctoritate confirmandas, legiones, quae Antonium deseruissent, laudandas, Dec. Brutum, qui se Antonio in Galliam obiecisset, ornandum. SCto in hanc sententiam facto Cicero in concionem productus, populo, quae	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		acta et decreta essent, exposuit *Philippica quarta.*	
711	43	Coss. *C. Vibius Pansa, A. Hirtius.*	64
		Kal. Ianuariis consules retulerunt de Antonio qui Brutum Mutinae circumsedebat. Quumque Piso aliique legatos ad Antonium mittendos censuissent, habuit Cicero *Philippicam quintam*, in qua legationem istam, ut senatus et populi Romani maiestate indignam dissuasit, et ut hostis iudicaretur Antonius incubuit. Pridie tamen Non. Ian. factum est SCtum, ut Ser. Sulpicius L. Piso et L. Philippus cum mandatis ad Antonium proficiscerentur, eique denuntiarent, ne D. Brutum oppugnaret, ne Mutinam obsideret, ne dilectus haberet, et ut esset in S. P. Q. R. potestate. De eo SCto Cicero, in concionem	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		productus ab Apuleio trib. pl., ad populum retulit *Philippica sexta.* Paullo post quum Pansa consul senatum de Appia via et de Moneta, unus autem trib. pl. de Lupercis consuluisset, Cicero in sententia dicenda egressus est relationem, et (*Philippica septima*) pacem cum Antonio dissuasit, quia turpis esset, quia periculosa, quia esse non posset. Legati ab Antonio (praeter Servium qui in legatione obierat) initio Febr. Romam reversi intolerabilia Antonii postulata retulerunt. Senatus tumultum decernendum censuit, quum belli nomen nonnullis haud placuisset, quod Cicero Idib. Mart. *Philippica octava* reprehendit, Fufiumque Calenum de pace agentem aliosque Antonio faventes obiurgavit. Postridie quum de ornando Servio Sulpicio in senatu ageretur Cicero statuam pedestrem aeneam in	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Rostris ei ponendam censuit *Philippica nona.* Postea quum Pansa cos. M. Bruti (s. Q. Caepionis Bruti) literas publice missas de rebus in Macedonia feliciter gestis recitasset, eumque Q. Fufius Calenus oppugnasset Cicero *Philippica decima* Calenum refutavit, et Q. Hortensio Macedoniae procos., qui Brutum in comparando exercitu adiuverat, huius provinciae administrationem confirmandam esse censuit. Et quum ante Kal. April. Romam allatum esset de morte C. Trebonii, quem P. Dolabella Smyrnae crudelissime verberibus ac tormentis cruciatum interfecerat, isque hostis iudicatus esset, Cicero postridie quum de imperatore adversus Dolabellam ageretur, *Philippicam* habuit *undecimam*, qua C. Cassium deligendum esse, qui Dolabellam	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		terra marique persequeretur, demonstravit. Eandem rem productas a M. Servilio trib. pl. in concionem magna contentione, summoque clamore et consensu populi egit. Deinde quum Pansa cos. de legatis iterum ad Antonium de pace mittendis, retulisset, iique qui primi sententiam dixerant, hanc legationem P. Servilio et Ciceroni mandandam esse censuissent, Cicero *Philippica duodecima* negavit pacem cum Antonio fieri posse, illamque legationem deprecatus est. Paullo post Pansa consule ad bellum profecto, quum de literis M. Aemilii Lepidi ad senatum missis ageretur, quibus eum ad pacem cum Antonio faciendam hortabatur, Cicero Philippica *decima tertia* iterum istam pacem dissuasit, literasque ab Antonio ad Hirtium	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		et Octavianum missas recitavit, ita ut singulas eius sententias confutaret. XVII Kal. Maii Antonius proelio ad Mutinam superatus est, in quo alter cos. Hirtius cecidit, alter Pansa vulneratus est et paucis post diebus Bononiae mortuus. Laeto autem nuntio de victoria Mutinensi Romam allato Cicero ab ingenti multitudine, maximo plausu, in Capitolium ductus, in Rostris collocatus, inde domum reductus est. Prid. Vinalia X. Kal. Maii Cicero habuit *Philippicam decimam quartam*, qua trium ducum Hirtii, Pansae, Caesaris Octaviani nomine quinquaginta dierum supplicationem decernendam, militibusque qui pro re publ. interierint monumentum faciendum censuit. IV. Kal. Iun. M. Lepidus se cum Antonio, post proelium	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Mutinense Alpes transgresso coniunxit; et prid. Kal. Quint. hostis iudicatus est.	
		Paullo post Caesar Octavianus causam optimatium deseruit; Antoniumque et Lepidum in Italiam arcessivit; et cum Pedio consul creatus X. Kal. Oct. consulatum adiit.	
		Deinde pace facta inter Caesarem Octavianum, Antonium et Lepidum, apud confluentes inter Perusiam et Bononiam congressos, convenit, ut ipsi triumviri rei publ. constituendae per quinquennium essent, et ut suos quisque inimicos proscriberet. Itaque Antonius in Ciceronem, qui urbe relicta	

Anni U. C.	Ante Aer. Chr.		Anni Cic.
		Asturam confugerat, percussores immisit Herennium centurionem et M. Popillium Laenatem, a quibus VII. Id. Decembris interfectus est.	

Finis Tom. XX. Opp. Cic.
s.
Lexici Ciceroniani Tom. IV.